R.P. ANTONII
DE ESCOBAR
ET MENDOZA
VALLISOLETANI,

è Societate IESV Theologi,

AD EVANGELIA TEMPORIS
COMMENTARII PANEGYRICIS
MORALIBVS ILLVSTRATI.

VOLVMEN QVINTVM.

Lignum vitale Chriſti Prophetiæ.

NVNC PRODIT PRIMVM.



LVGDVNI,
Sumptib. Hæred. Petri Proſt, Philippi Borde,
& Laurentij Arnaud.

M. DC. XLVIII.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

PERILLVSTRIBVS FRATRIBVS D.

D. BARTH. MARQVEZ DE MOSCOSSO PHILIP. IV.

Regis à Conſiliis, Valliſoletano Apoſtolico Inquiſitori: & D.D. Ioan. Marquez Gallego ac Lara, Iacobæo Equiti, Regis, Comitiſque Montis Regalenſis circa ſtatus, ac Italiæ Præſulatum à ſecretis.

DE ſyderibus illis germanis Caſtore ac Polluce Ethnicus Auſonius ſcripſit, *Nobilitatis ſplendorem, virtutis, fortitudiniſque protendunt influxum.* Auſon. Vos crediderim, illuſtriſſimi fratres vnius, alteriuſque ſyderis imaginem referre, quos video tanta nitere nobilitate, tanta virtute, ac fortitudine rutilare. Si ſpectetur nobilitas, tot veſtra cognomina de primatu decertant: *Marquez* auguſtis familiis decorem impendit; *Moſcoſſo* Comitum de Altamira refert ſtemma, *Gallego* ex nobiliſſima Domo de ſancta Martha de Ortiguera, è Domóque Comitum de Traba procedit, Marchionum de los Velez exprimit claritatem; *Lara* demùm Comitis ſtabilis Caſtellani ſanguine rubricatur. Tot è præclariſſimis hiſce propaginibus tot prodiere Principes, Epiſcopi, Duces, Senatores, Iudices: vt eis poſſit Sidon. lib. 7. Epiſt. Sidonij ſententia accommodari. *Parentes ipſorum aut Prouinciis, aut Cathedris, aut Tribunalibus præſederunt: illuſtris in vtraque conuerſatione proſapia, aut Principibus, aut Cardinalibus, aut Epiſcopis claruit, aut Præfectis: ita ſemper horum maioribus aut humanum, aut diuinum dictare ius vſu fuit.* Enim verò ſi virtus obiiciatur, tam ſimiles video virtutum fulgore ſtellas vt verè appareant eſſe germanas. Perpulchrè Liuius, *Breui faciam, vt* Liuius lib. 26. *quemadmodum nunc in vno ſydere noſcitatis alterius ſimilitudinem*

oris, vultuſque, & lineamenta corporis: ita ingenÿ, fidei, virtutiſque exemplum expreſſam ad effigiem vobis reddant, vt commorari in vno alterum ſydus videatur. Eſt hæc horum conditio Aſtrórum, vt exoriente vno, occidat alterum: vt vnius fulgor alterius ſpendore non deliteſcat. Quid igitur? Fugaret ne te, ô Ioannes, fratris tui Bartholomæi præſencia? Quin & æque clari fulgorem ſpargitis, nec fax veſtra diſpendium aliquod paſſa eſt. Dum enim, Ioannes, D. Iacobi miles fortiſſimus iam Dux equitum apud Italiam decertas, triumphoſque reportas; iam Regio Conſilio, iam Italico Tribunali aſſides à ſecretis vberrimo prudentiæ fœtu: Bartholomæus iam Aurienſis Diœceſis Viſitator, piorum operum, teſtamentorumque Iudex, necnon ſynodalis Examinator aſſurgit; iam Zamorenſis generalis Vicarius illuſtria admodum prudentiæ, ac ſapientiæ exprimit documenta; iam ſeu ſacerrimi Tribunalis Inquiſitionis Aragoniæ Fidei Quæſtor, ſeu Compoſtellanus, Apoſtolicus Inquiſitor fulgentiſſimos radios impendit; iam à Monte Regali Comite Principe præclariſsimo, ac piiſsimo, qui Conuentum Monialium D. Auguſtini ſuum curabat pariter fulgere ſanctitatis primariæ iubare, quam Patroni ſui magnitudine, immiſſus Reformator ad priſtinam reduxit claritatem; nec poterat offundentes antiquum ſplendorem tot fugare nubeculas niſi ſydus fulgentiſſimum; iam denique Valliſoletani Tribunalis Inquiſitor tam fulgentes ſapientiæ virtutiſque præbet radios, vt communi acclamatione, Præſulatus cœlo videantur agnati. Satisfacies votis, deſideria cumulabis, tu viduarum ſpes, tu depreſſorum ſolamen, tu legum vindex, tu Sacerdotum regula, tu diſciplinæ aderis reſtaurator. Attamen quouſque progredior? quaſi noſtrorum encomiorum laude, & prædicatione veſtra ô Fratres nobiliſſimi, fulgentiſſima ſydera, fama egeat.

Philo lib. de Sacr. Abel. Scripſit admirabili ingenij dexteritate Philo, *Vera bona ex ſe ipſis naturaliter vocem emittunt, etiam ſi ſileant. Nam neque Sol, neque Luna* (Caſtorem aptius ac Pollucem dictitarim) *opus habent interprete, qui nos doceat, ab altero interdiù, ab altera noctu mundum vniuerſum illuſtrari: ſed ipſo ſuo ſplendore fidem vel abſque teſt· faciunt oculis.* Stellas ergo germanas ſi fælicitate ab ipſis donatus decantauit Auſonius, pro innumeris à vobis perceptis beneficiis, ne ingratus videar, veſtri natalis, omnium diſciplinarum notitiæ, pietatis, conſilij, grauitatis, morum inter ſingulares Heróes conſpicuorum concinam ſplendorem *Bern. ſerm. 1. in Cant.* memor illius Bernardi ſententiæ: *Sanè omnes, ni fallor, ceciniſſe reperies pro quocumque ſuo, ſuorumque percepto commodo. Verbi gratia,*

gratia, pro obtentu victoria, pro euaſione periculi, aut pro cupita rei qualiſcumque accepto beneficio. Ita ergo plerique cecinerunt ſinguli pro ſingulis cauſis, ne ingrati beneficiis inuenirentur. Hoc igitur meum volumen continens de IESV Panegyricos ſit vobis piiſſimis IESV cultoribus pro gratiarum actione modulamen. Valete, & viuite communi fælicitate.

Veſtri obſequentiſſimus,

ANTONIVS DE ESCOBAR,
ET MENDOZA.

AD LECTOREM.

IN tempore ſuo lignum vitale Chriſtus per ſingulos Menſes fructus ſuauitatem ineffabilem ſpirituali guſtui patientes germinat; dum Dominus prouidus futuri ſæculi Pater futuros præuidens euentus oſtenditur;

ETENIM

1. Futuri iudicij ſigna præmittit.
2. Præſcribit iudicium.
3. Signo Ionæ exhibito ſuam mortem prædicit.
4. Impœnitentiam Iudæorum præſignat.
5. Mortem ſuam rurſum præloquitur Ieroſolymam ſcandens.
6. Diſceſſum poſt modicum minitatur.
7. Spiritum ſanctum promittit.
8. Paracleti iterum præclamat aduentum.
9. Exitium præuidet Ieroſolymæ.
10. Abominationem deſolationis prænunciat.
11. Falſorum Prophetarum deſcribit irruptionem.
12. Futuram Paſſionem Diſcipulis præſentat.

Verè futuri ſæculi Parens, qui ſagittarum aciem obtundit, dum præuidenda exponit.

R.P.

R. P. Prouincialis Prouinciæ Caſtellanæ Facultas.

EGo FRANCISCVS ANTONIVS Societatis IESV in Prouincia Caſtellæ Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Vincentio Caraffa Præpoſito Generali facultatem facio, vt Operis inſcripti *In Euangelia Temporis Commentarij, illuſtrationes, moraléſque obſeruationes circa litteram: Authore P. Antonio de Eſcobar Valliſoletano noſtræ Societatis Theologo, Tomus quintus & ſextus in Euangelia Temporũ*, eiuſdem Societatis grauium, Doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Valliſoleti in noſtro D. Ignatij Collegio die 28. Iulij, 1646.

FRANCISCVS ANTONIVS.

APPROBATIONES.

NOs infra ſignati Doctores in Theologia Facultatis Pariſienſis peruoluimus *in Euangelia Temporis Commentarios, illuſtrationes, moraléſque obſeruationes circa litteram R. P. Antonij de Eſcobar & Mendoza, è Societate* IESV, nihilque reperimus Orthodoxæ fidei nec bonis moribus contrarium; imò omnia planè & maximè Concionatoribus vtilia. In quorum fidem noſtrum chirographum appoſuimus huic quinto & ſexto Volumini hac vigeſima die Februarij anni Domini 1647.

FR. STEPHANVS MOLIN, Carmelita.
FR. PAVLVS LOMBARD, Carmelita.

VISA

VIsa per nos RR. Patrum in facultate Pariſienſi S. Theologiæ Doctorum authentica Approbatione & Atteſtatione, qua aſſerunt Paraphraſes, Obſeruationes & Panegyricos Morales in Euangelia Temporis, hoc quinto & ſexto Volumine contentos, R. P. Antonij de Eſcobar & Mendoza, è Societate Iesv, eſſe orthodoxæ fidei & bonis moribus ex toto conformes, prælo demandandos quoque meritò cenſemus. Lugduni 20. Februarij, 1647.

DE-VILLE, Prouic. Gen.

Facultas R. P. Præpoſiti Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi.

CLAVDIVS MAVCLER, Prouincialis Societatis Iesv in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. Henrico IV. & Ludouico XIII. conceſſum, quo omnibus interdicitur editione ac diuenditione librorum ab hominibus eiuſdem Societatis conſcriptorum, niſi Superioris conſenſus accedat: annuo vt Hæred. Petri Proſt, Philippi Borde, & Laurentius Arnaud, excudant ac diuendant lucubrationes Antonij de Eſcobar & Mendoza Societatis Iesv, ad Euangelia Temporis tomus quintus & ſextus. Scripſi Lugduni 10. Februarij, 1647.

CLAVDIVS MAVCLER.

PANEGY

PANEGYRICORVM
Moralium Syllabus.
IESV PROPHETIÆ.
Duodecim Dominici Ligni vitalis fructus.

Fructus primus.

FRVCTVS PRIMVS.
IESVS *prædicit ſigna Iudicij.*

1. ### PANEGYRICVS I.
Ex ſignis Iudicij.

Lib.1. ſect.1. num.12. pag.6.

OBSERVAT.I. HORROREM terribilis diei iudicij deſcribo. *Vbi aſſero vel iuſtos, vel Angelos debere terrore concuti, vbi Deus iudex iratus exſurget.* n.32.p.6.

II. In ſignis nunc miſericordiæ ſol iuſtitiæ adeſt benigniſſimus peccatoribus. In iudicio autem ſigna horribilia erunt in Sole ad peccatorum æternum iudicium. *Oſtendo, maiorem Dei miſericordiam in acrius ſupplicium vertendam ingratis.* n.22.p.7.

III. Creaturæ iudicij proximi tempore contra inſenſatos peccatores dimicabunt. *Illa Elementa enim criminis peccatoris in horribilis torturæ materiam conuertuntur.* n.28.p.8.

IV. Dei nunc accepta beneficia diriores peccatoris ingrati carnifices iudicij exſurgent inſtantia. *Quot ergo accipis beneficia ingratus, tot ad exitium tuum carnifices irritas.* n.35.p.9.

V. Faciet homines areſcere expectatio Chriſti venturi ad iudicandum. *Maior enim nunc accepta nobis à Deo miſericordia horribilior aderit ſupplicij additamentum.* n.40.p.10.

VI. Iudicij dies Præſulibus formidabilior eſt; nam virtutes commouentur. *Diſtrictior enim ratio exigitur ab iis, qui ſubditos accepere gubernandos,* n.45.p.11.

VII. Non ſolùm iudicij extremi ſigna præbentur, ſed à munificentiſſimo Domino etiam particularis iudicij ſemper ſignacula præſentantur. *Aſſero, peccatum eſſe proximi particularis iudicij euidens medicamentum.* n.51.p.12.

2. ### PANEGYRICVS II.
Ex conuerſione ob iudicium inſtans.

Lib.1. ſect.2. num.10. pag.14.

OBSERV.I. QVia Filius hominis iudicaturus aſpicitur, magis horribilis apparebit quam ſi ſub Dei forma hæreſceret tribunali. *Nullus enim durior hoſtis exſurgit, quàm amicus ingratorum iniuriis prouocatus.* n. 10. p.14.

II. Pœnitentiæ actibus reſpiciamus, vt liberemur, *his fieri incipientibus*, id eſt, ſtatim poſt delictum. *Oſtendo ex procraſtinatione animum obdurari: pœnitentiam dilatam difficilè inſtitui, mox actæ facultatem expono.* n.18.p.15.

III. Quia, noſtra eſt ſaluatio, noſtra ſit pœnitentia. *Taxantur, qui alienis operibus nituntur, dum propriæ ſalutis negotium agitur.* n.25. p.16.

IV. Poſt ſignorum horrores, quaſi conſequenter capitis indicitur eleuatio. *Quia tribulationes ſalutem, redemptionémque noſtram à malis cunctis attrahunt.* n.32.p.17.

V. Mundi ruina illuſtratur ex ficulneæ parabola. *Vbi aſſero, nihil in mundo ſtabile, proſperitatem euidenter innuere caſum, ſolummodo ſtabili Dei regno.* n.39.p.18.

Fructus ſecundus.

FRVCTVS SECVNDVS.
IESVS *præſcribit iudicium.*

PANEGYRICVS I. 1.
Ex ſententia dextris lata.

Lib.2. ſect.1. num.15. pag.24.

OBSERV.I. AMor Verbi, quo ſe Filium hominis dedit peccatoribus, horribilius eſt irati iudicis documentum. *Nam quò Deus benignior hic delinquentibus, eo in futuro immitior exſurget.* n.15.p.24.

II. Angeli iudicem comitantur, vt teſtes exiſtant criminum hominis, quem cuſtodierunt. *Aſſero peccatis, ſcandalo oborto, peractis ſupplicium publicum reſpondere.* n.23.p.26.

III. Vt homines à peccatis contineret, ad virtutis opera excitaret, Chriſtus tam longum de iudicio texuit ſermonem. *Nihil enim ſic peccatores continet, ne ad iniuſtas prolabantur actiones, quam iudicij memoria.* n.28.p.27.

IV. Facillimus ad ſuperos obiicitur aditus eleemoſyna pauperibus expoſita. *Eleemoſyna non datur cæleſtis beatitudo, ſed ſoluitur.* n.34 p.27.

PANEGYRICVS II. 2.
Ex ſententia ferenda ſiniſtris.

Lib.2. ſect.2. num.17. pag.31.

OBSERV.I. HOrribilior gehennæ erit illa à Chriſto Domino ſeparatio.

Non benè pro cunctis Deus bonis commutatur, cuius amiſſio cunctis malis maior eſt. n.17.p.31.

II. Tartarei ignis horrores expendo. *Vbi aſſero omnium tormentorum colligationem ignem tartareum eſſe, vt vel nomen ſit horribile peccatori.* n.26.p.32.

III. Æternitas damnatorum pœnæ ponderatur. *Sit tibi horror æterni ſupplicij ad vitij fugam, ad virtutis incitamentum.* num. 35. p.33.

IV. Cogimur ex æternitatis contemplatione, viam arctam virtutis arripere. *Deſperata enim ſalutis qui ex aſpectu ignis æterni non flectitur.* n.44.p.34.

Fructus tertius.

FRVCTVS TERTIVS.

IESVS *ſigno Ionæ exhibito ſuam mortem prædicit.*

1.

PANEGYRICVS I.

Ex Ionæ ſigno.

Lib.3. ſect.1. num.14. pag.40

OBSERVAT.I. Signum damnationis Iudæis datur à Domino, quia miraculum futurum expectant, vt ſe ad frugem meliorem recipiant. *Nam ad gerendam pœnitudinem quodlibet futurum periculoſum eſt. Si fieri poſſet, agenda eſſet pœnitudo, quum piaculum perpetratur.* n.14.p.40.

II. Iracundia accenditur Dominus, dum ſe à peccatoribus laudari exaudit. *Genus enim vituperij graue eſt, quem iniquis commendabilem apparere.* n.21. p.41.

III. In adulatores Dominus acris exſurgit. *Quia adulatio grauis admodum hominis iuſti perſecutio eſt.* n.28.p.42.

IV. Chriſtus volentibus affectatè ſignum videre ſalutis prætextu, exitij æterni iodicamenta profert. *Damnationi etenim nos addicit propria voluntatis gerendæ affectatio.* num. 37. p.43.

V. Murmuratores aptè vocitauit adulteros. *Quia plerumque luxuriæ agnata eſt detractioni.* n.44.p.44.

VI. Generatio Phariſæorum mala, ſiue ſuperba, conſequenter appellatur adultera. *E ſuperbia etenim ſæpè aſſolet luxuries generari.* n.52.p.45.

VII. Vltimum medicamen præparat Dominus ad ſalutem inimicorum, ſuæ mortis ſimulacrum. *Inconuertibilis namque oſtenditur, qui ad conſpectum Dei mortui non corrigitur.* n.59. p.46.

2.

PANEGYRICVS II.

Ex Iudæorum ſupplicio.

Lib.3. ſect.2. num.14. pag.49.

OBSERV.I. Qvam facilè diabolus immundus in domum, è qua exierit, reuertatur. *Ex praua conſuetudine facilè in crimina ſpeciatim libidinis relabimur.* n.14.p.49.

II. Dum diabolus domum vacantem inuenit, ſiue hominem torpentem otio videt, facilè inibi collocat domicilium. *Otioſitas enim eſt magnum admodum ad ſalutem offendiculum.* n.19.p.50.

III. Domus ſcopis mundata & aulæis ornata, hoc eſt, homo ſuperficialiter mundatus, facilem aditum diabolo præparat. *Quia ſi leuis pœnitudo eſt, & ſuperficialis animi ornatus, recidiuo præparatur occaſio.* n.26.p.51.

IV. Nullum lapidem ſatanas non mouet, vt hominem, quem poſſedit aliquando, & pulſus ab eo per pœnitentiam fuit: rurſum valeat poſſidere. *Ideò obturandæ ſunt tibi omnes rimæ, magna eſt neceſſaria cuſtodia, ne rurſum prolabaris in crimina.* n.32.p.51.

V. Hæc diaboli nequitia eſt, non poſſe quieſcere, niſi noceat. *Quam quidem conſuetudinem imitantur homines, qui lætantur cum delinquunt, nec eis niſi in nequitia gaudium.* n. 38. p.52.

VI. Dominus aſſerit matrem, & fratres profiteri eos, qui Patris cœleſtis gerunt voluntatem. *Conſanguinitas enim poſthabenda Religioni eſt.* n.45.p.53.

FRVCTVS QVARTVS. Fructus quartus.

IESVS *impœnitentiam Iudæorum præſignat.*

PANEGYRICVS I. 1.

Ex profectione ad Patrem.

Lib.4. ſect.1. num.10. pag.57.

OBSERVAT.I. Voluntariè Chriſtus pergit ad mortem, ei renuenti nulla vis poterat ad exitium inferri. *Innuit planè nullum poſſe te ſubire periculum dum curas alios ad ſalutem adducere. O Prædicatorum incolumitatem!* n.10.p.57.

II. Deus, qui ouiculas quærit errantes, aliquando à requirentibus ſe, minimè inuenitur. *Quia in tempore quærendus, vt inueniri poſſit.* n.15.p.58.

III. Quærens peccator Dominum non inuenit, quia non verè requirit. *Nec enim omnes quærentes verbo inueniunt; ſed qui, ſegnitie ablegata multiplicatis virtutis actionibus quærere ſatagunt;* n.20.p.59.

IV. Nondum venerat hora apprehendendi, ac violandi in Templo Saluatorem. Poſtea quæſitus in Templo eſt ab impiis Templi violatoribus, queis ſupplicium impœnitentiæ prædicit. *Immediatè enim Chriſtum in Templo perſecutione afficere, ſignum eſt damnationis.* n. 26. p.60.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex non agnito Dei Filio,

Lib.4. ſect.2. num.16. pag.63.

OBSERV.I. Cvm Chriſtus ſit principium, ſeu Princeps omnium, loqui comiter, & ſuauiter ſubditis vel impiis non dedignatur. *Comitas etenim, & ſuauitas in Præſule efficit ſubditos promptiſſimè præceptis ſubiacere.* n.16.p.63.

II. Chriſtus ſic à principio eſt principium, vt nullum ei virtutis opus vltimum ſit; ſed

ſimul

ſimul ſit dextera ſemper nouarum actionum operatrix. *Edocet iuſtos, nunquam ſiſtere in perfectionis via; ſed in vertice collocatos nouas perfectionis vias inchoare.* n.23.p.64.

III. Chriſtus innocens cruci ſuffixus ſeſe Dei Filium oſtentat. *Et quando patiens innocentia non exhibet documenta diuinitatis?* n.30.p.65.

IV. Cum Chriſtus puris ab animis exaltatur, cognoſcitur. *Dei enim ſcientia & cognitio ab animorum puritate, & innocentia ortum habet.* n.36. p.66.

Fructus quintus.

FRVCTVS QVINTVS.

IESVS *mortem ſuam rurſum præloquitur Ieroſolymam ſcandens.*

1\. PANEGYRICVS I.

Ex aſcenſu in Ieroſolymam.

Lib.5. ſect.1. num.13. pag.71.

OBSERVAT.I. ET Iudas vnus de duodecim aſſumptus in Ieroſolymam poſt paruum temporis interſtitium Dominum traditurus. *Monemur, ne in vertice ſanctitudinis collocati, gloriemur nec immobiles reputemus futuros. Cedrus Libani cadit.* n.13.p.71.

II. Vt Crucis myſterium arcanum non vulgaretur vſque ad opportunitatis inſtantiam, Chriſtus id ſelectioribus Diſcipulis commendat. *Ad ſecreti enim cuſtodiam ſanctitas agnata obijcitur.* n.23.p.72.

III. Omnes aduocantur Apoſtoli, nec Iudas excluditur, quando Dominus ſeſe Ducem ac Præſulem oſtentat. *Quia Princeps debet indifferentem erga omnes ſubditos benignitatem exhibere.* n.30.p.73.

IV. Si ad Paſſionem acerbiſſimam pergit, quare tantam oſtentat alacritatem. *Quia promptitudo ad labores ſuſtinendos, ipſos mirum in modum imminuit.* n.37.p.74.

V. Videns & ſciens Dominus cuncta, quæ inſtabant tormenta, neceſſariò graui vulnere ſauciatur. *Certè intellectus acumin præſtantiori agnatum, plus affici iniurijs, plus laboribus vulnerari.* n.41.p.75.

VI. Flagellationis IESV grauiſſimum improperium ipſe ponderandum ſpecialiſſimè expoſuit. *Vbi de lancea vulneris opprobrio. O quam horribile nobile cordi, opprobrium affici.* n.48.p.76.

2\. PANEGYRICVS II.

Ex filiorum Zebedæi petitione.

Lib.5. ſect.2. num.1. pag.78.

OBSERV.I. ADorante, & petente Matre, filij adorauerunt, & poſtularunt. *Cuncta etenim filiorum actiones aſſolent parentibus tribui, quaſi indiuidua filij ac patris eſſentia.* n.1.p.78.

II. Licèt ſtulta petitio, parce matri pro filiis poſtulanti. *Affectus merita minimè diſcutit.* n.9.p.79.

III. Vt a Domino Salome impetret facilius, quod poſtulat, adorationis opus præmittit. *Opera enim efficaciùs, quàm verba proclamant.* n.14.p.79.

IV. Iacobus, & Ioannes ſubornant matrem petituri dexteræ ac ſiniſtræ locum. *Quia nobilibus ingenijs præcipuè virorum, grauiſſimum eſt petere.* n.20.p.80.

V. Petentibus regni temporarij ſedes, Dominus ait, proculdubio illos calice paſſionis petiiſſe potari. *Quia idem eſt Regno temporali potiri, ac cunctarum amaritudinum calicem exhaurire.* n.26.p.81.

VI. Deus propitius non dat electis ſuis ſedere, commoditates temporarias non impertitur; ſed ſolummodo neceſſaria ad victitandum. *Contemplare, qualia temporaria bona, quæ Deus exhibet iratus?* n.34.p.82.

VII. Deus non dat gloriam hominibus, ſed ſoluit. *Cœleſtia enim bona operum bonorum ſunt retributio: non dantur, ſed retribuuntur eis, qui labore acquiſierunt.* n.42.p.83.

VIII. Vterque quidem, id eſt, tam Iacobus quàm Ioannes Martyrij calicem epotauit, vnus corpore, alter mente. *Qui piè viuit, qui paſſiones mortificat, qui ſe abnegat, Martyr eſt, ſpiritu quidem vulnerato.* n.48.p.84.

FRVCTVS SEXTVS. Fructus ſextus.

IESVS *diſceſſum poſt modicum annunciat.*

PANEGYRICVS I. 1.

Ex diſceſſus indictione.

Lib.6. ſect.1. num.8. pag.88.

OBSERV.I. QVonammodo modicum tempus ſit, quo ſine IESV degunt Apoſtoli, ſi abſentia dilecti perbreuis æternitatem æmulatur? *Certè quia modica eſt omnis tribulatio, quæ gloriæ comparatur æternæ.* n.8.p.88.

II. Scientes Diſcipuli verbum illud: *Modicum* ad Chriſtum pertinere, aliquódque eius opus ſignificare, non capiunt, quonammodo in IESV aliquid reperiri valeat, quod ſit modicum. *Aptè quidem; in Chriſto oriri meo nihil magnum non eſt.* n.14.p.89.

III. Tanta IESV voluptas apud homines commorandi, vt videatur quodammodo ab eis haud poſſe ſeparari. *Abſentiæ incommodum, amantibus ineffabile omnino eſt.* n.21.p.90.

IV. Verbis obſcuris prædicit Chriſtus, ſe à Diſcipulis dilectis abſceſſurum, ne eorum animas ſauciaret. *Deus quippè tam benignus, vt triſtia hominibus nunciare reluctetur.* n.28.p.91.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex perbreui Diſcipulorum triſtitia.

Lib.6. ſect.2. num.8. pag.93.

OBSERV.I. APoſtolorum mœror, & tribulatio permanſuri gaudij erat indicamentum. *Vbi aſſero, lacrymas iuſtorum æternæ felicitatis ſemina.* n.8.p.93.

II. Sicut dicit Dominus mœſtitiam Diſcipulorum vertendam in gaudium: cur non dicit, lætitiam mundi in mœrorem immutandam. *Quia tam ag iatæ eſt lætitiæ impiorum mæſtitudo, vt illud ipſi lætari, iam ſit affici mœrore.* n.15.p.94.

III. Commendat Dominus lacrymas Diſcipulorum, & eis ſuo in diſceſſu luctum indicit, à quo poſtmodum fœminas conatur prohibere. *Quia ſolummodo hæ lacrymæ commendabiliter profunduntur, quæ ex ſpiritus, ac ſalutis cauſis excitantur.* n.21.p.95.

IV. Diſcipulorum triſtitia non ablegatur, non proiicitur, ſed, quaſi permanens, in gaudium vertitur. *Labores etenim & beatitudo vna in ſede commorantur.* n.30.p.96.

Fructus ſeptimus.

FRVCTVS SEPTIMVS.
IESVS *Spiritum ſanctum promittit.*

1.

PANEGYRICVS I.
Ex Paracleti argumentis.

Lib.7. ſect.2. num.16. pag.108.

OBSERVAT.I. VT Paracletus mundum grauiſſimè puniat incredulum, illum conuincet de peccato. *Nullum enim horribilius impio ſupplicium quam agnoſcere ſuorum criminum malitiam.* n.16.p.108.

II. Paracletus in primis de peccato infidelitatis coarguit Iudæos, & Gentiles. *Quia infidelitas, quia hæreſis, & idololatria præ omnibus criminibus Deo odioſum eſt crimen.* n.23.p.109.

III. Vt Spiritus ſanctus mundum conuincat, & concludat, vt à peccato abſtrahatur: eum arguit, ſeu dictamini ac ſententiæ carnis contradicit. *Edocens nos contra diaboli, ac carnis ſuggeſtiones arguere, & obiectiones excogitare.* n.31.p.110.

IV. Quæ Diſcipuli ſufferre non poterant ob infirmitatem ante Paracleti aduentum, iam fortes effecti, facillimo negotio ſufferunt. *Vbi oſtendo, anſus Martyrum ad tormenta, & Confeſſorum ad exercitia vbertatis, Spiritus ſancti in fornace conflari.* n.36.p.111.

Fructus octauus.

FRVCTVS OCTAVVS.
IESVS *Paracleti iterum præclamat aduentum.*

1.

PANEGYRICVS I.
Ex Paracleti teſtimonio.

Lib.8. ſect.1. num.16. pag.116.

OBSERV.I. PAracletus, qui amor eſt, aptiſſimus equidem ad teſtimonium de dilectiſſimo Chriſto ferendum. *Ille enim ſolummodo ſcit hominem extollere laudibus egregiis, qui illum ſcit diligere.* n.16.p.116.

II. Chriſtus Paracletum, qui à ſe per dilectionem & à Patre procedit, diſcipulóſque ſibi amiciſſimos implet; curat de eorum cauſis proferre teſtimonium. *Et quando vel in euidentiſſima commēdatione inuictus verè teſtificatus eſt?* n.22.p.117.

III. Veritatis Spiritus verum teſtimonium omnino prolaturus, à Patre venit, à cœleſtibus peruolat auris. *Neſciunt homines veritatem ſyncerè, & ſine vlla immutatione proferre.* n.26.p.118.

IV. Apoſtoli, qui viderant opera Saluatoris, eius deitatis aptiſſimi teſtes adhibentur. *Ille enim teſtis egregius, qui non refert ex auditione, ſed ex viſus experimento.* n.32.p.119.

2.

PANEGYRICVS II.
Ex periculorum indicatione.

Lib.8. ſect.2. num.19. pag.122.

OBSERV.I. PAracleto Spiritu dilectionis aduentante, Diſcipuli non ſcandalizantur, dum tribulationibus opprimuntur, dum afficiuntur probris. *Quia diligentes perſecutores, eorum maurant errata. O charitas operiens peccatorum multitudinem?* n.19.p.122.

II. Vt Dominus horribilia annunciet diſcipulis, pericula, ita vt animo non conſternantur: ea conſolationis nomine protulit. *Mirum enim in modum malum imminuitur pio conſolationis amici verbo.* n.28.p.124.

III. Vt Dominus Diſcipulos ab ſcandalo remoueat, præmittit paſſuros eſſe dira certamina. An labores conſolatio? *Ita planè, Sanctorum enim tribulationes ficta omnino, non vera.* n.34.p.125.

IV. Poſtquam Dominus prænunciauit Diſcipulis virtutum faſtigium, ad quod erant, ex aduentu Paracleti, euehendi: conſequenter aſſerit ipſos tribulationibus diuexandos. *Celſioris enim virtutis aſſeclæ ſunt vberiores tribulationes.* n.42.p.126.

FRVCTVS NONVS. Fructus nonus.
IESVS *exitium præuidet Ieroſolymæ.*

PANEGYRICVS I. 1.
Ex Ieroſolymæ ruina.

Lib.9. ſect.1. num.9. pag.131.

OBSERVAT.I. CHriſtus de ſua Paſſione & morte non lacrymatur, & ob perituram ciuitatem lacrymas profundit. *O ineffabile diuinæ pietatis documentum.* n 9.p.131.

II. Dum Chriſtus Vrbis Ieroſolymæ ſeſe exhibet manſuetum Principem, tunc eius infallibile deplorat exitium. *Quia ſicut inter maxima Dei beneficia adnumerandum, corripi peccatorem: extremæ ruinæ documentum eſt, delinquentem non corripi.* n.18.p.132.

III. Quia videt Dominus, & agnoſcit ciuitatis opulentiam ac ſuperbiam, eam lacrymis proſequitur. *Mundi enim miſerias non poteſt non plorare qui noſcit. Qui non plorat, ſine intellectu eſt.* n.24.p.133.

IV. In die pacis ſuæ, & felicitatis deberent agnoſcere imminentem ruinam peccatores. *Præſagium enim calamitatis aſſolet eſſe felicitas: quod vel bruta agnoſcunt, quæis homines deteriores.* n.30.p.134.

V. Obſidio Ieroſolymitana, populi Iudaïci exitium exortum ex eo, quod ingratus ille poſt accepta oſtenditur beneficia. *Exitium ingratitudinem neceſſariò ſequitur.* n.36.p.135.

PANEGYRICVS II. 2.
Ex punitione profanatorum templi.

Lib.9. ſect.2. num.7. pag.137.

OBSERV.I. AVaritiæ ſtudentes Dominus è templo ſacratiſſimo deturbanit. *Vbi quàm indecens ſit Sacerdotum auaritia.* n.7.p.137.

II. Semper in Templo orandum eſt, quia domus eſt orationis. *Nam licet vbique ſit orandi facultas, ſemper nobis curandum, vt Templum, & altare mente in noſtra ædificemus.* n.13.p.138.

III. Templum, Dei domum, ſeu cœlum, ineffabilis decet reuerentia. *Templorum exprime maieſtatem.* n.20.p.139.

IV. Poſtquam Dominus Ieroſolymæ præcantauit

cantauit exitium, Templi prophanatores punit, vt oſtendat, vndenam illa ruina proueniret. *Etenim ſicut reuerentia Templo exhibita firmat vrbes, irreligioſitas contra delubra ſacerrima eas facit corruere.* n.25.p.140.

Fructus decimus.

FRVCTVS DECIMVS.

IESVS *abominationem deſolationis prænuntiat.*

1. ### PANEGYRICVS I.

Ex indicta fuga.

Lib.10. ſect.1. num.23. pag.147.

OBSERVAT.I. PEccatum quodlibet lethale abominatio deſolationis eſt. *Cuncta enim ob peccata deſolantur, euertuntur.* n.23.p.147.

II. Abominatio in loco ſancto, hoc eſt, in Sacerdotibus ac Religioſis ſtans, infallibile à Deo trahit ſupplicium grauiſſimum. *Vbi aſſero Sacerdotem è Templi redditibus epulantem, luxuriantem, quaſi operarium omnem iniquitatum eſſe.* n.31.p.148.

III. Puniturus Deus hominum abominationes, prius eas oculis omnium obiicit, ne percuſſi conquerantur, aut populus murmoret obiiciens, quod ſine cauſa vulnus fuerit inflictum. *Taxantur Præſules, qui ſine manifeſtatione delicto facta ipſi delinquentis, ſubditum in aliorum conſpectu puniunt.* n.39.p.149.

IV. Crimina, quæ publicè obiiciuntur, abominationes quæ videntur ſpeciatim in Clericis, præproperum ſupplicium indicunt. *Moneantur hinc, qui exerto delinquunt ſcandalo, nec ſtudent oculos hominum vitare, cum corruunt.* n.46.p.150.

2. ### PANEGYRICVS II.

Ex tribulatione Antichriſti.

Lib.10. ſect.2. num.12. pag.153.

OBSERV.I. ELoquentibus hæreticorum ſermonibus adducerentur etiam electi, ſi fieri poſſet, vt peruertendi eſſent. *Nihil enim efficacius, ad afficiendum animum ad virtutem, aut vitium, quam Rhetoricorum eloquium.* n.12.p.153.

II. Repentinus aduentus iudicis Dei in vniuſcuiuſque morte fulgor eſt noſtros oculos illuminans ad vitæ correctionem. *Quis enim non illicò conuertatur à crimine, cui mors ſubito, aut repentinus iudicis imminet aduentus.* n.19.p.154.

III. Temporibus Antichriſti cuncta fidelium membra cum ſuo capite IESV colligabuntur, ad Eccleſiæ ſtabilimentum. *Nihil enim tam validum, ad Eccleſiæ, ad Reipublicæ, ad cuiuſlibet communitatis exitium, quam diſſidia inter ciues, inter domeſticos.* n.24.p.155.

3. ### PANEGYRICVS III.

Ex tribulatione iudicij.

Lib.10. ſect.3. num.31. pag.160.

OBSERV.I. STatim poſt Antichriſti tyrannidem Chriſtus finale iudicium celebrabit ad oppreſſorum ſubditorum leuamen. *Violenta enim ſubditis inermis oppreſſio Deum ipſum irremediabilis iniuriæ vindicem appellat.* n.31.p.160.

II. Licet hominis Filium propriæ naturæ videnr peccatores Chriſtum iudicem aduentare; irremediabiliter plangunt, memores ſuffixionis ab ipſis peractæ. *Iudex enim offenſus irreparabilem minatur ruinam.* n.36.p.161.

III. Ficulnea fructibus pro floribus ornata Chriſtianæ perfectionis ſimulacrum obiicitur. *Viros enim perfectionem ſtudentes decent fructus, non flores; opera ſcilicet, non inania verba: Faciam, pœnitebo, &c.* n.42.p.162.

IV. Dei verba, aut promiſſiones potius facta, quam verba; quia nunquam fallunt. His ſolummodo crede. *Nam verba hominum inania, promiſſa inſtabilia ſunt.* n.48.p.163.

FRVCTVS VNDECIMVS. Fructus vndecimus.

IESVS *falſorum Prophetarum deſcribit futuram irruptionem.*

PANEGYRICVS I. 1.

Ex falſis Prophetis.

Lib.11. ſect.1. num.7. pag.168.

OBSERVAT.I. HOmines deploratæ conſcientiæ Pſeudo-prophetæ, ſeu hæretici appoſitè à Domino appellantur. *Nam cum voluntas prona admodum ad delicta prolabitur, facilè mens excæcatur erroribus.* n.7.p.168.

II. Ab Hypocritis nos Dominus monet attendere ore mitibus, corde crudelibus, *&c. Peccatoris duplicitas expenditur.* n.13.p.169.

III. Prophetæ mendaces aptè cum lupis rapacibus conferuntur. *Nihil enim crudelius mendacio, è quo omnia piacula ortum duxere.* n.20.p.169.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex arboris fructibus.

Lib.11. ſect.2. num.8. pag.172.

OBSERV.I. PSeudo-prophetæ ſub veſtimentis ouium latitantes, diù abſcondi non poſſunt à ſuiſmet actionibus manifeſtati. *Non poteſt ſeductio, aut mendacium diu deliteſcere; doloſam etenim, ac mendacem ſuamet aperiunt, & exponunt actiones, quibus curat abſcondi.* n.8.p.172.

II. Verus Propheta à Pſeudo-propheta ex operibus diſtinguendus obiicitur. *Opera enim cordis aperiunt affectum.* n.15.p.174.

III. Pſeudo-prophetæ ore Dominum, non operibus profitentes, excluduntur à Regno. *Nec enim Deo placent inania verba, quæ cum operibus non colligantur.* n.21.p.175.

IV. Inſinuat Dominus Iudæos ligna incidenda, & in ignem deputanda. *Monens Concionatores, peccatores inſignes & ſcandaloſos aliquando inſinuandos, cùm non proficit generalis correptio.* n.29.p.176.

V. Arbori fit ſupplicij comminatio, vt bonos iam fructus produceret. *Supplicium enim peccatori obiectum, eius comprimit impudentiam.* n.34.p.177.

VI. Regnum conſequuntur non vociferantes, ſe Chriſticolas: ſed fidelibus operibus confirmantes. *Solus etenim Regno dignus in conſpectu Dei obiicitur, qui rectis nititur operibus.* n.41.p.177.

Fructus duodecimus.

FRVCTVS XII.

IESVS *futuram paſsionem diſcipulis præſentat.*

1\.

PANEGYRICVS I.

Ex cœci clamoribus.

*Lib.12. ſect.1. num.13. pag.*183.

Observ.I. IDeò cœcus illuminatur, quia in Ierichò mundi defectus experitur. *Mundi enim defectus efficit humanos oculos illuminari,& aperiri,vt deſpiciant eum.* n.13.p.183.

II. Cœcus ille, id eſt, genus humanum mendicans obiicitur apud Iericho, id eſt, mundialium bonorum defectu. *Quia tam mendax, tam fugax mundi proſperitas, vt faciat vel poſſeſſores ſemper mendicitate, ac inopia laborare.* n.18. p.183.

III. Qui in Iericho, id eſt, in mundi defectibus ſemper mendicus commoratur, orationis vi cœleſtia bona ſatagit impetrare, vt diues eſſet. *Orationi omnia parent,etiam impoſſibilia quaſi incipiant eſſe neceſſaria.* n.26.p.184.

IV. Non ſemel cœcus ille clamauit, Domino audiente, nec reſpondente illicò, vt clamitaret iterum miſer. *Nec enim Dominus humanus miſerorum,& egentium clamoribus inquietatur: vt edoceat nos pauperum clamores libenter exaudire.* n.32.p.185.

V. Cœcus ac illiteratus homo agnoſcebat Chriſtum Dauidis Filium Meſſiam, ac Dei Filium ex operibus, quæ audiebat eum gerere ad hominum beneficium. *Pietatis namque actiones originis auguſta proclamant.* n.39.p.186.

VI. Diſtulit Dominus beneficium cœco conferre, vt rurſus clamaret,& expectatius beneficium acciperet. *Eo enim beneficium gratius obuenit, quo expectatius eſt.* n.45.p.187.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex cœci ſanitate.

*Lib.12. ſect. 2. num.15. pag.*189.

Observ.I. CVm ſtat Dominus,ſeu cum totus miſeri calamitati intendit, cœcitatem ablegauit ſubditi laborantis. *Edocet Præſules, Principes immediatè debere ſubditorum videre labores, eique muneri ſibi iniuncto ſolummodò intendere. O quot incommoda ſubditorum æternantur,quia Princeps non aſtat,& videt!* n.15.p.189.

II. Interrogat Dominus cœcum,quid à munifico Domino velit accipere. Nam licèt præcipuus illius labor cœcitas erat; non omnes volunt à cœcitate liberari. *Ipſa hominum cœcitas facit eos futilia capere, vera bona contemnere.* n.20. p.190.

III. Prudens cœcus nil ſe expetere indicat, niſi videre Dominum. *Omnibus enim bonis fruitur, qui* IESV *potitur conſpectu.* n.24.p.190.

IV. Cœcus ſanitate donatus, illicò curat ſequi Saluatorem. *Nam ſi veraciter peccator à cœcitate ſurgit, mox via incedens ſalutari Chriſtum ſequitur, eius præceptis obtemperans.* n.31.p.191.

PANEGYRICORVM
Moralium Syllabus.

IESV PARABOLÆ.

Duodecim Dominici Ligni vitalis fructus.

Fructus primus.

FRVCTVS PRIMVS.
Nuptiæ filij Regis.

1.
PANEGYRICVS I.
Ex indignis inuitatis.

Lib.1. ſect.1. mem.13. pag.201.

OBSERV.I. REGNVM cœlorum, ſeu ſacra Eccleſiæ communitas Reges homines, ſeu Præſules requirit humanos. *Nulla etenim in gubernatore moralis virtus commendabilior eſt, quam humanitas.* n.13.p.201.

II. Regnum cœlorum, ſeu Rex cœleſtis aptè Rex homo appellatur, vt diſtingui poſſit à Rege terreno. *Rarò enim Rex terrenus apparet, qui pleno ore Rex homo poſſit vocitari.* n.19. p.202.

III. Nuptias Chriſti & Eccleſiæ ſeu animæ luſtræ expendo, & illuſtro. *Taxans animæ ſponſæ ingratitudinem, qua ineffabilem ſponſi* IESV *dilectionem auſa eſt delinquendo offendere.* n.24.p.203.

IV. Per Incarnationis myſterium Deus, homo Rex nuptiale conuiuium præparat, totus orbis dum pace potitur. *Neque enim ſubditis bellorum incommodo preſſis, deceret Regem conuiuij delicijs operam dare.* n.37.p.204.

V. Curat Dominus renuentes inuitatos ad conuiuium adducere taurorum, & altilium occiſione expoſita, id eſt, obiectis Diuorum exemplis. *Etenim præcedentium exempla validum eſt ad inertiam tepidorum ablegandam incitamentum, in Hiſtoria ſacra, ſeu librorum ſpiritualium commendationem.* n.44.p.205.

VI. Qui negligentes vocationem ſeruorum non punit: eos, qui ſeruos ipſos vocantes contumeliis afficiunt, & vulneribus, ira ſuccenſus exitialiter punit. *Tanti enim Deus ducit prædicatorum, ſeu miniſtrorum Euangelij, dum muneri incumbunt, indemnitatem, vt celeriter puniat ſeruorum contemptores, qui ſegnis ad proprias vindicandas iniurias videtur oſtendi.* n.50.p.206.

2.
PANEGYRICVS II.
Ex dignis inuitatis.

Lib.1. ſect.2. mem.11. pag.209.

OBSERV.I. REx cœleſtis nullum excipit à conuiuio, omnes iubet indifferenter adduci. *Innuens, dedecere Principem oſtendi perſonarum acceptatorem.* n.11.p.209.

II. Impletæ ſunt nuptiæ & bonis & malis inuitatis. *An congregatio vlla in terris, quæ ſocios improbos non contineat.* n.19.p.210.

III. Solus Rex vidit hominem veſte nuptiali non indutum; miniſtri, ſociique conuiuæ non viderunt. *Ad ſolum etenim Regem, ſeu Præſulem attinet, ſubditorum defectus aſpicere, vt corrigant.* n.25.p.211.

IV. Conuiuij locum Rex init, vt ſollicitudinem erga ſubditorum actiones, & prouidentiam, quæ Præſules decet, oſtendat. *Agnata eſt enim Regibus ſollicitudo, vigilantia, ac prouidentia circa ſubditorum commoda; & iniquorum ſupplicia.* n.30.p.212.

V. Iniquum hominem, imò iniquorum cœtum Rex cœleſtis vocat amicum. *Vrbanitas enim erga ſubditos etiam iniquos, Principibus agnata: quos debent cuncti Præſules imitari.* n.37. p.213.

Fructus ſecundus.

FRVCTVS SECVNDVS.
Regis debitor.

PANEGYRICVS I. 1.
Ex remiſſione debiti.

Lib.2. ſect.1. mem.15. pag.219.

OBSERV.I. REx, ſeu Præſul, qui homo ſeu humanus, ac benignus oſtentatur: rationem ponit cum ſeruis, id eſt, eos ad rationis iura ſeruanda adducit. *Præſulum enim benignitas nobilibus ſubditis exactio eſt.* n.15. p.219.

II. Vnus ille, qui tot debebat talenta, Præfectus domus proculdubio erat. *Horum debita nunquam exigua, quia Principum, aut Præſulum piacula mirum in modum ſuperant ſubditorum crimina.* n.22.p.220.

III. Homo poſt tot talentorum rapinam, non habet vnde reddat Domino debitum. *Quia peccatum hominem omnibus diuitiis, amicis, auxiliatoribus illicò expoliat.* n.28.p.221.

IV. Omnia dicitur habere debitor, & ſimul aſſeritur, nihil habere, vnde reddere poſſet. *Quia bona furto, ſeu iniquitate acquiſita nulli commodo cedunt, nullius ſunt vtilitatis.* n.34. p.222.

V. Re

V. Recurrit debitor ad puluerem propriæ fragilitatis, vt à cunctis debitis abſoluatur. *Humana enim fragilitas debitorum immunitis gratuitatem.* n.40.p.223.

VI. Petit debitor Dominum expectare, & ſe omnia redditurum promittit. At Dominus non ſolum expectat, ſed & totum debitum remittit. *Quantò Dei pietas plus admodum tribuentis, quàm petunt debitores.* n.46.p.224.

2. PANEGYRICVS II.

Ex ſerui in conſeruum crudelitate.

Lib.2. ſect. 2. num.15. pag.227.

OBSERV.I. REx dimittit ſeruo decem millia talenta, ſeruus conſeruo centum denarios non remittit. *Geſta enim mitia plerumque natalitij nobilitatem, crudelia vilitatem ſapiunt.* n.15.p.227.

II. Cùm ſeruus ſe videbat aduerſa fortuna abiectum, ſubmittebatur: cum proſperitati reducitur, obliuiſcitur aduerſitatis, & ſimili abiecto non miſeretur. *Proprium hominum eſt, cum fortuna mutari. Rarus, ac commendabilis admodum, qui in magna fortuna memor abiectionis præteritæ operetur.* n.22.p.228.

III. Seruus ille egreſſus à Domini tribunali, ſeu ablegans è memoria iudicij diuini rectitudinem, ad iniquiſſima geſta prolabitur. *Continet planè homines iudicij memoria. Immemor iudicij, iniquiſſimis actionibus implicatur.* n. 28. p.229.

IV. Domino patientiam exhibente, debitor ſeruus acquiritur: homine creditore patientiam Dei imitáte proximus debitor plenariè ſatisfacit. *Citius debita recuperat, qui maturius ſcit expectare: perdit planè qui impatiens exactor oſtenditur.* n.35.p.230.

V. Miſero debitori ſatius fuiſſet, primùm temporaliter à Domino exigente puniri, quàm toto debito dimiſſo, dimiſſus ipſe tortoribus æternum punituris poſtmodum addici. *Fœlix qui Deum temporaliter experitur iratum, ſi ſupplicio affectus temporario non ſubibit æternum.* n.41. p.231.

Fructus tertius. FRVCTVS TERTIVS.

Epulo diues.

1. PANEGYRICVS I.

Ex diuite hoc ſæculo commorante.

Lib.3. ſect.1. num.12. pag.236.

OBSERVAT.I. EXpreſſit Chriſtus diuitis ornamenta, ex purpura, & byſſo: vt deprauatos hominis mores exprimeret. *Aſſolet enim amictus aut religioſus aut prophanus morum rectitudinem, aut iniquitatem indicare.* n.12.p.236.

II. Alterum improbæ vitæ diuitis documentum, quotidianis epulis deliciari. *Pariter enim aſſolent incedere prophana conuiuia, & morum relaxatio.* n.20.p 237.

III. Non deſignatur proprio nomine diues, quia velut ficta eius felicitas: pauperis nomen exprimitur, quia ille apud Deum vere diues eſt. *Verè quidem pauper eſt diues infelix ſine Deo: verè diues eſt pauper hæreſcens Conditori.* n.27.p.238.

IV. Diues homo quidam erat, ſed non eſt, quia dum diues efficitur, exuit naturam hominis & in brutum eſt omnino mutatus. *Diuitiæ enim obturantes rationem, brutescere homines efficiunt.* n.34.p.239.

V. Vt Chriſtus exponeret damnationis exemplum, non luxurioſum, aut raptorem hominem memorat, ſed diuitem. *Diuitiis enim aſſolet damnatio inſidiari.* n.40.n.240.

VI. Si diues epulo Lazaro inopi iacenti ad ianuam eius ſuccurriſſet, diuinæ pietatis proculdubio expertus fuiſſet circa ſalutem, documentum. *Eleemoſyna etenim plures iniquos diuites ab æterno liberauit exitio.* n.46.p.241.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex epulonis damnatione.

Lib.3. ſect.2. num.27. pag.245.

OBSERV.I. DE diuite non dicitur: *Factum eſt, vt moreretur*, quemadmodum de Lazaro: Quare? *Quia mundialis potentia aut felicitas adeò obnoxia ruinæ, vt ſuomet pondere corruat.* n.27.p.245.

II. Diues in tormentis conſtitutus, oculos aperit ad ſuam miſeriam dignoſcendam, ad differentiam perpendendam temporariæ & æternæ felicitatis. *Et quando non labores mentis oculos acuerunt, ad inuiſibilia affectanda, ad vtilia intelligenda.* n.33.p.247.

III. In ſinu pauperem Abrahamus collocat, vt oſtendat ſibi eſſe æqualem circa eleemoſynam. *Pauperrimus enim homo poteſt Abrahamum munificentiſſimum erga pauperes, imitari.* n.41.p.247.

IV. Totus ardet diues, & ſoli linguæ expetit refrigerium? *Ita planè: Lingua enim poſſet confeſſione delictorum, ſi verè fieret, gehennæ incendium illud extinguere.* n.48.p 248.

V. Acerbius diues in lingua experitur incendium quia aut procacitate linguæ deliquerat, aut pauperi inſultauerat. *Membrum enim ſpecialiter ſeruiens iniquitati, ſpeciali tormento in gehenna afficitur.* n.54.p.249.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex diuitis fratribus.

Lib.3. ſect.3. num.7. pag.252.

OBSERV.I. DIues epulo carnali in ſuos dilectione, etiam poſt diſſolutionem corporis pulſatur? *Praua vitiorum conſuetudo quam difficile aboletur!* n.7.p.252.

II. Diues in deliciis Deum neſciebat, non curabat æterna; vbi tormenta ſenſit priſtinam exuit ſtultitiam. *Vis enim tormentorum, & tribulationum vel damnatos efficit prudentiores.* n. 14. p.253.

III. Diues vel in gehennæ tormentis non videtur affectum erga carnales propinquos exuiſſe. *Is erga cognatos amor, innatus, vt plus de eorum incommodis, quam de malis proprijs doleamus.* n.19.p.253.

IV. Nil preces diuitis proficiunt, qui licet in ſtatu eſſet, quo vtiliter proferrentur: deberet inſtare,

inſtare, & replicare orationem, vt mereretur exaudiri. *Inſtantia enim precum a Domino exigit beneficia.* n.23.p.254.

V. Diues ſtultè pro fratrum incolumitate inutiliter deprecatur, dum ipſe gehennæ flammis immergitur, quas deberet prius precibus extinguere. *Contra eos, qui contemnentes cœleſtia neceſſaria ſibi, pro inutilibus ad commoda pertinentibus precantur.* n.29.p.255.

VI. Aſſerit Abrahamus ſufficientiſſimè prouiſum eſſe diuitis fratrum ſaluti, dum Moyſem, & Prophetas habeant, id eſt, ſacras Scripturas, à quibus poſſint viam virtutis edoceri. *Scriptura enim ſacra via eſt ad ſalutem, perfectionis Chriſtianæ magiſterium.* n.36.p.257.

Fructus quartus.

FRVCTVS QVARTVS.

Villicus.

1.

PANEGYRICVS I.

Ex villico à Domino taxato.

Lib.4. ſect.1. num.9. pag.261.

OBSERVAT.I. TAxatur villicus, non quod bona Domini diſſipatit, ſed quod diffamatus fuerit, quod quaſi diſſipaſſet bona Domini. *Reprehenſibilis enim obiicitur OEconomus, ſeu Præſul, aut vir illuſtris, qui vel ſpeciem contra bonam famam non curat abſtrahere.* n.9.p.261.

II. Mox vt Dominus villici piacula audinit, ſupplicio affecit. *Ac ſi celeriori, & grauiori ſint obnoxij ſupplicio, qui domeſtici Dei, non verentur, ſe delictis inficere.* num. 14. p.262.

III. Audita diffamatione villici Dominus, incunctanter dat operam ſupplicio. *Quia impudenter, ſeu ſine cautela delinquere, Deum cogit ad vindictam.* n.20.p.263.

IV. Hortatur Dominus villicum, vt reddat rationem muneris iniuncti, & ad obiectiones reſpondeat. *Nec enim iudicem æquum ſe oſtenderet, ſi reum inauditum damnaret.* n. 25. p.264.

V. Secretiſſimum diſſipationis bonorum delictum vulgariter aperitur. *Quia nullum tam occultum facinus, quod non agnatum ſit manifeſtatione.* n.32.p.265.

2.

PANEGYRICVS II.

Ex villico laudato.

Lib.4. ſect. 2. num.18. pag.268.

OBSERV.I. VIllicus nullum habebat debitorem, nec priuatus munere, vnde poſſet vitam traducere. Vndenam miſero penuria tanta? Certè ex ipſa iniuſta bonorum Domini diſſipatione. *Etenim res iniuſtitia poſſeſſa iniuſtum illico fugiunt poſſeſſorem.* n.18. p.268.

II. Beneficiò & tritici, & olei exhibito, prudens villicus cogit homines gratitudinis ergò ſe conſtituere illius in domos receptores. *Et quando beneficia accepta non cogunt homines ad gratiam referendam.* n.25.p.269.

III. Quam prudens villicus, qui vt iniquitatis veterè notas dilueret, eleemoſynis elargiendis dedit ſtudium. *Etenim eleemoſyna conducit ad pœnitudinis veræ affectum, veniam impetrat.* n.32.p.270.

IV. Neceſſarium obituris Diuorum patrocinium illuſtratur. *Prudens ergo, qui procurat nunc obſequiis piis ſibi amicos in diem illum comparare.* n.37.p.271.

V. Cum deficimus à gratia Dei, eleemoſyna comparandi amici, qui nos gratiæ efficiant reſtitui. *O quam efficax eleemoſyna ad veniam de iniquitatibus aſſequendam!* num.44. p.272.

VI. Cur diuitiæ iuſtè acquiſitæ iniquitatis mammona vocitantur? *Certè quia diuitiæ eſt fomes delinquendi.* n.49.p.272.

FRVCTVS QVINTVS.

Fructus quintus.

Cœna Magna.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex inuitatorum excuſatione.

Lib.5. ſect.1. num.13. pag.278.

OBSERVAT.I. BEatitudinis magnum epulum illuſtratur. *Vbi ſtultum illum mundi amatorem, qui hærens fallacibus bonis, tantæ felicitati nuncium remiſit.* numero 13. p.278.

II. Hora cœnæ, hoc eſt, mortis articulo omnia bona cœleſtia inuitatis iuſtis præparantur. *Vbi mortis iuſtorum beatitudinem exprimo.* n.23.p.279.

III. Inuitat Dominus, imò cogit ad conuiuium, hoc eſt, ad amoris in ipſum ſuauitatem, exprimens dona, quibus homines affecti ſunt. *Quia quaſi cogit homines ad amorem diuinum, donorum à Deo acceptorum recordatio.* num.28. p.280.

IV. Illi inuitati, quos Dominus allicere curat ad Cœnam, expoſito epularum apparatu, probant ſe non eſſe ex amicorum numero. *Nam amicos ſuos Deus ad ſe allicit, non dulcedine expoſita, ſed laborum verbere.* n.38.p.281.

V. Agricola cum eſſet inuitatus hic villæ emptor, ſuperbia laborans oſtentatur. *Quàm agnatum aſſolet eſſe abiectis hominibus, ſuperbiâ morbo laborare.* n.43.p.282.

VI. Qui conuiuium iniens, poterat vni iugo ſuauiſſimo hæreſcere, renuens ad Cœnam accedere, multa ſibi iuga importabilia parat. *Difficilius planè diabolo ſeruire, quam Domino; vnde extrema damnatorum dementia taxatur.* n.49. p.283.

VII. Qui vxorem duxerat, ſiue qui concupiſcentiæ vitio myſticè laborabat, loquitur inurbanè, impudenter de luxuriei ingenio reſpondet. *Nam luxurios, trinos efficit inurbanitate, ac ruſticitate laborantes.* n. 56. p.283.

2. PANEGYRICVS II.

Ex pauperum adductione.

Lib.5. ſect.2. num.9. pag.286.

OBSERV.I. DIuitibus dimiſſis, pauperes, in ſæculo debiles iubet Dominus aduocari. *Hi enim & faciliùs rationi parent, & efficaciùs à Deo immutari aſſolent.* num.9. p.286.

II. Iubetur ſeruus compellere homines ad conuiuium iucundum exempli vi. *Præſidum enim facta non tam inuitant, quàm cogunt ſubditos ad imitationem.* n.15.p.287.

III. Compelli iubentur pauperes, deſpecti, ac laboribus acti tribulationum irruptione. *Quia tribulationis, ac laborum moleſtia homines trahit ad virtutis conuiuium.* num.22. p.288.

IV. Cùm Dominus in omnes Iudæos inuitatos iratus admodum oſtenditur, multos ex eis recipit ad cœnam. *Quia cum ira igne ſuccenditur, miſericordia aura refrigeratur.* n.30. p.289.

V. Iudæi ſe excuſantes à cœna cœleſti traditi ſunt hoſtibus puniendi: non ab irato numine flagellantur. *Domino enim Regi indignum proprias iniurias propria manu vindicare.* n.36. p.290.

3. PANEGYRICVS III.

Ex Cœna Euchariſtica.

Lib.5. ſect.3. num.1. pag.291.

OBSERV.I. EVchariſtia eſt cœna magna, ſeu cœleſte epulum vitæ cœleſtis continens delicias. *Vbi aſſero, dignè ad Euchariſtiam accedentes vita æterna refici, beatitudine cœleſti potari, ſalutis ſcilicet præſtantiſſimo pignore accepto.* n.1.p.291.

II. Hora cœnæ hora mortis eſt. *Tunc etenim dignè Euchariſtica cœna hærent inuitati, cùm ita diſpoſiti accedunt, ac ſi illicò è vita eſſent diſceſſuri.* n.9.p.292.

III. Omnia parata eſſe verè nuncius affirmat, Euchariſtica cœna expoſita. *Quia hoc in epulo Regis cœleſtis omnes diuitiæ continentur.* n.17. p.293.

IV. Tribus hiſce inuitatis ad cœnam Euchariſticam, peccatores cuncti exprimuntur, quibus Euchariſtica medicina offertur. *Nam ad vitia ex animo ableganda, Euchariſtia agnata eſt medicina.* n.25.p.294.

V. Quàm ineptè excuſantur à conuiuio Euchariſtico, qui poterant ad cœnam venientes à mundo, à diabolo, à carne liberari. *Euchariſtia enim è tribus animæ hoſtibus illuſtriſſimum agit triumphum.* n.30.p.295.

VI. Quàm demens inuitatus ille, qui cœnam Euchariſticam pro villa, id eſt, terrenis bonis commutauit. *In cœna enim Euchariſtica cœleſtium bonorum fruimur abundantia.* n.54.p.298.

VII. Inuitatus infelix, vt plurium dominorum ſeruitutem emat, Euchariſtica filiorum menſa priuatur. *Quam à ſeruitute abſtractus, qui cœna Euchariſtica fruens, in Deum conuertitur.* n.62.p.299.

VIII. Nil magis repugnat cœnæ Euchariſticæ puritati, quam libidinis voluptates. Ideò ſe venire non poſſe affirmat, qui duxit vxorem. *Si non poteſt decenter cœnæ huic intereſſe, qui licitis dedit ſtudium voluptatibus; quid Veneri iniquæ libans obſequium?* num.73. p.300.

IX. Conuiuæ illi ruſticitate nimia premuntur, quia ad cœnam Euchariſticam accedere renuerunt. *Panis enim hic intellectus mentem edocet, ac ſapientes efficit homines.* num.82. p.302.

X. Pauperes, debiles, cœci, & claudi, id eſt, peccatores defectibus affecti vocantur ad cœnam, non vt defectuoſi comedant: ſed vt mutati prius, menſæ accumbant. *Væ qui ſine mutatione defectuoſus accipit Euchariſtiam.* n.98. p.303.

FRVCTVS SEXTVS. Fructus ſextus.

Publicanus.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex Phariſæi ſuperbia.

Lib.6. ſect.1. num.15. pag.309.

OBSERVAT.I. REprobatur Phariſæus, qui apud Templum publicano detraxit, nec loci ſanctitate compunctus eſt. *Debitam delubris reuerentiam illuſtro.* num.15. p.309.

II. Superbus Phariſæus ſeſe ab hominum communitate abſtraxit. *Quia ſuperbia ſola incedit, nec reputat cum hominibus eſſe flagellandam.* n.27.p.310.

III. Phariſæus deſpectis cæteris Publicano vituperiis affecto, cupit ex omnium fulgeſcere obſcuratione. *Superbus enim nunquam ſe eximium fore putat, niſi quando reliquos contemnit.* n.33.p.311.

IV. Superbus Phariſæus inaniter quidem pœnitentiæ fictæ operibus pergrauatur. *Quam agnatum ſuperbis, vias difficiles terere, per præcipitia ad tartarum properare.* n.40.p.312.

V. Orabat Phariſæus apud ſe, id eſt, non verè apud Deum orabat, qui in ſuperbiæ piaculo perſiſtebat. *Quiddam enim quodammodò implicatorium eſt, verè orare & delinquere. An quia vera oratio illico adſtruit animi innocentiam?* n.47.p.313.

VI. Phariſæus cunctis virtutibus, quas iactitabat, inanis oſtenditur dum ſe, alium à cæteris proferebat. *Quia vacuus omninò, qui communitatis viam deſerit, ſingularem inſtituit.* n.55.p.314.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex Publicani humilitate

Lib.6. ſect.2. num.12. pag.316.

OBSERV.I. SVperbiam Phariſæi Deus humiliatione flagellauit. *Nihil enim ſuperbiæ, Deo iudice, magis agnatum flagellandæ, quam humiliationis dedecus.* n.12.p.316.

II. Humilitatem Publicani Deus exaltatione munerauit. *Nihil enim magis agnatum humilitati, quam exaltatio.* n.20.p.317.

III. Dum

III. Dum Publicanus ſeſe peccatorem oſtentat, à Deo mirificè commendatur. *Quia qui à propria abſtinet laudatione, dignus obiicitur qui ab aliis commendetur, & efferatur.* n.30. p.318.

IV. Dum ſe Publicanus humilitatis virtute prædítum oſtendit, apertè monſtratur, quam iniuſtè à Phariſæo adulter fuerit appellatus. *Quia caſtitas & humilitas aſſolent una in ſede commorari adeò, vt ſi animus caſtitate emineat quaſi neceſſariò debeat humilitate nitere.* n.37.p.319.

V. Publicanus profundè ex humilitate deſcendit, vt Deum inueniens, iuſtificari poſſet. *Et quando humilitas Deum non inuenerit, qui non ab aſcendentibus, ſed à deſcendentibus eſt inueniendus.* n.43.p.320.

Fructus ſeptimus.

FRVCTVS SEPTIMVS.

Sinapis, Fermentum.

1.

PANEGYRICVS I.

Ex Sinapis incrementis.

Lib.7. ſect.1. num.11. pag.324.

OBSERVAT.I. DE quotidiano vſu, de communi conuerſatione Dominus parabolarum ſumit ſimilitudines, non de occultis; vt poſſint à rudioribus capi. *Quam inutilis prædicatio eorum, qui conceptuum celſitudine, ac verborum inuolucris verbum Dei proferunt.* n.11.p.324.

II. Sinapis eſt feruor internus, quo exercitamenta virtutum faſtidium non offerunt quotidie abſumenti. *Nauſeans enim vitam repetit ſæcularem, qui interno huiuſmodi feruore faſtidium non curat expellere.* n.20.p.325.

III. Sinapis excitans lacrymas, pœnitentiæ, ac contritionis agit ſimulachrum. *Profectò lacryma, ſeu affectus pœnitentiæ virtutum vel difficilium guſtum excitat.* n.26.p.326.

IV. Sinapis rami æternæ vitæ meditatio eſt, qua ſuffultæ animæ pondere temporariæ vitæ preſſæ poſſunt à fatigatione reſpirare. *Vita quidem hominis tot tantiſque eſt plena laboribus, vt non fruamur ea, ſed eam vtique patiamur.* n.33.p.327.

V. Sinapis granum vigens, condiens, ſanans magnum fructibus, vile quidem oſtenditur, ac minimum apparet. Vnde meritò fit maius oleribus, & proceram aſcendit in arborem. *Agnatum humilitati, mirum in modum eleuari.* n.41.p.328.

VI. Sinapis granum eſt Paſſionis Dominicæ meditatio, quæ quidem laborum cibos dulces efficit. *Nil enim ita nos reddit auidos ad laborum ſuſtinentiam, quàm Chriſti paſſionis exemplum.* n.46.p.329.

2.

PANEGYRICVS II.

Ex Fermenti vi.

Lib.7. ſect.2. num.18. pag.332.

OBSERV.I. FErmentum, quod farinam in vnum corpus vnit; Eccleſiæ ſignificat concordiam triumphantem. *Concordia enim totus orbis Eccleſiæ ſubigitur.* n. 18. p.332.

II. Verbi diuini efficacia ex Prædicatorum virtute in fermento innuitur. *Euangelica enim prædicatio efficacius mundum allicit ad Deum Concionatorum exemplo, quàm vi eloquentiæ.* n.26. p.333.

III. Chriſtus in Euchariſtia fermentum eſt faciens maſſam, cui hæreſcit eleuari. *Oſtendo, Hiſpaniæ Reges Auſtriacos ex Euchariſtia mirum in modum eleuatos, auguſtiſſimum eorum dilatatum imperium.* n.34.p.334.

IV. Si vir granum Sinapis curæ ferendi dat operam: fœmina interim fermento admiſcendo farinæ impendit ſtudium. E cœlo labores communiter omnibus ſubditis exponuntur. *Principatus enim præcelſi eſt, haud hos plus, quam illos ſubditos pergrauare.* n.41. p.335.

V. Fermentum in maſſæ inſipiditatem non tranſit, ſed potius maſſam ad ſaporis ſui trahit æmulationem. *Iuſto enim agnatum eſt, ab iniquis ſocius non ſolum non peruerti, ſed eos ad ſui imitationem allicere.* n.47.p.336.

Fructus octauus.

FRVCTVS OCTAVVS.

Semen.

1.

PANEGYRICVS I.

Ex ſimilitudinis propoſitione.

Lib.8. ſect.1. num.14. pag.342.

OBSERVAT.I. AGricola hic non exiuit ſeminationis prætextu ad alia negotia ſuo muneri repugnantia: ſed ad offerendum ſuum terræ granum exiuit. *Subtaxans Euangelij miniſtros, ac ſpirituales parentes, qui miniſterij ſacri prætextu ſæcularibus negotiis implicantur, & propriis commodis ſtudent.* n. 14. p.342.

II. Verbi ſacri ſemen diuerſimodè cadit in auditorum terram. At miſericordiæ grana nunquam non feliciter excidunt. *Nunquam enim perit, ſemper redit cum vſura, quod pauperi expenditur.* n.21.p.343.

III. Cœleſtis agricola in petram, in viam, in terram ſpinis redundantem, & in terram bonam beneficiorum grana immiſit: bonos, & malos donis affecit. *Dignissimo agnatum Principi, ſupremóque optimo Præſuli, nulli ſubditorum munera denegare.* n.29.p.344.

IV. Licet ex ſeminibus tanta vis deperdita eſt, particula cadens in terram bonam, centuplum fructuum reddidit, quia agricola non ex alieno penu, ſed ex proprio tritico ſeminauerat. *Fructificant enim propria diuitiæ, quæ acquiruntur ex raptu, imminuuntur.* n.37.p.345.

V. Exiit Dominus, ſiue nobis appropinquauit, non armis amictus, ſed verbi ſator, vt rebelles homines ad meliorem frugem adduceret. *Rebelles enim ſubditi non tam trahuntur ramorum vi, quam beneficiorum vinculis alliciuntur.* n.42.p.346.

VI. Granum iuxta viam, virtus in publico conculcatur; proficit in receſſu, & honorabilis oſtenditur. *Monemur iuſti, à curia recedere, ad occultà properare: vbi & virtus*

accreſcit, & hominibus venerabilior efficitur. n.48. p.347.

VII. In corde petricoſo granum cœleſte exaruit, ob humoris defectum. *Lachrymæ enim præcordia fœcundant, ad ſeminum cœleſtium incrementa.* n.53.p.348.

VIII. Bona, & noxia herba ſimul exoritur. At noxia nempè ſpinæ bonum ſemen ſuffocauerunt, non bonum ſemen noxiam herbam. *Facilius enim malorum ſocietas inficit bonos, quam boni contubernium malos ad virtutem adducit.* n.62. p.349.

IX. Terræ bonitas ex centuplo fructu auſpicatur. *Edoceris, eum appellandum veraciter bonum, qui non ſolum verbis, ſed operibus probitatis anguſtiſſimam naturam oſtentat.* n.69.p.350.

2. PANEGYRICVS II.

Ex ſimilitudinis explicatione.

Lib.8. ſect.2. num.15. pag.353.

OBSERV.I. POtentiſſimum ad ſalutem hominum vel vnici verbi ſacri granum. *Ad iuſtorum profectum, & ad peccatorum correctionem ſacrum verbum eſt potentiſſimum, in prædicationis commendationem.* numero 15. p.353.

II. Magna ſollicitudine curat diabolus, volucris præpetis in morem, arripere verbi ſacri granum à fidelium præcordiis. *Quid mirum, ſi verbum ſacrum inferni eſt euacuatio ob peccatorum conuerſionem.* n.22.p.354.

III. Granum ſine radicibus protinus exſiccatur. *Quia virtus non radicata ex laborum ſuſtinentia, facili temporum iniuria languet.* num.29. p.355.

IV. Quis crederet granum à voluptatibus ſuffocandum eſſe. *Profectò voluptates verè ſunt animi, corporiſque tortores.* n.35 p.356.

V. Sæculares diuitiæ ſpinæ triticum ſuffocantes. *Diuitiarum fallaciam expendo.* num. 44. p.357.

VI. Vberrimi bonæ terræ ex patientia fructus. *Aſſero, Euangelij miniſtros ex patientia vberrimos fructus conuerſionis hominum reportare.* n.49.p.358.

Fructus nonus.

FRVCTVS NONVS.

Vinea.

1. PANEGYRICVS I.

Ex vineæ plantatione.

Lib.9. ſect.1. num.16. pag.363.

OBSERVAT.I. SI vinea Regnum, Rex appoſitè paterfamilias appellatur. *Reges enim, Principes, Præſules optimos illos habe, quos ſeſe videris patres gerere ſubditorum.* n.16. p.363.

II. Cùm verè ſubditi homines Dei hæreditas exponuntur, appoſitè ſub nomine vineæ ſignantur. *Quia Deus expetit homines in virtute perſiſtentes; ſtabilibus bonis, non mobilibus delectatur.* n.24.p.364.

III. Vineam ſuam cœleſtis paterfamilias ſepe circundedit, id eſt, Angelorum cuſtodia. *Angeli tutelaris neceſſitas ad hominis, Dei vinea cuſtodiam, expenditur.* num.30. p.365.

IV. Primum patrisfamilias ſtudium, vineam ſepto circundare ad honorem cuſtodiæ, non ad ſuſpicionis vituperium. *Nec enim indicium ſuſpecti animi in Præſule, ſubditum cuſtodire, ſed æſtimationis. Quod enim magni habetur, aſſolet cuſtodiri.* numero 40. p.366.

V. Vineam ſuam Deus antiquorum Patrum patrocinio velut ſepe circumdat. *Aſſero, ob virtutem parentum à Deo donari filios cuſtodia, & cœleſtibus bonis oppleri.* num. 48. p.367.

VI. In vinea ſua Dominus crucis, ſeu tribulationum torcular fodit, quo botri premantur fideles. *Tribulationum enim preſſura cogit homines ad bene viuendum.* numero 53. p.368.

VII. Paterfamilias Deus ad protectionem, & incolumitatem vineæ electæ ædificauit turrim, id eſt, Templum erexit. *Templum enim tota fidelium eſt incolumitas, ſecuritas, protectio.* n.59.p.369.

VIII. Deus exerens tot circa commoda vineæ, miniſteria, ipſius vineæ deſidiam taxat. *Gratia enim Dei operantis in nobis noſtram cooperationem requirit.* n.65.p.370.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex vinitorum iniquitate.

Lib.9. ſect.2. num.9. pag.372.

OBSERV.I. IMmittit Dominus ſeruos exactores ad fructus capiendos; quia agricolæ vltrò ſoluere renuebant. *Hinc expendo, quàm difficilis ſit ſolutio debiti, quàm penè impoſſibilis, ex auaritia hominum, reſtitutio.* n. 9. p.372.

II. Agricolæ illi vineam non quaſi locatam, ſed quaſi pretio emptam viſi ſunt poſſidere. *Proh hominum dementiam! Ideò non curant de ſolutione, quia cuncta à Deo accepta exiſtimant eſſe propria.* n.15.p.373.

III. Agricolæ poſt vbertimos vineæ fructus perceptos, inſolentes fiunt, ad crimina patranda. *Et quando non fœlicitas homines à diuino deturbauit obſequio.* n.20.p.374.

IV. Stultiſſimè agricolæ intendebant poſſe retinere hæreditatem, hærede occiſo. *Nulla enim bona cum piaculo conſiſtunt, nullis ſine Deo diuitiis potieris.* n.26.p.375.

V. Deus vineæ Dominus innumerabilia beneficia homini vineæ confert, quæ ille ingratitudine mirabili rependit. *Homini ingratitudinis vitium agnatum.* n.33.p.375.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex vinitorum ſupplicio.

Lib.9. ſect.3. num.12. pag.378.

OBSERV.I. VEnit puniturus, qui ſemper adeſt. Cur ergo receſſiſſe dicitur? *Certè videtur Dominus à nobis recedere ex longanimitate, quia patiens redditor non è veſtigio peccatorum pœnas exigit.* numero 12. p.378.

II. Tota

II. Tota vinitorum ruina ex eo ortum habuit, quod ſibi perſuaſerunt, Dominum venturum quidem, quia peregrè eſſet profectus. *Edocemur, nunquam à Dei præſentia recedere, etiam cum delinquimus. Nam Dei præſentiæ meditatione & rarius peccabimus, & citius ad pœnitudinem reducemur.* n.18.p.378.

III. Ablata à Iudæis prauis agricolis vinea, datur Gentilibus, qui diligentius obſequium Numini proferunt. *Qui ſe negligentem diuino præſtat obſequio, timeat reprobationem, vt eligatur alius, qui fidelius Dei præcepta exequatur.* n.25.p.379.

IV. Ipſi Principes Iudæorum contra ſe ipſos ferunt ſententiam damnationis. *Peccator enim ſui acerbiſſimus iudex exſurgit.* num. 30. p.380.

V. Prædicit Dominus ſupplicium vinitoribus, non indicit iudicio expreſſo: *Quia adeò repugnanter tribunal aſcendit puniturus peccatores, vt nec verbo iudex apparere, quodammodo ſtudeat.* n.38.p.381.

PARS ALTERA.

Vineæ operarij.

4. ### PANEGYRICVS IV.

Ex conductione operariorum.

Lib.9. ſect.4. num.19. pag.386.

Observ.I. QVot itinera peragit Dominus, quot operarios, quot immittit inſpirationes, vt vnicum peccatorem praua vitij alicuius conſuetudine affectum ad virtutem afferat. *Hinc monemur, minimè replicandas prauas actiones, quæ conſuetudinem, impoſſibilitatémque quodammodo conuerſionis efficiunt.* n. 19. p.386.

II. Sine excuſatione operarij illi pigritarent, aut à vineæ labore abſtinerent, poſtquam recipiendi denarij conuentio præmittitur. *Tam efficax enim præmij recipiendi certitudo ad labores leuandos, vt peccatores reddat inexcuſabiles.* n. 26. p.387.

III. Omnes diei horas paterfamilias quæſiturus operatores percurrit: ſiue cunctas hominum aduocauit ætates. *Nulla enim hominum ætas non apta conuerſioni.* n.31.p.388.

IV. Paterfamilias de hominum ſalute ſollicitus, curat ab eis otioſitatem ablegare. *Adeò animi ſalutis cauſa iuncta eſt cum operatione, vt ſalutis contemptor oſtendatur, qui otioſitati morem gerit.* n.37.p.389.

V. Fit Chriſtus paterfamilias, vinea, denarius ad hominum ſalutem. *Omnia Euangelij miniſter gerat munia, omnia omnibus eſſe curet, vt Paulus: ne aliquo ad ſalutem indigere poſſint fideles.* n.45.p.390.

VI. Tanta eſt Domini pietas ad peccatores adducendos, vt poſtquam eos in locis abditis, ac peruiis ſibi non inuenit, vel ad forum ſibi inuiſum eos quæſiturus ingrediatur. *Edocens Religioſos Euangelij miniſtros, nullum locum indignum Sacerdotali authoritate, ſi inibi proximus edocendus requiritur.* num. 52. p.391.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex operariorum denario.

Lib.9. ſect.5. num.13. pag.394.

Observ.I. PAterfamilias ſerò iuſſit reddi operariis denarium, quia merces erat, quia præmium laboris. *Semper enim ſerò ſoluuntur debitoribus, nunquam præmium laboris prematurum accipitur.* n.13.p.394.

II. Agricolæ poſt acceptum denarij munus, obmurmurare aduerſus largitorem non verentur. *Stolidi nempè animi eſt, poſt beneficia accepta ingratitudinis actionibus lædere largitorem.* n.19.p.395.

III. Quàm ſtultè conantur operarij ex antiquitate ſolummodo potioribus præmiis oppleri. *Præmia quidem non antiquitatis, ſed actionum, ac meritorum iura debent aſpectare.* num.25. p.396.

IV. Qui à primo mane, id eſt, ab ætate prima ad vineam operarij mittuntur, validiores ſunt, pondera diei, & æſtus comportare. *Aſſero, illos onera legis, tentaminum moleſtias fortius vincere, pulchrioréſque operum fructus exponere, qui à pueritia virtuti litarunt obſequium.* n.32.p.396.

V. Quonammodo non fit iniuria ei, qui poſt laborem maiorem minus præmium accepit? *Equidem quia illud ipſum amplius reliquis ſociis laboraſſe maioris præmij locum geſſit. Laboris enim iuſtitia merces.* n.39.p.397.

FRVCTVS DECIMVS. Fructus decimus.

Zizania.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex apparitione zizaniorum.

Lib.10. ſect.1. num.12. pag.402.

Observ.I. LIcèt Regnum cœlorum tantum eſt, & homo tantillus: aptè tamen auguſtiſſimum Regnum cœlorum comparatur paruulo homini, qui ſeminat bonum ſemen in agro. *Exhibere autem munera, eleemoſynam nempè erogare, res tanti momenti eſt, vt homuncionem cœleſtem, & maximum efficiat.* n.12.p.402.

II. Dum Præpoſiti obdormirent, ſiue deſides oſtentantur: inimicus perdit hæreditatem Domini. *Aſſero, diligentiam Præſidum ſubditis ſalutarem.* n.20.p.403.

III. Diabolus, ſeu peccator iniquiſſimus eſt zizaniorum, ſiue diſcordiarum in hæreditate Dominica ſuperſeminator. *Vnde nihil ſic curant Diui, quam diſcordiæ, iurgiorúmque occaſionem aliis non exhibere, ne Dei inimici habeantur.* n.28 p.404.

IV. Aptè diſcordiarum ſeminator Dei inimicus appellatur, quia Deus concordiæ ſator exiſtit. *Aſſero, nihil Deo eſſe iucundius concordia noſtra; quia nihil diabolo Dei inimico eſt horribilius.* n.34.p.405.

V. Vix credunt ſerui patrisfamilias, poſſe in tritico verè inueniri zizania. *Quia difficulter ſibi perſuadent iuſti, poſſe alios iuſtos egregiæ virtutis delicto aliquo maculari.* num. 42. p.406.

VI. Mirum eſt, quod cum diabolus ſit, qui ſuperſeminauit zizania: homo,& non diabolus inimicus appellatur à Domino. *Quam aptè inimicus homo vocitatur! Nihil enim homine in hominem alium crudelius inuenitur.* n.47.p.407.

2. PANEGYRICVS II.

Ex zizaniorum extirpatione.

Lib.10. ſect.2. num.11. pag.410.

OBSERV.I. NOn permittuntur vel experti agricolæ zizaniis extirpandis tunc operam dare, quia quandiu herba ſunt, id eſt, in principio, difficile diſcernitur triticum à zizaniis. *Monemur, à temerario iudicio abſtinere, quia multa virtutis actiones vitij ſpecie obtici aſſolent, & è contra ſub virtutis indumento vitium latitat.* n.11.p.410.

II. Iuſti patrisfamilias fuit non illicò condemnare zizania, vt auellerentur ex ſola ſeruorum depoſitione. *Edocet iudices, patresfamilias, Præſules, ſubditos reos haud inauditos condemnare.* n.20.p.412.

III. Ineffabili patrisfamilias benignitate zizania ſimul cum tritico commorantur. *Aſſolet enim bonorum ſocietas improbos allicere ad virtutis obſequium.* n.27.p.413.

IV. Sicut tritici ſocietate zizania conuertuntur in triticum: ſic non ſemel triticum vertitur in zizania. Moneantur agricolæ. *Profectò magna cautela circa ſocios habenda eſt; aſſolet enim prauorum contubernium bonos allicere ad prauitatem.* n.33.p.414.

V. Suſtinet, tolerat paterfamilias zizania,ſi fortè in triticum conuerterentur. *Monens quidem tolerandos eſſe peccatores, qui tandem ſæpè vertuntur in iuſtos: periiſſent autem niſi patientia Præſulis ſuſtuliſſet.* n.40.p.415.

Fructus vndecimus. FRVCTVS VNDECIMVS.

Incidens in latrones.

1. PANEGYRICVS I.

Ex legiſperiti quæſtione.

Lib.11. ſect.1. num.18. pag.420.

OBSERV.I. BEatitudo videndi in carne Dominum illuſtratur. *Vbi Chriſticolarum felicitatem innuò videntium,& audientium propius fidei myſteria.* n.18.p.420.

II. Totum poſſibilem, circa dilectionem, hominis affectum exigit Dominus ob ſolum Incarnationis beneficium. *Aſſero, beneficia à nobis cordis affectum exterquere.* n.26.p.421.

III. Beatos efficit Chriſticolas fides,& ſanctitas, id eſt, vera myſteriorum aſpectatio. *Quia nulla iucunditas niſi à Deo,& in Deo.* n.32.p.422.

IV. In lege ſcriptum eſſe ſolummodo dilectionis præceptum aſſeritur quodammodo; quaſi ſolummodo diligere præcipiamur. *Dummodo charitatem habeas, quidquid libeat exequi poteris, ſufficit diligere.* n.39.p.423.

V. Requirenti legiſperito, quidnam faceret, ad æternæ vitæ conſequutionem, amotis ſola præcepta, quaſi planam viam ad ſuperos, indicat. *Expende, amorem viam arctam plenam difficultatibus, laboribus, aſperitatibus exundantem, facillimam reddere.* n.45.p.425.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex Samaritano proximo.

Lib.11. ſect.2. num.11. pag.427.

OBSERV.I. QVi incidit in peccata, Incidit in latrones, qui ſpoliant, qui vulnerant peccatorem. *Aſſero nullum horribilius peccatori ſupplicium ad criminum vindicationem, quam permittere eum rurſum delinquere.* num.11. p.427.

II. Ab Ieroſolyma qui recedit ad Iericho, hoc eſt,qui à cella egreditur,& ad hominum diuerticula pergit, incidit in latronum manus. *Monentur Religioſi, ſpeciatim moniales ſpiritualis Ieroſolymæ receſſus tenere; ne ad publicum diuertentes perire cogantur.* n.19.p.428.

III. Samaritanus appellatur aptè proximus Iudæi Incidentis in latrones, quia Iudæus proximus verè Samaritani. *Aſſero, quemlibet licet ſit inimicus, noſtrum eſſe proximum: Chriſtúmque ſuos alumnos edocuiſſe dilectionem inimicorum.* n.28. p.430.

IV. Sacerdos deſcendens à Ieroſolyma,ſiue cadens à Deo, crudeliſſimum ſeſe oſtendit in vulneratum. *Nullus crudelior hoſtis potuit excogitari ad proximi perniciem, quam improbus Sacerdos.* n.36.p.431.

V. Suauiſſima Samaritani, ſeu Cuſtodis IESV medicamina effero ad peccatorum ſanitatem. *Edocet Dominus Præſules, ſuauibus fomentis aptius ſubditorum vulnera lethalia curari, quam auſteris.* n.44.p.432.

FRVCTVS XII. Fructus duodecimus.

Peccatorum conuerſio.

PANEGYRICVS I.

Ex adoleſcentis peruerſione.

Lib.12. ſect.1. num.15. pag.439.

OBSERVAT.I. QVi Pater cupit appellari Deus, ſubſtantiam quidem diuiſit filiis; non autem eorum diuiſionis, ſeu ſeparationis cauſa extitit. *Nec enim verè agit Patrem Princeps, Præſul aut Parens familiæ, qui ſubditorum fratrum permittit diuiſionem.* n.15. p.439.

II. Qui ad luxuriei voluptates prodigus properabat, neceſſariò ad longinquam accurrebat Regionem. *Nam luxuries hominem ſic à Deo ſeparat, vt vbinam ſit quodammodo ignoret.* n.22.p.440.

III. Omnia bona diſſipat adoleſcens ſtudens voluptatibus. *Luxuria enim ſpiritualia, & temporaria bona comminuit.* n.29.p.441.

IV. Subſtantiam ſuam luxurioſus diſſipat adoleſcens, id eſt, rationis vſum omnino deperdit. *Luxuria enim, voluntatis ebrietas, hominem præcipuè erga parentes ab humana ablegat vrbanitate, reddit ruſticiſſimum.* n.37.p.442.

2. PANEGYRICVS II.

Ex adoleſcentis fame.

Lib.12. ſect.2. num.13. pag.445.

OBSERV.I. IN Regione deliciarum, in peccatorum terra valida fames adſit, neceſſe eſt. *Fame enim validiori premitur, afficitur viliori inopia, qui ob egeſtatem vitandam, diabolo adhærens, voluptatis illectamenta miniſtrat, aut alio crimine defœdatur.* n.13.p.445.

II. In Regione illa, id eſt, libidinis in plaga fames erat: non in Regione hac, vbi ſenior filius Patris ſubditur voluntati. *Oſtendo, abundantia potiri fœminas, (ſpecialiter,) & viros, qui non audent peccato ſubiacere, vt acquirant temporaria ſubſidia.* n.17.p.446.

III. Miſeram prodigi ſeruitutem expendo. *peccatoris equidem ſeruientis diabolo ſtatum infœliciſſimum expono.* n.22.p.447.

IV. Miſer prodigus poſt piacula aptè cupit brutaliſſimorum pecorum epulo ſatiari. *Quia peccator exuit formam hominis, & brutalem, (ex luxuria præcipuè,) init conditionem.* num 32. p. 448.

3. PANEGYRICVS III.

Ex adoleſcentis pœnitudine.

Lib.12. ſect.3. num.14. pag.451.

OBSERV.I. SOla memoria panis, quo in domo Dei veſcuntur famuli, poteſt oculos prodigi aperire, eùmque ad frugem adducere meliorem. *Eucharisticus enim panis illuminat peccatorem, eùmque ad ſalutis viam inueniendam adducit. Frequentem ſuade recens conuerſis communionem.* n.14.p.451.

II. Prodigus inſpiratione audita, licet procraſtinare videbatur: *Surgam, & ibo:* illicò tamen ſurgens ad Patrem accurrit. *Edocens peccatores, pœnitentiam non eſſe differendam. Faciliùs enim agitur reditus, dum quis mox poſt peccatum aſſurgit.* n.21.p.452.

III. Dum prodigus mente recolit, ſe in præſentia Dei deliquiſſe, affectuosè currit ad pœnitentiam. *Nihil enim ſic excitat peccatorem ad pœnitudinem, operáque virtutis gerenda, quam Deum præſentem ſibi obiicere.* n.27.p.453.

IV. Surgit prodigus, vt redeat ad Patrem, cum ſe comperit fame, ac laboribus exactum. *Labores enim, ac tribulationes nos validè cogunt, vt domum reuertamur ad Patrem.* n.34.p.454.

V. Poſt pœnitentiam prodigus non ſolùm venia donatur, prima recepta ſtola: ſed & annulo, ac calceamentis ornatus eſt. *Pœnitentia enim hominem ad auguſtiorem ſanctitatis gradum adducit.* n.42.p.456.

VI. Curat Pater cœleſtis filij nuditatem illico operiri, ne aliis obiiciatur. *Quam Deificum, proximorum operire defectus.* num. 49. p.457.

4. PANEGYRICVS IV.

Ex fratris querimonia.

Lib.12. ſect. 4. num.5. pag.459.

OBSERV.I. FIlij ſenioris, ſiue Phariſæorum, & Scribarum inuidiam taxo. *Aſſerens prudentem patremfamilias à Deo patre hominum edoceri, ſtudium impendendum, ne domeſticis ſpectatum fratribus, inuidiæ occaſio exhibeatur.* n.5.p.459.

II. Senior filius nimis cenſor criminum fratris iunioris ipſa in criminatione commiſſorum fratris, ſeſe oſtentat in grauiora prolapſum. *Permittitur in grauiora piacula prouolui, qui fratrum nimium crimina exaggerat.* n 12.p.460.

III. Iniuſtè conqueritur filius ſenior, quod Pater eum non hædo donarit, ſigno quidem, maledictionis. *Patris enim cœleſtis eſt, ea filiis impendere, quæ vtilia, quæ ſalutaria: vt parentes temporales edoceat.* n.18.p.461.

IV. Frugi filius, qui voluntati Patris obſequutus eſt, omnibus apud Patrem bonis exundauit. *Bonis ſemper ſpiritualibus, & temporariis ſæpè abundat, qui cœleſtis Patris ſubditur voluntati.* n.24.p.462.

PARS ALTERA.

Ouicula, Drachma.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex ouicula.

Lib 12. ſect.5. num.15. pag.467.

OBSERV.I. PAſtor oues in deſerto dimittens, haud derelictas agit, committens eas ſolitudinis cuſtodiæ. *Quam ſecurius obtinetur, qui abſtractus à tumultu in ſolitudine commoratur.* n.15.p.467.

II. Phariſæi improbi murmurabant, eo quod Dominus recipiendi peccatores munus proprium obiret. *Nam plerumque improbos murmurare ſignum eſt, te tuo muneri ſatisfacere, illóſque verè eſſe ſceleratos.* n.23.p.468.

III. Ouis vocatur perdita, non cum à lupo diripitur; ſed eo ipſo, quod ſola diuagatur. *Edoceantur fœminæ, ſexum muliebrem perditum iudicari, cum ſolus diuagari aſpicitur.* num.30. p.469.

IV. Erroneam ouiculam Paſtor in humeris deportat, quia ipſa non poterat ambulare. *Quam ſtultus peccator, qui perit vt laboret; delicia enim voluptatis nomine verè torquent.* n. 36. p.470.

V. Quam dulce onus vero Paſtori, deperditæ ouiculæ recuperatio. *Contra Sacerdotes, ac Præſules, qui ex Paſtoritio munere aliud expetunt, aut acquirunt præter onus vtilitatem.* n.44. p.471.

VI. Peccator feruentet è crimine ſurgens, & Deo ſeruiens, præfertur iuſtis tepiditate laborantibus. *Amat Dominus in hominibus iuſtis nouitium illum feruorem, quo aſſolent à crimine reſurgere.* n.51.p.472.

VII. Non horroribus tonitruorum cœlum ſuſcepit ouiculam pœnitentem, ſed cœlicolarum profuſa exultatione. *Aſſero, manſuetudinem potentiſſimam eſſe exactionem, ad ſubditos trahendum ad virtutem.* numero 56. p.472.

6. PANEGYRICVS VI.
Ex drachma.

Lib.12. ſect.6. num.9. pag.475.

OBSERV.I. QVam precioſa drachma vna, cuius amiſſio fœminam afficit mœrore: cuius poſt verſam domum inuentio tanta explet exultatione. *Monemur, maximam adhibere curam; ne animam vnicam, quam Deus tanti aſtimat, perditioni addicamus.* n.9.p.475.

II. Fœmina tam anxiè drachmam vnam requirens, auaritiæ exprimit affectum. *Aptè auaritia deſignatur in fœmina; nam effœminat animum eorum, quibus dominatur.* num. 19. p.476.

III. Amicas & vicinas conuocat mulier ad inuentæ drachmæ exultationem celebrandam, quia iuuerant illæ ad quærendi laborem. *Operæ pretium eſt ad virtutis illectamentum, vt præmium viriliter operantibus obueniatur. Socij laboris ſocij muneris.* n.27.p.477.

IV. Mater Eccleſia Deum, & Angelos inuitat ad inuentæ drachmæ feſtiuam celebrationem. *Expende, quam iucunda ſit ſuperis peccatorum conuerſio.* n.37.p.478.

ANTONII
DE ESCOBAR
ET MENDOZA,
E SOCIETATE IESV,
IN
EVANGELIA TEMPORIS
VOLVMEN QVINTVM.

(Eſt ordine vndecimum.)

IESV PROPHETIÆ.
DVODECIM DOMINICI LIGNI VITALIS FRVCTVS.

DOMINICVM vitale lignum, quod duodecim totiens fructus ſpirituali guſtui præſentauit, nunc fructuum flores & folia obiicit contemplanda, & in futurum decerpenda poma promittit ſpiritu planè Prophetico. Vnde Salomon, *Fructus iuſti lignum vitæ.* Prouerb. 11. Ad quem locum Prou. 11.
Strabus Fuld. *Fructus Chriſti, de quo Apocalypſ.* 1. *Qui vi-* Strab.
cerit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Hunc fructum iuſti expectant, dum lignum Dominicum quaſi virentia folia, ac flores germinat. Prophetiæ etenim Chriſti fructus quaſi in foliis & floribus offerunt aſpectandis, odorandis; poſtmodum autem, (cum Prophetiæ implebuntur,) dulciſſimè abſumendi fructus præparabuntur. Porrò inter ſpei noſtræ folia viridantia duodecim pulcherrimi flores obiiciuntur, dum IESVS Iudicij nouiſſimi exhibet ſigna, ipſum de-

ſcribit iudicium, ſigno Ionæ expreſſo ſuam mortem prædicit, im pœnitentiam Iudæorum præſignat, mortem rurſum præloquitur Ieroſolymam ſcandens, diſceſſum poſt modicum minitatur, Spiritum ſanctum promittit, Paracleti iterum præclamat aduentum, exitium præuidet Ieroſolymæ, Abominationem deſolationis prænunciat, falſorum Prophetarum deſcribit irruptionem, futuram Paſſionem Diſcipulis præſentat. Quarum quidem Prophetiarum plura iam in fructus ceſſere, plura adhuc vigent in flore, proculdubio aliquando in ſalubre vertenda alimentum.

LIBER

LIBER PRIMVS.

IESVS PRÆDICIT SIGNA IVDICII.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput vigeſimumprimum Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

CVm cœleſtis Prophetarum Magiſter Iudicij extremi ſigna horribilia planè prædicit, iubemur capita ad ſuperos eleuare, vt futuros contemplemur ad ſalutem euentus: *Leuate capita veſtra.* Profectò tantum piaculorum pondus, vt vix poſſimus oculos in altum efferre. O Maria, ſine vllius criminis pondere omnino leuis! *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem.* Vbi Richardus Laurent. lib. 12. *Leuis eſt Maria, & ſurſum erecta. Leuis erat, & ſurſum erecta per dilectionem Dei. Et ideo dicitur omnibus iuſtis: Leuate capita veſtra*, vt ſcilicet ſigna Iudicij aſpiciatis. Quænam, precor, conſequentia hæc: Quia Maria leuis eſt, & ſurſum erecta, omnibus iuſtis dicitur, *Leuate capita veſtra?* Quam pulchrè. Facilis iam, (ac ſi diceretur,) capitis eleuatio ad Iudicij contemplationem, Maria enim quia leuis ſine pondere culpæ, & ſurſum erecta interceſſione, & exemplo ſuo efficit homines facilius capita eleuare, ſurſúmque lumina erigere.

Ligni vita, ſeu Iesv prophetantis

FRVCTVS PRIMVS.

Luc. 21.

Richard. Laur.

LVCAS CAP. XXI.

VERS. 25. ERVNT ſigna in Sole, & Luna, & Stellis: & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum.

26. Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.

27. Nam virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc videbitis Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate.

28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.

29. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas.

30. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam prope eſt Regnum Dei.

31. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

32. Cœlum, & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.

PARAPHRASIS.

25. *SVPREMI diei mundi aduentum multa ô Diſcipuli (Dominus ait,) multa ſigna portendent Sol ille fons luminis ſolitus exhilarare rerum faciem ſubita caligine vultum obducet. Ne Luna quidem erit ſuum lumen mutuum, quod vobis impartiat Stellæ ſanguine rubentes deſcendent in terras. Ita vehemens animorum anxietas, ac rerum deſperatio corripiet omnes gentes, intumeſcente mari, triſtique fragore fluctibus inſonantibus.*

26. *Hæc portenta terribilem Dei vltionem declarabunt ingruere, eóque mortales extabeſcent, & exanimabuntur metu, & expectatione eorum, quæ mox vniuerſo orbi ſuperuenient.*

27. *Neque enim terra ſolùm, & mare commutabuntur: verum etiam illa ſolidiſſima mundi corpora, quæ hactenus ab elementorum mutatione fuerunt immunia, commotione afficientur. Qui autem nunc aſpernati ſunt Filium hominis placidum, ac beneficum; tunc ſublimem venientem in nube cum ingenti poteſtate, & gloria, ſuo malo, videbunt.*

28. *Porrò cum hæc cœperint fieri, ſubrigite oculos, & capita ad cæleſtem illam ciuitatem attollite; quoniam Regnum Dei aderit in propinquo, in quo nulla iam malorum afflictio, ſed perpetua tranquillitas, & fælicitas erit æterna.*

29. *Et adiecit ſimilitudinem. Videtis ficum, & reliquas arbores, cum gemmas protrudunt, ac frondes; & ex vobis ipſis, nullo interprete, diſcitis æſtatem inſtare, & ſperare fructus incipitis.*

30. *Ita & vos, cum videritis hæc mundi transformandi præludia, certam ſpem iam iam Regni Dei proferendi concipite: nec amplius fore malis ius affligendi bonos.*

31. *Illud affirmo vobis, non præteribit hæc hominum ætas, priuſquam hæc omnia euenerint.*

32. *Nihil cælo, ac terra ſtabilius: ſed cælum ac terra citius euaneſcent, quam mea verba tranſierint inania.*

SECTIO PRIMA.

Signa iudicij.

TEXTVS.

VERS. 25. ERunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. 26. Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. 27. Nam virtutes cœlorum commouebuntur.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Solis, ac Lunæ obſcuratione.

1. *An Sol obſcurandus dicatur ad comparationem Ieſu fulgétiſsimi.* ERunt ſigna in Sole.] Quonam modo Sol ſit obſcurãdus? An ad IESV fulgétiſſimi tunc comparationem? Hieronymus, *Sol obſcurabitur, non diminutione luminis. Alioquin legimus Iſa. 30. Solem ſeptuplum habiturum luminis; ſed ad comparationem veræ lucis omnia viſui tenebroſa ſunt.* Et Chryſoſtomus, *Sol obſcurabitur, non quia deſtruetur, ſed quia luce aduẽtus Chriſti ſuperabitur.* Conteſtantur Theophylactus, Auguſtinus, Euthymius. Beda, & alij apud D. Thom. Improbo hunc ſenſum, quia Sol carebit lumine prius quam Chriſtus è cœlo deſcendat, vt ſignum iudicij exhibeat, *Erunt ſigna in Sole.* Ergò haud dicitur ad Chriſti comparationem obſcuratus.

Hieron. — Chryſoſt. — Theoph. & alij. — *Improbatur ſententia.*

2. *Metaphoricène Sol obſcurandus aſſeratur.* Num re ipſa Sol obſcurandus non eſt, ſed hoc loquendi modo temporis illius mœſtitia, ac calamitates indicantur? Fatur Iſaias, *Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo.* cap. 13. Hoc eſt, in ſummis dolorum, mœſtitiæque tenebris verſabitur Babylon obruenda. D. Hieronymus ſic locum expendit: *Eſt ſenſus, quod cum dies Domini aduenerit, & furor eius vniuerſa vaſtauerit, præ timoris magnitudine mortalibus cuncta tenebreſcant. Vt Sol ipſe, Luna, ſtellæque rutilantes ſuum videantur negare fulgorem. Vnde & cælum ſacco induitur, quod ſcilicet tenebræ cuncta operiant, & prementibus malis, nihil aliud ſentiant homines, niſi quod malis videre compellit.* Porrò improbarim & ſenſum huiuſmodi, quia ſi verus ſit, nullum in Sole erit indicij ſignum; ſplendorem enim proprium retinebit; aſtra enim ſolum obſcurabuntur, quia hominibus mœſtis omnia tenebroſa obiicientur. Fatur Dominus, *Erunt ſigna in Sole.* Quænam, quæſo, aderunt ſigna, ſi nihil ſtellis accidet mutationis.

Iſa. 13. — Hieron. — *Non admittitur expoſitio.*

3. *Authoris explicatio.* Mea ſententia eſt, Solem re ipſa obſcurandum, ſimiliterque Lunam, vt IESV prophetia verificari poſſit: *Erunt ſigna in Sole, & Luna.* Rogitanti autem, quonam modo Sol poterit obſcurari? reſpondeo pluribus. Poterit obſcurari velut in Paſſione Dominica factum Areopagita refert; nempè ſubiecta miraculosè Luna, vel multis densíſque nubibus interpoſitis; vel luce penitus à Deo dempta. Carthuſianum Dionyſium exaudi. ad Matth. 24. *Obſcurabitur Sol, & Luna, vel quia diuina virtute ſuo lumine priuabuntur, vel, quod probabilius ſonat, quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea, & terram, & fortè Luna ſupponetur Soli, ſicut in Paſſione factum fuit ſecundum Dionyſium.* Addo Abulenſem q. 155. ad cap. 24. Matth. profantem. *Quatuor modis poteſt fieri Solis, & Lunæ obſcuratio. Primo per ſubſtractionem productionis radiorum, ita vt non mittant ad nos radios. Secundo per interpoſitionem corporis alicuius opaci. Tertiò per ſubſtractionem lucis, ita vt eo tempore non ſint corpora luminoſa. Quartò per eclipſim.* Approbo cum eodem Abulenſi, Carthuſiano, Lyrano, Barradio, & aliis modum ſecundum, ſcilicet vt interiectis nubibus, vel aliis corporibus denſis, Sol tenebreſcat.

Carthuſ. — Abul.

Et Luna.] Profectò Planetam hunc eodem modo obſcurandum Matthæus adnotat, *Et Luna non dabit lumen ſuum.* Caietanus ad hæc, *Non dicit, Non habebit lumen, ſed Non dabit. Hinc ſignificatur, quod Luna habens lumen ſuum, non dabit illud; vt intelligamus; quod non loquitur de eclipſi, quia in eclipſi Luna non habet lumen.* Sol itaque obſcurandus nubibus interiectis, ſeu denſis corporibus. Luna autem eiſdem offuſis tenebricoſis nubibus nullatenus apparebit. Dies nox erit, Solis luce aërem non illuſtrante; nox erit obſcuriſſima, Lunæ, ſtellarúmque carens fulgore. 4.

Quonam modo Luna obſcuranda. — Caietan.

Indica harum tenebrarum durationem. Audi Abulenſem quæſt. 161. *Dico, quod non eſt credendum, quod durent per duos aut tres dies. Nam hoc induceret periculum omnibus viuentibus, & alterarentur diſpoſitione peſſima, & non viuerent omnia, quæ viuunt, & ex quibus viuimus. Erit ergo tanti temporis duratio, vt credatur verisimiliter eſſe ſignum rei maximæ. Hoc tempus ſatis eſt trium, aut quatuor horarum, quia tunc per omnes terras poterit manifeſtè videri.* An non, patiente Domino, à ſexta hora vſque ad nonam Sol eſt obſcuratus? Sic in iudicio tot horis ſatis erit obſcurari. Opinor tamen tenebras illas per dies aliquot duraturas fortè vſque ad orbis conflagrationem. Quid de viuentium periculo? Viuentibus planè alterationem peſſimam afferent. Nihil enim mirum, ſi caligo illa hominibus, cæteriſque viuentibus perniciem afferant, cum omnia viuentia mox ſint peritura. 5.

De tenebrarum duratione. — Abul. — *Authoris ſententia.*

§. II.

De gentium preſſura, mariſque ſonitu.

ET in terris preſſura gentium.] Putat Beda, hanc preſſuram tribulationem illam ma- 6.

Quanã illa

gentium preſſura gnam ſignificare, quæ tempore Antichriſti futura eſt. Sumpſit ex Auguſtino epiſt. 80.
Beda. August. Exiſtimo ad id temporis pertinere, quod poſt Antichriſti necem Sol obſcurabitur, & Luna ſuum fulgorem non impertietur. Satis indicat Lucas, *Erunt ſigna in Sole, & Luna, &*
Pagnin. *ſtellis, & in terris preſſura gentium.* Pagninus, *Erit coarctatio gentium*, ſeu animi angustia, & anxietas maxima.

7. *Præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum.*
Preſſura orta ex ſignis ſyderum & ſonitu maris. Græcè ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης, καὶ σάλου. *In dubitatione, ſiue perplexitate, ſiue in conſilij inopia ſonantis maris, & fluctus, vel ſonante mari, & fluctu.* Porrò erunt homines tunc confuſione acti, conſilij inopes, quo ſe vertant, tum propter ſyderum obſcuritatem, fulgura, ſtellâſque cadentes: tum propter horrendum maris, fluctuúmque ſonitum, & procel-
Theoph. lam. Theophylactus, *Mare maximis ſonis reſonabit, & erit commotio, ac turbatio, ita vt homines extabeſcant à ſolo timore, & expectatione eorum, quæ venient ſuper orbem.*

8. *Areſcentibus hominibus præ timore, & expecta-*
Homines areſcentes. *tione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.* Græcè, *Propter timorem.* Timore magno perculſi, mala ingentia expectabunt, quæ orbi ex ſignis intelligent impendere.

§. III.

De cælorum virtutibus commouendis.

9. *Quomodo ſtellæ è cælo cadent.* NAm virtutes cælorum commouebuntur.] Alij qui referunt ad ſtellarum ſigna, *Erunt ſigna in ſtellis*, id eſt, commotæ excident è cœlo iuxta illud Matthæi: *Stellæ cadent de cælo.*
Chryſoſt. Abſque metaphora intelligit hæc verba Chryſoſtomus, *Stellæ cadent. Quis enim vſus ipſarum erit, nulla exiſtente nocte?* Adhæret Euthymius. Euthym.
Attamen Aſtrologis credens aſſerentibus, tantæ *Authoris*
magnitudinis eſſe ſtellas, vt ne duas, aut vnam *ſententia.*
capere terra poſſit: affirmo Aſtra non caſura, ſed lucem Aſtrorum, quia non fulgebunt noctibus illis tenebroſis. Ioël, *Stellæ retraxerunt* Ioël 3.
ſplendorem ſuum. cap. 3. Addo, tot fulgura, tótque inflammatas exhalationes ſtellarum formam referentes tunc temporis à cœlo in terras ab Angelis eiaculandas, vt ſtellæ re ipſa cecidiſſe videantur. Igitur alius eſt ſtellarum caſus, alia virtutum cœleſtium commotio.

Sic exponit Chryſoſtomus, *Mirabuntur* 10.
Angeli, videntes vniuerſa commutari, conſeruos *Virtutum*
rationem vitæ referre, orbem totum terribili aſſi- *cælorum commotio.*
ſtentem tribunali, atque omnes, qui ab Adam ad Chryſoſt.
aduentum vſque illum facti ſunt, rationes operum reddentes. Auguſtinus, Hieronymus, Theo- Auguſt. &
phylactus, Euthymius de Angelis etiam inter- alij.
pretantur.

Ego exiſtimo addi, ſeu recapitulari cauſam, 11.
qua homines areſcentes oſtentandi ſint. Magno *Authoris*
tunc timore afficientur homines, & exanimati *expoſitio.*
areſcent, quia *cælorum virtutes*, id eſt, ex Ca- Caietanus.
ietano *cælorum vires*, ſiue (vt Barradius & alij Barrad.
ex Græco) exercitus Sol, Luna, & Aſtra mouebuntur. Hoc eſt, areſcent homines præ timore, quia videbunt Solem, Lunam, & ſtellas priuata fulgore, & fulgura ſpeciem ſtellarum referentia è cœlo dilabi. Non omninò *Haud im-*
improbarim Chryſoſtomi expoſitionem. *Vir-* *probabilis de*
tutes cælorum, id eſt, Angeli mouebuntur. *Angelis explicatio.*
motu timoris reuerentialis. At ille ipſo in iudicio timorem Angelis tribuit, nos ante iudicium eo tempore, quo ſigna fient horribilia.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX SIGNIS IVDICII.

OBSERVAT. I.
Ad illa verba:

Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis.

Horrorem terribilis diei iudicij deſcribo.

Vbi aſſero vel iuſtos, vel Angelos debere terrore concuti, vbi Deus Iudex iratus exſurgit.

12. NOuissimi diei horrores tota Dominica aſſerit Prophetia. O dies magna, &
Anſelm. amara valde tot prænunciata ſignis! Anſelmus, *veniet tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.* Multis ex capitibus dies nouiſſima formidabilis.

Fatur Moſes, *Cum ergò occubuiſſet Sol, facta* 13.
eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, *Iudicij horror.*
& lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.
Gen. 17. Sole occumbente, nec luna, nec ſtel- Gen. 17.
læ nocti fulgorem miniſtrarunt; vnde horror *magnus inuaſit* Abrahamum. Vndenam tantus horror? Dominus aperit dum proclamat, *Gentem ego iudicabo.* Si Deus Iudex, quis non pauore contremiſcat? *Ego:*

Petrus inquit, *Iuſtus vix ſaluabitur.* 1. epiſt. 4. 14.
Quod Dauid expreſſerat, *Cum accepero tempus,* *Iuſtus ex*
ego iuſtitias iudicabo. Pſalm. 47. Cum ad meam *iudicij cogitatione conturbatur.*
poſſeſſionem tempus recurrerit, ipſam iudicabo ſanctitatem. Bernardus ſerm. 55. in Cant. 1. Petr. 4.
Vias iuſtorum, ni fallor, examinaturum ſe dicit. Pſalm 47.
Nunc ego quidem videor, ſed non video. Vereor Bernard.
exploratoris illius viſum, qui poſt parietem ſtat.

En

15. *Perſpicacia oculorum iudicis.* Cant.1. Bernard.

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens *per cancellos.* Addit ſponſa, *ſimilis eſt dilectus meus capræ.* Cant.1. Proſpicit (ac ſi diceret) per cancellos perſpicaciſſimo capræ viſu. Hinc luſtrorum horror. Bernardus citat. *Ideo ſcriptura addit, quod ex acumine viſus capræ ſimilis ſit, nimirum vt viſu etiam tranſmittat parietem.*

16. *Angeli ipſi commouebuntur.* Luc.21. Gregor. in Cat.

Non iam miror, Angelos ipſos tremore commoueri. *Nam virtutes cœlorum mouebuntur.* Luc. 21. Gregorius, *Quas enim virtutes cælorum niſi Angelos, Dominationes, & Poteſtates appellat, quæ in aduentu diſtricti iudicis noſtris tunc oculis viſibiliter apparebunt.* Si iudicis in conſpectu apparent, quidni horrore ineffabili concutiantur.

17. *Latro iam iuſtus timet iudicium, quia Deum futurum iudicem contemplatur.* Luc.23. Emiſſ.

Latro dexter iam toto ex corde pœnitudine compunctus erat, cum proclamauit, *Memento mei, Domine, dum veneris in Regnum tuum.* Luc.23. Vbi Euſebius Emiſſen. aſſerit latronem poſtulaſſe, à iudiciu proximo tuoc, poſtmodum à futuro liberari nouiſſimo. *Non dixit, ſi Deus es, de præſenti ſupplicio eripe me; ſed magis, quia Deus es, de futuro iudicio libera me. Futuri examinis diem cogitans, intolerabile probat eſſe, quod metuit.* Cur timeat, qui iam ab iniquitate toto ex affectu receſſerat? Quia Deum futurum iudicem contemplatur eo die, quo *vix iuſtus ſecurus. Quia Deus es, de futuro iudicio libera me.*

18. *Horribilis admodum dies iudicij, qui in æternitate præmij, aut ſupplicij vertitur.* Tertull.

Vndénam autem Deus iudex tam horribilis oſtentatur? Crediderim, quia eius nouiſſima ſententia & iuſtis gloriæ, & peccatoribus pœnæ præſcribit æternitatem. Tertullianus lib. de Pati. cap.4. *Si probos quoſque ſeruos pro ingenio dominico conuerſari videmus: quanto magis nos ſecundum Dominum moratos inueniri oportet? Seruos ſcilicet Dei viui, cuius iudicium in ſuos, non in compede, aut pileo vertitur: ſed in æternitate aut pœna, aut ſalutis. Cui ſeueritati declinandæ, vel liberalitati inuitandæ tanta obſequij diligentia opus eſt, quanta ſunt aut quæ ſeueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur.* Si diligentia obſequij debet morem gerere aut pœnæ, aut ſalutis, quaſi infinitè eſſe debet intenſa, quia & pœna, & gloria æterna conſpicitur. Preme illud: *Seruos ſcilicet Dei viui.* Non ſolum enim peccatores tenet hic horror, ſed ſeruos Dei maximè compungit, quia Deus iudex apparebit.

19. *Iudiciū, & infernus idem.* Geneſ.6. Hieron.

Vix obiiciam iudicij æterni terribilitatem? *Non permanebit* (inquit Deus) *ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Geneſ.6. Ex Hebræo aliqui, *Non iudicabit ſpiritus meus homines iſtos in ſempiternum, quoniam homines ſunt,* Iram temperabo, dum eos è puluere ſurrexiſſe conſpexero. O pietatem ineffabilem! Homines iudicij illius non ſubiacebunt ſententiæ, qua pœnæ annunciatur æternitas. Hieronymus in qq. Hebr. *Non iudicabit ſpiritus meus homines in ſempiternum, quoniam caro ſunt. Hoc eſt, quia fragilis eſt in homine conditio, non eos in æternos ſeruabo cruciatus; ſed hîc illis reſtituam, quod merentur.* Preme Moſis verba, *Non iudicabit ſpiritus meus homines, in ſempiternum.* At Hieronymus pro iudicio ponit infernum, *Non eos in æternos ſeruabo cruciatus.* Ad dies iudicij horribilis ſicut infernus? ita planè, quia Deus iudex: *Non iudicabit ſpiritus meus homines.*

20. *Tantus iudicij horror, vt omnipotentia Domini tunc primum innoteſcere videatur.* Exod.6. Beda.

Audi iudicem proclamantem ad Moyſem, *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente; & nomen meum Adonai non indicaui eis.* Exod.6. Beda, *Et nomen meum Adonai, quod interpretatur omnipotens, non indicaui eis.* Quid noui indicatur Moyſi, & filiis Iſraël, quod non fuerit priſcis Patribus indicatum? Myſticè Doctor, *Quod autem ait Dominus Moyſi, Et nomen meum Adonai non indicaui eis, ſic myſticè poteſt intelligi: In veteri Teſtamento non indicaui ſicut in nouo: vel in nouo non indicaui, ſicut in die iudicij.* Tantus erit iudicij horror, vt omnipotentia Domini tunc primum innoteſcere videatur.

21. *Quaſi iudicij iſt reus, qui memor eius, delinquere audet.* Bernard. Luc.21. Cæſar. Arelat.

Hinc peccatores ineffabili debent horrore teneri. Ieroſolyma vocatur ad tribunal, quid non Babylon extabeſcat? *Scrutabor Ieruſalem in lucernis.* Bernardus, *Quid erit tutum in Babylone, cum Ieruſalem tantum, ac tale expectat ſcrutinium.* An delinquere audebis, dum iudicij apponitur apparatus. *Areſcentibus hominibus præ timore.* Luc.21. Aſſerit Cæſarius Arelat. homil.1. ſigna iudicij homines debere ad pœnitudinem reuocare, quod areſcendi vocabulo ſignatur. Et adiicit pulchrè, *Dumque exterior afflictio voluntaria diſtrictionis infertur, tremendi iudicij offenſa ſedatur; & ingentia debita labor ſoluit exiguus, quæ vix conſumpturus erat ardor æternus.* Preme *Tremendi iudicij offenſa ſedatur.* An offenſione iudicium afficitur? Qui Dominum proclamantem audit, *Erunt ſigna in ſole*, &c. & nec dum delinquere deſiſtit, tremendum iudicium offendit, & illius, contempti reus quodammodo dicitur.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Erunt ſigna in Sole, & Luna & Stellis.

In ſignis nunc miſericordiæ ſol iuſtitiæ adeſt benigniſſimus peccatoribus. In iudicio autem ſigna horribilia erunt in ſole ad peccatorum æternum exitium.

Oſtendo, maiorem Dei miſericordiam in acrius ſupplicium vertendam ingratis.

22. Barrad.

NOſter Barradius tom.3. lib.10. cap.9. anſam exhibet pulchræ cogitationi, *Erunt tunc ſigna in ſole. Verſatus eſt ſol iuſtitiæ in ſignis, cum venit in orbem terrarum.* In die iudicij *erunt ſigna in ſole.*

23. *Chriſtus ſol regnat in ſigno Leonis ideo benigniſſimo Agno. In die iudicij Leo in ſole regnabit in Leonem mutando.*

Sol iuſtitiæ ſolem viſibilem æmulatur? Certè Planeta fulgens dum in ſignis duodecim domiciliis commoratur, benignis radiis ſignorum temperat aſperitatem. An non Aquarius orbem imbribus obrueret, ſi benignitas Solis non habenas cohiberet? An non Leo orbem vel rugitu terreſceret, ſi ſolis influxus eius non reprimeret horrores? Quid ſi ſigna terribilia in ſole morarentur? Proculdubio eius quaſi peruerterent benignitatem. Leo regnans in ſole ſolem efficeret non comis fulgentibus orbem illuminare, ſed horrido capillorum ſtamine homines exterreſcere. Profectò diuinæ iuſtitiæ

Leonem, Aquarium, Libram Sol regnans in ſignis ſic temperare poteſt, vt totus Deus miſericordia diffluat. At cum ſigna erunt in Sole, & Luna, Solis iuſtitiæ, ſeu miſericordiæ benignitas Leonis terribilis induet proprietates. *Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam.* Ioël. 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Amos 3. *Leo in Sole? Tanto ardore* (ait Barradius) *terras inflammabit, vt areſcant homines. Areſcentibus* (inquit) *hominibus præ timore. Væ impiis, æterno illos igne torrebit.*

Ioel. 3. Amos 3. Barrad.

24\. Parabolam decem virginum expendo. *Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* Matth. 25. Aſſerunt Doctores aduentu ſponſi, & ſponſæ, hoc eſt Chriſti, & Mariæ, quem expectant prudentes viragines, hoc eſt, iuſti, & qui fatuis, id eſt, peccatoribus formidinem incutit, nouiſſimam IESV iudicis ſignari profectionem. Beda, *Hæc de ipſo aduentu, cum omnes virgines prudentes & fatuæ inſolito clamore ſuſcitatæ lampades ornant; pro quibus maximo cum tremore iam inſtantem æterni diſcriminis expectant euentum.* Preme illud: *Æterni diſcriminis.* Vndénam diſcrimen, cúm IESVS & Maria apparent? O iudicij horrores! Admodum IESVS experibilis, cum regnabat in ſignis; at cũ in Sole, & Luna ſigna adſunt vel ipſis prudentibus virginibus formidinem incutiunt.

Fatuæ virgines in die iudicij verentur IESV & Mariæ apparere cõſpectui, quia ſigna in Sole, & Luna. Matth. 25. Beda.

25\. Ioanne vidente, *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Apocal. 12. En myſticum iudiciarium tribunal. Ibi ſol Chriſtus ſedet, *Amicta ſole.* Ibi Luna Maria commoratur, *Et Luna ſub pedibus eius.* Bernardus, ac Chryſoſtomus hac in Muliere Chriſti iudicis die nouiſſimo poteſtatem contemplantur. Porrò Abbas Ioachimus aſſerit duodecim ſtellis totidem Zodiaci ſigna figurari. *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Cur non ſol in ſignis, ſed potius ſigna conſpiciuntur in ſole? Quia iudicij die Leo, Libra, Aquarius, Scorpio, Cancer, Sagittarius ſolis iuſtitiæ beniguiſſimos tenent influxus: ſuoſque formidabiles ei impendunt effectus. Addit Ioannes, *Et in vtero habens, cruciabatur, vt pareret.* Ibid. Sol iuſtitiæ, qui regnans in ſigno virginis vix agnelli balatum emittebat, iam in ipſo regnante ſigno Leonis rugit vt Leo: *Cruciabatur, vt pareret.* D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 12. *Poſt longum ſilentium, ſi ut parturiens Dominus loquitur; quia quod apud ſe tacitus tolerat, in vltione quandoque iudicij quaſi cum dolore manifeſtat. Diſcedite maledicti in ignem æternum.* En Leonis rugitum.

Quia ſigna duodecim in Sole, & Luna IESV ſcilicet, & Maria: ſol fremet vt Leo. Apoc. 12. Bernard. Chryſoſt. Ioach. Gregor.

26\. Quid de Luna Maria non ſperabunt peccatores? O plenus horrore dies, quum ſigna non ſolum erunt in ſole, ſed & in Luna, & in Stellis: *Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis.* Cum infinitè miſericors non miſeretur, ſignis in ipſo regnantibus, haud adeſt apud Diuos locus miſerationis. Fatur Hieronymus, *Nullus poteſt, offenſo Deo, pro flagitiis rogare peccatorum. Quia nec tam clemens poteſt creatura, quam Conditor eſſe: nec ita alienus externus, quomodo Dominus ſuis parcere. Et ideo cum Dominus non miſeretur, nullius vlterius commiſerationi locus eſſe poteſt.* Nec Deipara Luna rogabit, quæ à ſignis horribilibus ſimul cum ſole poſſidebitur.

Non poteſt Luna Maria benignior, eſſe ſole. Hieron.

27\. Vis ſpeciatim expendam, quódnam tunc ſignum futurum in Sole, & Luna? *Tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo.* Matth. 25. Aſſerit D. Thomas crucis ſignum ſuprà Chriſtum aſpiciendum, vt in ſole crux regnet, qui in cruce regnauerat. *Dominus regnauit à ligno*, ſeu in ligno. Tunc ſol in ſigno crucis, & ideo munificentiſſimus peccatoribus oſtentatur. *Hodie mecum eris in paradiſo.* At tunc ſignum crucis velut Libra, (nam *ſtatera facta eſt*) regnabit in ſole proclamante, *Diſcedite maledicti in ignem æternum.* Euthymius, *Signum eius dicit crucem, quæ tunc longè clarior ſolis fulgebit; nam ille obſcurabitur, hæc autem apparebit.* Vt ex materiali fulguratione crucis, ſoliſque obtenebratione contemplemur & ſigni & ſolis ſpiritualis effectus. Crux enim in ſole Chriſto regnabit, & inſtar ſolis fulgores emittet, Chriſto peccatoribus obtenebrato. *Sol* Chriſtus *vertetur in tenebras, & Luna* Maria *in ſanguinem.* Væ ergo peccatoribus! Nullum iam vobis ſignum diffluet benignitate, Aries cornu petet irato, Gemini quodammodo duarum naturarum diſſoluit amplexum, Aquarius ignea pluuia obruit orbem, Piſcis ſpinis pro lancea vritur. Cancer retrorſitat, mordet Scorpio, Leo fremit, Taurus vulnerat, Capricornus non venit *ſaliens in montibus*, ſed colles tranſilit, vt fugiat, Libra rigidè ponderat, virgo ipſa virginum minatur ingratis.

Signum Libræ, id eſt, ſignum crucis in ſole regnabit. Euth.

Nullum ſignum propitium peccatori, Maria in ſanguinem conuerſa.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis.

Creaturæ iudicij proximi tempore contra inſenſatos peccatores dimicabunt.

Illectamenta enim criminis peccatori in horribilis torturæ materiam conuertuntur.

Pelagus, cœlum, æther, ſydera, terra aduerſus inſenſatos peccatores decertabunt, qui ipſi male victores ipſis creaturis, eis obarmati contra Deum inſurrexerunt. *Pugnabit* (ait Apoſtolus) *pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* An non inſenſata creatura, qui ex accepto munere arma aduerſus munificum perficit largitorem? qui ex vomere, quo colebat terrã fructiferam, præparat haſtam? Haymo, *Iuſtum eſt, vt inſenſati homines, qui in cunctis peccauerunt, feriantur in cunctis, ſi peccauerunt per aëris ſerenitatem, feriantur per tempeſtates, & ſic de reliquis ab inſenſatis creaturis feriantur; vt impleatur, quod dictum eſt, pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* 28.

Per quæ quis peccat, & torquetur. Haymo.

Sole vſi ſunt, ad aperiendam luxus vanitatem? A ſole offuſo nubibus percutiuntur. Lunæ lampade, qui lucem ſolis fugiebant, greſſus ſuos nocturnos illuminarunt? A Luna verſa in ſanguine vulnerantur. Romano iudici Iudæi Chriſtum Dominum tradidere. *Vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Romano Præſidi.* 29.

Retributio aequata criminibus, & peccatori, iudicij diebus. Matth. 27.

Præſidi.Matth.27.Profectò qui Romaoo iudici Iudæum tradunt ad necem, Romanis tradun-tur ad exitium,Deo retributore. Cyrillus,*Redde, ô Domine, retributionem eorum eis. Veniant Romani, & tollant eorum ciuitatem, & gentem.*

Cyrill.

30. *Qui autem* (Dominus ait) *ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*. Matth.18.Cur non vulneratur exitialiter gladio ſcandali ſuſcitator, ſed mola, qua triticum cibo redditur aptum? Quia inſtrumento cœlitus dato ad præparandos cibos, vſus eſt ad delicta, dum cibis ipſis ad Venerem roboratus eſt, quia *ſine Cerere friget*. Chryſologus ſerm.27. *Quia lapis molaris dum triticum terit, dum farinam fundit, à polline furfurem dum ſecernit, panem ſubminiſtrat. Benè ergo illi, qui miniſter ſcandali* (dum venereis ſeruiebat voluptatibus) *dicit eſſe, ad collum lapis alligatur molaris; vt hoc illum ad mortem trahat, quod ſenſim ad vitam datus, mortis conuertit in ſcandalum.* Pane roboratur ad crimina? Panis conficiendi inſtrumento lethaliter vulneratur.

Qui vtitur panis beneficio ad flagitia, inſtrumento conficiendi panis ducitur ad interitum. Matth.18 Chryſol.

31. Poſtquam Cain occidit Abelem, ipſe coram Domino clamabat, *Omnis ergo, qui inuenerit me, occidet me.* Geneſ.4. A quònam Cain metuebat interfici. An ab Adamo? Pater eſt. An ab Eua? Haud ſcit mater filium vulnerare. A quònam ergo ſe interficiendum ſuſpicatur? Aſſerit D. Chryſoſtomus hic Dei iudicis tribunal aſſignari. At dum Deus iudicium præparat, id in hominem hoſtiliter dimicat, quo ille vſus eſt ad crimen perpetrandum. Cum Cain cogitabundus necem innocenti præparabat; proculdubio ei veniret in mentem & parentum indignatio, & beſtiarum incurſio: Sed tamen ſibi reſponderet, Nec pater occidet filium quem genuit; nec mater quem peperit vulnerabit; nec domeſticæ ſubditæ beſtiæ in dominatorem exſurgent. Porrò quia & parentum, & animantium benignitate vſus eſt ad flagitium, & parentum, & ſubditorum animantium poteſt iam vereri impugnationem. Pulchrè Ambroſius lib.2.de Cain cap 9. *Sed à quo timebat occidi, qui ſolos parentes habebat in terris? Potuit quidem & incurſus beſtiarum timere, qui diuina iura violauerat; neque præſumere de ſubiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit & parentes parricidas timere, qui docuerat parricidium poſſe committi.*

Cain timet occidi à parentibus & domeſticis animantibus, quorum benignitate, & ſubiectio ad adiectum & flagitiũ. Gen.4. Chryſoſt.

S.Ambroſ.

32. Curauit Abſalon comam paterno honorare diademate, parum reputans pretio ponderari, ſi non comatum Regina leges auro perſcriberet. O inſenſatum adoleſcentem! honor iſte præparatus comæ tibi flagellando vertetur in funem 2.Reg. 18. Chryſoſtomus ad Pſalm. 3. *Coma torquebat tyrannum, ibi eum contundens, vbi diadema paternum geſtare contendebat.* Vndénam tam incogitata calamitas, vt creatura obſequiis ab Abſalone affecta in ipſum exſurgeret. Quia *Deus è ſuperis ferebat ſententiam*, ait Doctor. Ac ſi diceret, quia Deus iudicatorius tribunal ſcandit.

Abſalo vtiti coma ad tyrannidem, à coma ſuffocatur. 2.Reg.18. Chryſoſt.

33. Philiſthæus ille fronte cogitationem illam efformauerat inſenſatus, qua populum deſpexit Iſraëliticum. Ergo in fronte percutitur; vt frons, quæ ſubminiſtrauerat ei auſus ſuperbiæ, exitiale vulnus miniſtraret. Auguſtinus hom.31.ex 50. *Quia omnis ſuperbia habet impudentiam frontis, in ipſa fronte, lapide veniente, deiectus eſt.* Preme, *veniente lapide.* Cur non miſſo? Liceat vulgariter reſpondere: *Por que ſe viene el caſtigo al inſenſato.*

Frons Goliath, vnde ſuperbia, exitij principium.

Auguſt.

34. Homines inſenſati Zeli adorabant idolum. *Et ecce ab Aquilone portæ altaris, idolum Zeli in ipſo introitu.* Ezech.8. ſupplicium attendite. Vidit Propheta ab Aquilonari plaga exercitum irruere in idololatras. Et cur ab Aquilone, niſi quia ab Aquilone idolum Zeli conſpiciebatur? Theodoretus, *Cum ab Aquilone idolum poſitum eſſet, neceſſariò inde ſupplicium reperit aditum.* Ab Aquilone panditur malum? Ab Aquilone irruit exercitus in vindictam.

Aquilo dat aditum ſupplicio, vt peccantes ab Aquilone, flagellarentur. Ezech.8.

Obſervat. IV.

Ad illa verba:

Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis, &c.

Dei nunc accepta beneficia diriores peccatoris ingrati carnifices iudicij exſurgent inſtantia.

Quot ergo accipis beneficia ingratus, tot ad exitium tuum carnifices irritas.

35. Manifeſta Dei beneficia Sol, Luna, Stellæ reliquæque ad vſum hominum exorientes creaturæ. Sol quotidie *ſuper bonos, & malos*, exoritur, Luna creaturarum fœcunditati præſidet, ſydera benigniſſimos homini varios præſtant influxus. Proh ingrati vicem! Iudicij die tot habebit carnifices ad exitium, quot à Numine beneficia receperat.

36. Adhæſit olim caput Abſalonis quercui, *& illo ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus, cui inſederat, pertranſiuit.* 2.Reg 18. Ambroſius aſſerit quercu crucem Domini figurari, beneficiorum quidem maximo. Chryſoſtomus affirmat inibi Deum velut in quercu Mambre commorari. Proh Deum immortalem in cruce, vbi IESVS iam ſuffixus oſtenditur, Abſalon triplici lancea transfigitur? Tanta ne cœleſtibus iræ? Potuit Abſalon in crucis gremio adhuc ſui perſtes tot documentis pietatis vti ad pœnitudinem, & contempſit? Meritò igitur ab ipſis immenſæ pietatis brachiis occiditur.

Abſalon in cruce occidi-bit, quia beneficio, crucis accepto, non ſe recepit ad frugem meliorem 2.Reg.18. Ambroſ. Chryſoſt.

37. Iudas oſculo Filium Dei tradere feſtinat, quo potuit vti prodigus adoleſcens ad Patris gratiam reuocari: *Et oſculatus eſt eum.* Luc.15. Iuſtè eodem oſculo veluti horribili haſta vulneratur ad exitium æternum, qui tanto beneficio labiorum Domini ad pœnitentiam non allicitur. Ambroſius, *Nec immeritò grauiori telo tantæ dignationis percuſſus eſt, quam ſi eum fulmine perculiſſet. Denique patientiam Domini ferre non potuit. Itaque abiit, pecuniam refudit, laqueo ſe ſuſpendit.* Poſt oſculum à Domino patis acceptum, & ſententiam auditam, *Amice ad quid veniſti?* debuerat Iudas ad pœnitudinem aduocari. Contempſit planè: & ideo pondus non ſuſtinens beneficij laqueo addicitur. Cur non

Iudas à beneficio Domini ſuffocatur ingratus. Matth. 26. Luc 15. Ambroſ.

non dixit, *Iuſtitiam Domini ferre non potuit*, vt ponderi iuſtitiæ, ac ſeueritatis cedens ab ipſa ſuffocari appareat? Quia ingratis ipſa beneficia laqueos exhibent, & carnifices.

38. *Magdalena beneficio veniæ accepto, ipſius contra ingratitudinem ſtrenuè premit.* Luc. 7. Gregor.

Magdalena pœnitens acceſſit ad Chriſtum, *& oſculabatur pedes Domini.* Luc. 7. vbi D. Gregorius quæritat, cur *pedes*, & non pedem *Domini* oſculata eſt? An quia vno pede miſericordia, altero autem iuſtitia deſignatur? *Pedes illi miſericordia, & iudicium, quorum alterum ſine altero oſculari, vel temeraria ſecuritas eſt, vel deſperatio fugienda.* Vno in pede miſericordiam contemplor; inibi enim peccatrix reperit ſalutis aſylum: *Remittuntur ei peccata multa.* At poſt tantum beneficium acceptum iudicium inſtat; ne ob ingratitudinem pes miſericordiæ ipſius beneficij pondere ſuffocet peccatricem: *Vel deſperatio fugienda.*

39. *Aſcendet ignis ſupplicij in iudicio, quò aſcenderat Arca miſericordiæ.* Beda.

Beda venerabilis ponderat aquarum diluuij vim, qua ſupra Armeniæ montes Arca Noëmitica eleuata eſt, ſic de igneo diluuio iudicij profatur. *Quocunque peruenire potuit, aqua diluuij, eo iuxta ſententiam D. Petri, & ignis iudicij perueniet.* Cur igneum pelagus vſque ad aquei diluuij limites aſcenſurum prædicatur? Quia ſi aſcenſio aquarum vſque ad ſupercilia montium Armeniæ hominibus in Arca incluſis præſtitit ſecuritatem, ipſa ſecuritas, eiuſque incolumitatis beneficium in iudicio præſcribat ignis ſeu ſupplicij magnitudinem. Cur tantum aſcendit ignis ſupplicium, niſi quia tantum aqua miſericordiæ aſcenderat?

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient.

Faciet homines areſcere expectatio Chriſti venturi ad iudicandum.

Maior enim nunc accepta nobis à Deo miſericordia horribilior aderit ſupplicij incitamentum.

40. *Filius hominis iudex aderit immitior, quàm Filius Dei?*

QVánam, precor expectatione homines exareſcunt? Eos territant ſyderum ſigna, ſed tabeſcere, & exanimari efficit expectatio: *Et expectatione, quæ ſuperuenient.* An ex ignis diluuio timor exoritur? Certè ex iudicis aduentu. Quinam iudex expectatur? *Cum venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.* Si Filius hominis iudex eſt, benignè hominum filios iudicabit. O ineffabiles nouiſſimæ diei horrores, quando Chriſtus iudex terribilior apparebit ex quo capite Filius hominis eſt!

41. *Clibano Chriſtus Deus & homo ſignatur. Ex quo capite lutum eſt, formidabilior eſt?*

Rurſum expono Geneſeos teſtimonium. *Cum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum.* Geneſ. 17. Auguſtinus lib. 16. de ciuit. c. 12. de nouiſſimo iudicio exponit. Obiecto ergo Abrahamo iudicio *horror magnus inuaſit.* Chryſoſtomus, *Mè, cum illa in mentem veniunt, horror inuadit terribilis.* Vndè nam horroris terribilitas? *Et apparuit clibanus fumans.* Clibano Chriſtum ſignari ex Diuinitatis igne ac luto humanitatis D. Gregorius aſſeruit. Iudex Chriſtus eſt, clibanus lutens eſt? O quam benignus, ô quam ex luto humanitatis pius peccatoribus! Imò quam tunc ex humanitate terribilis! *Mè, cum iſta in mentem veniunt, horror terribilis inuadit* ex clibano. D. Hieronymus Regul. Monach. *Quid faciemus in illa die miſeri, quando, reuoluto cœlo, cum Angelicis virtutibus igneus totus Dominus apparebit.* Igneus totus. Ex parte Deitatis igneus planè, quia *Deus ignis conſumens eſt.* At ex parte humanitatis igneus? *Igneus totus Dominus aduenies.*

Geneſ. 17. Auguſt. Chryſoſt. Gregor. Hieron.

42. *Cum Filius hominis oſtenditur, ſeuerior oſtenditur ad diſtrictionē iudicij.* Apoc. 1.

Ioanni Chriſtus apparuit iudiciario hæreſcens tribunali ex Patrum ſententia, ideo enim gladium labiis geſtat *vtraque parte acutum*, quia illam horribilem exitialem ſententiam ore proferet: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Accurtunt Angeli iudicandi, id eſt, ſancti quique, quia iudex Dominus vel *in Angelis ſuis reperit prauitatem.* Tam perſpicax viſus iudicis, vt in Angelis maculas valeat adnotare; tam rigidus, vt vel pauca commiſſa recenſeat, & puniat: *Habeo aduerſus te pauca.* Illud equidem miror, quòd Ioannes præmiſerit, *Vidi ſimilem Filio hominis.* Apocalypſ. 1. Aptius ad iudicij dictionem Dei Filius appareret, quam Filius hominis. Minimè planè, quia tanto horribilior ad puniendum peccatores hominis Filius exſurget, quanto humanior è ſuperis deſcendit ad terras, carnéque indutus ad homines redimendos oſtenſus eſt.

43. *Vel Deipara veretur hominis Filium, quem Deum dulciter exceperat, quia iudicis habitum videt.* Luc. 1. Chryſol.

Teſtor Deiparam nullo crimine ream, nec originali, nec actuali. Cui Angelus, Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. Attamen Spiritus ſanctus prius venit in Virginem: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Perficitur Incarnationis myſterium, verbo carne induto. Luc. 1. Facit Chryſologus, *Mox ſenſit in ſe ſupremum ſuſcipi iudicem, quem antea iam viderat, & contemplata eſt mediatorem.* Mediatorem Deum viderat, & dulciter contemplata eſt; indutum iam carne, hominiſque Filium iudicem reueretur? Ita plane, nunquam enim magis vel ipſi Deiparenti puriſſimæ timendus apparet, quàm cum eo habitu oſtenditur, quo iudicaturus aduentabit: *Cum venerit Filius hominis in maieſtate ſua.*

44. *Deo ferente ſententiam, Abſolō peccator liberatur: Filio hominis iudicante, dānatione afficitur.* 2. Reg. 18. Ambroſ.

E quercu pendentem contemplare Abſalonem. *Vidit quiſpiam, & nunciauit Ioab dicens, vidi Abſalon pendere de quercu. Si vidiſti,* (Ioab reſpondet) *quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos? Qui dixit ad Ioab, ſi appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Tulit ergo* Ioab *tres lanceas in manu ſua, infixitque eas in corde Abſalon.* 2. Reg. 18. Vbi D. Ambroſius aſſerit inibi Dei iudicium adnotari. Deus iudex adſtat, Chriſtus homo iudex tribunal ſcandit in Ioab amiciſſimo figuratus. Porrò *Deo è ſuperis ferente ſententiam, longo tempore pependit Abſalon*, vt ſe ſe poſſet ad meliorem excipere frugem. At Ioab Filio hominis iudicante, cum parcit creatura, miſer peccator triplici lancearum vulnere perit: *Diſcedite à me, Maledicti, in ignem æternum.* Dauid

aliquando

aliquando cecinerat, *Dixi iniquis, Nolite inique agere, & delinquentibus, Nolite exaltare cornu; quoniam Deus index eſt.* Iam verò poſtquam Euangeliſta expreſſit, *Cum venerit Filius hominis,* &c. poſſet carmen corrigere, *Quoniam Filius hominis iudex adueniet.* Redibit ſect. 2. argumentum.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Virtutes cœlorum commouebuntur.

Iudicij dies Præſulibus formidabilior eſt; nam virtutes commouentur.

Diſtrictior enim ratio exigetur ab iis, qui ſubditos accepere gubernandos.

45. Heymo. FAtur Haymo premens illud: *Et virtutes cœlorum commouebuntur. Quidam hoc loco virtutes cœlorum Magiſtratus, & Rectores intelligi volunt. Commoueri autem virtutes cœlorum dicuntur, quia in illo diſtricto iudicio Præſules rationem exoluent non ſolum pro ſuis actibus, ſed etiam pro commiſſis ſibi ſubditis.* Horribilis admodum Præſulibus illa dies, ſi de ſubditorum piaculis ſint redditori rationem.

46. *Diues gerit perſonam Præſulis, ſolicitus oſtenditur de ſalute ſubditorū fratrum, ne increſcerent tormenta.* August. Diues ille purpura & byſſo indutus Regiam, ex Auguſtini ſententia, exprimit dignitatem. Hic ergo Princeps ſolicitus de fratrum ſalute oſtentatur. *Rogo te pater, vt mittas eum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres; vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Luc. 16. Quid times? Timeo, me Regia purpura indutum dirius torquendum, Deo iudice, ſi fratres mei meæ ditioni obſequentes rei gehennæ apparuerint.

47. *Cæco, & damnato populo, & cæcus & damnandus oſtentatur Præſul.* Zeno. Nubis columna Iſraëliticum populum ducebat ſymbolum gerens Prælatorum, auctore Laureto. Porro quæ nube interdiu induitur, noctu igneo oſtentatur amicto. Nota eſt populi Hebræi cæcitas circa idolorum cultum. Cur autem columna (ſeu Præſulatus) iam oſtenditur amicta nube, iam igne circumdata? D. Zeno Veron. in ſerm. 2. in Exod. aſſerit nubem apponi cæcitatis populi documentum. Quare verò igne columna accenditur? Quia Præſulibus grauiſſimum iudicium præparatur ea ſubditorum cæcitate. *Columna nubis te perducit per diem, vt oſtenderet cæcam; ignis columna per noctem, vt moneret & arſurum.* Et cæcitas ſubditorum, & damnatio ipſa oſtenditur in columna? Certè cum Præſul incuria ſua ſubditis infert cæcitatem, adeo creſcit eius damnatio, vt iam non gehennæ addicatur: ſed ipſe ſit ſubditorum infernus. Aptius tamen columna & cæca nube, & igne quaſi damnata obiicitur; quia cæcitas & damnatio ſubditi aſſolet connotare Præſulem cæcitatis reum, & damnationis conſortem.

48. Iſraële peccante, Dominus Moyſi profatur, *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis.* Numer. 25. An delinquentibus ſubditis iudicium Præſulibus præparatur? Præſules ne reddituri de ſubditorum piaculis rationem? Damianus lib. 4. Epiſt. 15. *Quid eſt, quod populus in luxuriæ voraginem labitur, & in eorum Præpoſitos vindicatur? Quod ab ouibus erratur, negligentiæ Paſtoris adſcribitur.* Ouis ad triticum properat depaſcendum, vidente domino hæreditatis. Num ouem verbis corripiat, an Paſtorem, cuius iniuria ouis latrocinatur? *Vide, quam formidoloſa ſit conditio Præſidentium, vt non modo pro ſuis ſed etiam pro ſubditorum puniantur offenſis.* *Iſraële delinquente, Præſules damnantur.* Num. 25. Damian.

49. *Putat Moyſes, ſe Præſulem damnandū, dānato populo.* Exod. 32. Oleaſter. Poſt delictum idololatriæ eiuſdem populi Moyſes inclamans, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* Exod. 32. Oleaſter, *Vbertim manantibus vbertim lacrymis, enixiſſimè orat, Dimitte eis,* &c. Cur tam enixè, obortis lacrymis deprecatur? Certè quia deletis de vitali libro ſubditis, putabat ſe ſimul abolendum de piaculis ſubditorum rationem diſtrictiſſimam redditurus.

50. *Vel Christus agens perſonam Præſulum timet poſt aſſumptionem trium curā ſubditorum.* Matth. 26. Hilar. Quid non timeant iudicium hoc homines, ſi Dei Filius iudex futurus, dum Præſulis hominis perſonam gerit corripi timore ex Præſulatu oſtentat? Aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe. Matth. 26. Alij, *Cœpit pauere.* Cur timeat Dominus? An paſſionis inſtantiæ implicari vereatur? Hilarius lib. 1. de Trinitat. *An ratione ſubſiſtat, vt mori timuerit, qui omnem ab Apoſtolis timorem mortis expellens, ad gloriam eos ſit martyrij adhortatus?* Quænam ergo cauſa pauoris? *Admonuerat ſuperius, omnes ſcandalizandos, Petrum etiam ter negaturum. Aſſumptis eo, Iacobo, & Ioanne cœpit triſtari. Ergo non ante triſtis eſt, quam aſſumit: ſed omnis metus illis eſſe cœpit aſſumptis.* Quare autem non metu afficiatur antequam aſſumeret; ſed poſt illos aſſumptos? Crediderim, quia Præſulis gerens perſonam poſt aſſumptos ſubditos delicturos, ab eo exigendam rationem negationis videbat: Vt Præſules, quos ille figuratim exprimit, erudiret.

51. *Timet Dauid Rex omnium ſubditorum damnationem ſubire.* Meritò Dauid exclamauit, *Eleuans alliſiſti me.* Pſalm. 101. Brixianus expoſuit, *Videras extuliſſe me in altum, vt grauiori caſu in extremas miſerias me deiiceres,* ſiue ad inferiorem infernum deturbares. Vndénam timor hic? An non delinquentis populi piacula mihi Præſuli tribuentur? De meis criminibus rationem redditurus gehennæ communi addicendus reputabor. At totius iniquitatis ſubditorum reus, extremis planè miſeriis damnationis ſupremæ addicar. Ergo ò Domine, *eleuans alliſiſti me.* Me Præpoſitum elegiſti, vt in extremas miſerias deturbares.

* * *

OBSERV.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba :

Erunt ſigna in Sole , & Luna & Stellis , & in terris preſſura, &c.

Non ſolum iudicij extremi ſigna præbentur, ſed à munificentiſſimo Domino etiam particularis iudicij ſemper ſignacula præſentantur.

Aſſero , peccatum eſſe proximi particularis iudicij euidens indicamentum.

51. VIſum mihi aliquando , noo tam benigne actum cum paticularj , quam cum generali iudicio : Siquidem boc tot ſigna Solis, Lunæ , Stellarum, maris, cœleſtiumque virtutum præcedunt : illud autem ſæpe , inſalutato hoſpite, ſiue præmiſſa minimè admonitione, præſentatur. Re autem maturius excuſſa, comperi, nullum perire, quem borribile iudicium particulare prius non perſpicuis ſignaculis admoneret.

52. *Qui diluuij iudicio periere , ſigna habuerunt & nomen Noë, & Arca ædificationem.* Gen. 6.

Decernit Deus orbem delinquentem obruete diluuio , & Noë præcipit Arcam ædificare. *Cumque vidiſſet Deus, terram eſſe corruptam , omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram, dixit ad Noe. Finis vniuerſæ carnis venit coram me, fac tibi Arcam.* Geneſ. 6. Qui potuerat Noëmum ac filios ſuos à diluuio eleuatione ſuper nubes aſſeruare, ſicut Eoochum : cur iubet Arcæ ædificatiooi operam dari ? Iam quingentis annis Noë nomine (quod *ceſſatio* ſignificat) peccatores obrutionem orbis monuerat. At benigniſſimus Domious , ne quererentur repentino iudicio abſorberi , centum annorom ioterſtitio præparari Arcam curat , vt videntes mirum ædificium, & interrogarent à Noëmo, & audirent extremam tuinam. Chryſ. hom. 22. io Geneſ. *Omnibus, qui tunc erant , Doctor calamitatum quaſi clamans & dicens, per nomen ſuum,* (ceſſatio) *deſiſtite à malo , operamini virtutem, timete præparatum iudicium. Commune diluuium in toto orbe erit. Et hoc non duobus vel tribus annis faciebat : ſed quingentos annos vixit hæc admonens.* Si nominis vox admonitio erat iudicij particolaris voiuſcuiuſque : quid fabricationis Arcæ fragor ? (Chryſoſt.)

53. *Adami filij eo ipſo quod delinquere moliebãtur, ſi ſe de futura iudicij particularis diuiſione admonebãt.* Gen. 11.

Adami filij *Venite*, inquiunt, *faciamus nobis ciuitatem , & celebremus nomen noſtrum , antè quam diuidamur. Deſcendit autem Dominus , vt videret ciuitatem , & turrim , quam ædificabant filij Adam.* Linguas eorum confudit , *atque ita diuiſit illos Dominus in vniuerſas terras.* Gen. 11. Rogas an admooiti foerint filij Adami delinquentes illius diuiſionis ? (quæ quidem authore Berebor io , malorum à boois ſeparationem ioouebat.) Ao repentino iudicio ſine ſignis præmiſſis correpti fuere ? Minimè planè. Legit Philo verba illa , *Antequam diuidamur , Antequam diſſipemur.* Vt conſter diuiſione diſſipationem æternam ſignari. Dum ergo ipſi delictum meditantur , diuiſionem ac diſſipationem futuram præſagire videotur , aut potius ſuppooere ; qoia illud ipſum peccare , iam iudicari eſt. Non igitur ſine præmiſſo ſigno iodiciom fertur ; quia qui delinquere meditantur , diuidendos ſe hædos ab ouibus profitentur. Pulchrè Philo lib. de confuſ. ling. *Sunt etiam hodie , qui valdè ſibi talibus rebus placentes , inde ſe præclaram apud homines æſtimationem acquirere, ſed hi quamuis improbiſſimi vltricem tamen ſcelerum ſuorum Dei iuſtitiam præſagientes , dicunt: Priuſquam diſſipemur.* Quis cum delinqoit, non præſagit illam æternam ab ouibus diuiſionem? Quis cordatus non ſcit , peccatum lethale ſignum æternæ diſſipationis eſſe? (Philo.)

54. *Holophernes præſagium iudicij habuit ſenſuũ ſolutionem.* Iudith. 10. August.

Holophernem rector Iſraëlitici populi flagellum à Iuditha ioterfectum , Dei iudicio æterno exitio adactum. An præceſſerint ſigoa iudicij ? *Cúmque intraſſet antè faciem eius , ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holophernes* , cap. 10. Vbi Auguſtinus ſerm. 66. *In qua fœmina inſidioſæ pulchritudinis nouitatem hoſtilis exercitus vehementer expauit , vt in eius obſequio vires amitterent , arma proiicerent , & colla curuarent. Quam cum videret Holophernes , ſolutus eſt ſenſibus, animam cum capite perditurus.* Quia illa ſenſuum ſolutio ad criminis præparationem , iam præſagium vitæ ſolutioois , æternæque ex Dei iudicio , damnationis offerebat : *Solutus eſt ſenſibus , animam cum capite perditurus.* Fœmina igitur *apprehendit comam capitis eius , & abſcidit caput eius.* Haud repentina iudicij calamitas, quam ſolutio ſenſuum præſagierat.

55. *Peccatum idololatriæ fuit ſignum iudicij Iſraëlitarũ renunciantiũ Dei admonitionibus.* Exod. 32. Tertull.

Mihi credite , ipſa facinora præſagium iudicij præſentare. Ad vituli conflationem dixit ad Hebræos Aaron, *Tollite inaures veſtras aureas de vxorum , filiorúmque , & filiarum veſtrarum auribus , & afferte ad me. Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron.* Exod. 32 Certè qui cogitant idololatria animum inquinare , tradúntque ioaures , qoibus verbi cœleſtis auditio ſignatur , admonitionibos renunciaſſe videntur ? vnde ſine iuſta querela deperirent. Bellè Tertulliaous lib. aduerſ. Gnoſt. c. 3. *Aberat apud Deum in monte Moyſes, quum populus tam neceſſaria abſentia eius impatiens, Deos ſibi producere quærit, quos potius ipſe perdiderit. Vrgetur Aaron, iubet inaures in ignem conferri. Amiſſuri enim erant in iudicium ſibi vera ornamenta aurium , Dei voces.* Nam qui admonitionibus vocis Dei reountiabant delinquentes , haud ſine admonitorio ſigno iudicandi erant. *Amiſſuri in iudicium Dei voces.*

SECTIO II.

Ex iudicio conuerſio.

TEXTUS.

VERS. 27. ET tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate. 28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. 29. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas. 30. Ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote, quoniam propè eſt Regnum Dei. 31. Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 32. Cælum, & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.

COMMENTARIUS LITERALIS.

§. I.

De Filio hominis aduentante.

1. *Quoniam modo videbitur Filius hominis?* TVnc *videbunt Filium hominis.*] Quoniam modo iuſti, & peccatores Chriſtum in iudicio aſpicient? Iuſti non ſolum humanitatem, ſed Diuinitatem cernent, impij verò ſolùm humanam naturam videbunt. Intelligent tamen Chriſtum verè Deum & hominem, antè eumque genu iouiti flectent. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Philip. 2. (*Philip. 2.*) Videbunt eum qui pupugerunt, gloria amictum intuebuntur, quem aſpectarant iniuriis exactum.

2. *Cur in nube?* *Venientem in nube.*] E cœlo empyreo deſcendet, veniétque in iudicij gerendi locum. Porrò in nube vna deſcendet, multis aliis nubibus circumdantibus. Vnde Matthæus plurali numero vſus eſt: *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli.* In nube ſolet Deus veluti in curru apparere. *Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Iſai. 19. D. Chryſoſt. ſerm. de Aſcen. (*Chryſoſt.*) nubem Dei ſedem appellat. *Elias in curru igneo aſcendit, Chriſtus in nube. Quando ſeruus vocabatur, currus mittebatur: quando Filius aſcendebat, Dominica ſedes occurrebat, id eſt, nubes: nec tantum Dominica, ſed & Paterna.*

3. *Quales nubes?* Quales erunt nubes, quibus deſcendet Dominus? Barradius (*Barra.*), *Erunt ſplendidiſſimæ.* Rupertus (*Rupert.*), *Non erunt pluuiis rorantes, terrámque refrigerantes: ſed nubes tempeſtuoſæ, ignem ſpirantes, fulmina iacientes.* Exiſtimo, (vt vtriqoe hæream ſententiæ) ex parte ſuperiori fore fulgidas nubes, ex inferiori procelloſas. Vndenam ais nubibus efformandis tunc vapores, igne extremo omnes abſumente vapores? Reſpondeo cum Abulenſe (*Abul.*) quæſt. 332. ad Matth. 25. Deum per miraculum nubes conſeruaturum: aut ſi igne abſumantur, producturum miraculoſas.

4. *Poteſtas, & maieſtas iudicis.* *Cum poteſtate magna, & maieſtate.*] Cum poteſtate quidem magna, quia diuinæ potentiæ excitabit opera, omnes homines vitæ immortali reſtituens, omnes iudicans, in omnes exercens imperium, iuſtis præmium, peccatoribus reddens ſupplicium. Magna autem cum *maieſtate*, quia in corpore veniet ſplendidiſſimo, in nubibus fulgidis, procelloſis, fulminantibus, omnibus nouem Angelorum choris ſtipatus. De maieſtate huiuſmodi Ioannes ſcribit, *Vidi thronum magnum, candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra, & cælum, &c.* Fugit quidē præ reuerētia, & timore. Apoc. 20.

5. *Secundum quam naturam Chriſtus ſit iudicaturus.* Num Chriſtus iudicaturus ſit ſecundum Diuinam, an humanam naturam? Daniel, *Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* cap. 7. (*Dan. 7.*) Deus antiquus dierum propter antiquitatis æternitatem dicitur. Ergo Chriſtus ſecundum diuinam naturam iudicabit. Exiſtimo Danielis loco quoddam particulare iudicium oſtendi, quo Deus quatuor mundi Monarchias delere ſtatuebat: non generale, quod adſcribendum Chriſto hominis vti Filio. *Poteſtatem dedit ei, iudicium facere, quia Filius hominis eſt.* Et, *Pater omne iudicium dedit Filio.* Ioan. 5. (*Ioan. 5.*) Scio Deum trinum & vnum inuiſibiliter iudicaturum. At ſecunda Perſona quæ eſt Filius, aſpectabiliter iudicabit, ab omnibus enim hominibus iudicandis conſpicietur. Ideo Lucas, *Videbunt Filium hominis, &c.*

§. II.

Ad conuerſionem, & pœnitudinem homines excitantur.

6. *Allenat iuſtos, poſtquam peccatores terruit.* HIs *autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra.*] Suprà dixerat, ſigna iudicij magnum hominibus allatura timorem. Nunc ſuos admonet, ne timeant, cum ſigna viderint: ſed animo ſint exhilarato, quia ineffabilis boni ſint illa ſignacula documentum. Areſcant impij præ timore, vos Diſcipuli (omnes iuſtos futuros intelligo) qui extremo illo tempore nullo ſcelere contaminatam vitam duxeritis ne timeatis, ſed reſpicite in cœlum. Græce, *Surſum aſpicite: & leuate capita veſtra*, animo non demiſſo, ac mœſto: ſed fidenti, atque hilari eſtote. Caput deiicere, eorum eſt, quos timor, ac mœſtitia premit, *Cur concidit facies tua?* Gen. 4. (*Gen. 4.*) Caput leuare, eorum, quos fiducia, lætitiaque exhilarat. *Tu Domine, gloria mea, & exaltans caput meum.* Pſalm. 3. (*Pſalm. 3.*) Gregorius hom. 1. (*Gregor.*) *Cum plagæ mundi crebreſcunt, cum terror iudicij oſtenditur, leuate vos capita veſtra, id eſt, exhilarate corda.*

7. *De quanam redemptione ſermo ſit.* *Quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Quænam hæc redemptio? Redemptio corporum, quæ ſub dira mortis captiuitate vſque ad iudicij diem detinentur. *Ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.* Rom. 8. (*Rom. 8.*) Exiſtimo particulam *Redemptio veſtra* tam ad animæ, quam ad corporis libertatem pertinere. Cum ſigna videritis, ne terreamini; quoniam appropinquat redemptio animi, corporiſque veſtri, qua ex huius mundi

periculis, maliſque omnibus in ſummam gloriæ libertatem ſedimemioi Theophylactus, *Perfecta libertas corporis, & animæ. Primus Chriſti aduentus fuit ad reformationem animarum, ſecundus erit ad reformationem corporum,* cum animabus quidem rurſum illigandorum. Spirituali ſenſu alliciuntur peccatores ad pœnitudinem ſub oſtro ſigniorum Iudicij; pœnitentia etenim maturanda.

8\. *Et dixit illis ſimilitudinem,* &c. Cum arbores iam producunt ex ſe fructus, ideſt, cum incipiunt producere, ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos cum videritis ſigna iudicij, ſcitote, quoniam prope eſt Regnum Dei, quod in illa extrema die cũctis hominibus apparebit. Theophylactus, *Prodigia ſignant, quod ventura ſit æſtas. Hoc eſt, Regnum Dei poſt hyemem, & tempeſtatem, quaſi æſtatem, aduenturum iuſtis: tametſi peccatoribus futura ſit hyems, & tempeſtas. Nam illi præſens ſeculum pro æſtate habent, futurum pro hyeme.* Et Chryſoſtomus hom. 78. *Prædicit Dominus ſpiritalem æſtatem, tranquillitatemque à fluctibus huius vitæ iuſtis hominibus adfuturam: iniuſtis autem hyemem, ac terribiles tempeſtates poſt æſtiuam tranquillitatem venturas.*

De ſimilitudine arborum.

Theoph.

Chryſoſt.

Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.] 9.
De quanam generatione loquatur, Chryſoſtomus, Theophylactus Origenes, *Generatio noui Teſtamenti.* Cum Strabo, Beda, & Hieronymo interpretor de omnium hominum generatione. Omninò, & certiſſime hæc fient, antè quam hominos genus à terra aboleatur. Mitto alias expoſitiones.

De quanam generatione loquitur? Chryſoſt. & alij. Strab. & alij.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM,

EX CONVERSIONE OB IVDICIVM INSTANS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba.

Tunc videbunt Filium hominis venientem.

Quia Filius hominis iudicaturus aſpicitur, magis horribilis apparebit, quam ſi ſub Dei forma hæreſceret tribunali.

Nullus enim dirior hoſtis exſurgit, quam amicus ingratorum iniuriis prouocatus.

10\. PROMISS me amplius confirmaturum illod argumentum; Chriſtus vt homo horribilior peccatoribus die nouiſſima apparebit. *Et videbunt Filium hominis venientem.* An ſignorum molleſcit terribilitas, cum hominibus Filius hominis Iudex oſtenditur? Quid homines de Filio hominis non ſperabunt? Imo quid non timebunt? Etenim, poſt tot humanitatis documenta, poſt illud Incarnationis ineffabile ſignum charitatis tot crimina perpetraſſe homines ipſius humanitatis potentiſſima irritatio eſt.

Delicaris exprime ſignatam infinitam, humana natura agnatam vindictam.

11\. Haymonem præmitto, *Filium hominis in iudicio viſuri ſunt; quia in forma ſerui ad iudicium venturus eſt.* In forma ſerui: O quam humilis! Imo quam horribilis adparebit. Nam qui *formam ſerui accipiens* redempturus ſeruos aduenit, poſt tot ac tanta benignitatis documenta formæ illius memor terribilius iudicabit ingratos. Seruus exagitatus iniuriis aſſolet horribilis ad vindictam aſſurgere. Quid Dominus poſt tot iniurias, probra, flagella, crimina non ſedeat vindicator horrificus?

Sub ſerui forma Chriſtus terribilior, memor benignitatis, & iniuriarum. Haymo.

12\. Certè ſi Trinitas Iudex appareret infinita bonignitate deferretur ad veniam. Vnde. *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio, quia Filius hominis eſt.* Ioan. 5. Cur non *Quia Filius Dei?* Certè quia vt Filius hominis, ſeuerior adſtabit criminom vindicator poſt innomeras iniurias ab hominibus acceptas. D. Auguſtinus ſerm. 84. de verb. Dom. *Ad iudicium ventura eſt forma hominis, forma illa iudicauit, qua iudicata eſt.* Vt memor iniqui illius iudicij hominum quo morti fuit Dominus addictus, immitius in peccatores ferat ſententiam. Addit Doctor, *Sedebit Iudex qui ſtabat ſub Iudice. Conueniens erat, vt iudicandi viderent Iudicem formaque ſerui bonis & malis oſtenderetur: at forma Dei ſolis bonis ſeruatur.* Ergò forma hominis apparet vt horribilius peccatorum Iudicium exprimatur.

Pater non iudicat quemquam, vt Filius hominis Iudex appareat immitior. Ioan. 5. Auguſt.

13\. Agnoſcebat id Dauid, dum clamabat, *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente nõ ſancta.* Pſ. 42. Preme illud: *Iudica me Deus.* An non mitius iudiciũ expectares, ſi diceres: Iudica me

Ideo Dauid precatur, ſe à Deo iudicari. Pſal. 15.

me homo? Si Deus iudicet, proculdubio proſi-
bi adnata infinita miſericordia meam cauſam à gente iniqua diſcernet. At ſi iudicet, homo tot iniuriis actus, vel iuſtus quodammodo timere potero, ne Paſtor ille e hædis me deturbet, nec diſcernat, vt cum ouibus poſſim colligari. Audi pulchram Cæſarij Arelat. ſententiam hom. 40. *Ergo dimitte ò* peccator, *cauſam tuam Deo.* Porrò ſtultus peccator reſpondet, *Quid me tu verbis affligis, & iudici me Deo dimittis?* Vereor humanus Dei humanitate nudi ſententiam. Tribunal hominis Chriſti appello, qui homo mitius hominem iudicabit. *Amice, iſtius te* (inquit Pater) *iudicio committo, cuius iudicio* (cum Dauide) *me commendo. Nam ſi ſcirem, nihil tibi prodeſſe, non te admonerem, non te terrerem.* Vis vulgariter id mihi liceat explicare? *Engañate por mi, y acogete al tribunal de Dios.* Mitius quidem tecum agetur.

Cæſar. Arelat.

14\. Ad Chriſtum adoleſcens acceſſit, fatus: *Magiſter bone, quid faciam, vt habeam vitam æternam?* Cui Dominus, *Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus.* Matth 19. Me bonum Magiſtrum vocitas? Hic nullus bonus, niſi Deus. Cur Dominus non patitur, ſe Magiſtrum bonum appellari? curabat adoleſcens Chriſtum adire vt iudicem futurum, à quo donari æterna vita expetebat, clamaturo Domino, *Venite benedicti,* &c. At Chriſtus vt illum à ſeductione eriperet illa, qua præſumebat Chriſtum vt Filius hominis eſt, futurum mitiorem in die nouiſſima, aſſerit in iudicio ſolum Deum bonum peccatoribus fore, ſi quemquam Pater, aut Filius, aut Spiritus ſanctus viſibiliter iudicaret. Pulchrè Auguſtinus lib. 1. de Trinitat. cap. 13. *Quid me interrogas, inquit, de bono? Id eſt, iſtam formam, quam vides, quid interrogas de bono, & vocas me, ſecundum quod vides, Magiſtrum bonum? Hac forma Fily hominis eſt, hæc forma apparebit in iudicio non tantum iuſtis, ſed impiis. Et huius formæ viſio non erit in bonum iis, qui male agunt.*

Forma Filij hominis in die Iudicij non erit in bonum his qui male agunt.
Matth. 19.
Auguſt.

15\. Immitis Elias cœlum occludit, ne ſuper peccatores benigniter ſtillet. *Viuit Dominus, ſi erit pluuia niſi iuxta oris mei verba.* 3. Reg. 17. Vbi iuxta Strabum Chriſtus Filius hominis exprimitur benedictionum obturans affluxionem, vt peccatores æterna afficiantur maledictione illa: *Diſcedite maledicti in ignem æternum.* Fatur Iſaias, *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius: aperiet & non erit, qui claudat; claudet, & non erit qui aperiat.* cap. 22. Cur cœlum claudit, ne pluuia vtilis prolabatur; & aperit, vt imbres exitiale diluuium efforment? Quia *clauis ſuper humerum eius.* Filius hominis innuitur crucem portans in humeris. Iudicij die *ſignum Filij hominis parebit* in horribilius plane iudicium formidandum peccatoribus. Crux ibi claudit miſericordiæ diuinæ viſcera: aperit indignationis abyſſum.

Chriſtus vt Filius hominis claudit & non aperit cœlum.
3. Reg. 17.
Strab.
Iſai. 22.

16\. Arca Noëmitica ſymbolum agit eorum, qui nouiſſima die Iudicij ſalute donandi ſunt, innumeris reliquis pereuntibus. Fatur textus, *Incluſit Dominus de foris.* Geneſ. 7. Quem nam enim? Certe Noëmum, qui ex Auguſtini ſententia typum gerit Iesv ſuæ crucis Arca, ſeu arcano myſterio prædeſtinatos liberantis à diluuio ſententiæ nouiſſimæ: *Diſcedite maledicti.* Cur ergo Deus Arcam *deforis* clauſit, & non potius Chriſto Noë claudendam commiſit? Porrò quia curabat illa die iuſtos homines liberari. Si obruendi homines fuiſſent, Filio hominis tunc ira accenſo ineffabili cura aperiendi feneſtram, vt aquæ irruerent, committenda eſſet. At quia liberandi erant homines ab horribilis iudicij effectibus, ipſe Deus ſibi adſcribit claudendæ Arcæ munus. Anſelmus, *Incluſit eam Dominus de foris. Ne aquæ introirent exterius, Deus Arcam terminauit.* Pulchrè Caietanus, *Deſcribitur Deus claudens ſub nomine Tetragrammaton; quia ſolummodo congruit Deo actus claudendi, ad ſeruandum eſſe hominis.* Solummodo Deo? Et non congruet Filio hominis, ſeu Chriſto, vt Filius hominis eſt? Crediderim, (vt horrorem iudicij exaggerem) Filium hominis quodammodo aperturum feneſtram, ne vllus hominum ſaluaretur? Planè non aperiret, quia Prædeſtinatorum amantiſſimus Pater; ſed huiuſmodi exaggeratione expendo, quam ſit ineffabilis nouiſſimæ diei horror.

Deus claudit Arcam Noë, ne obruantur prædeſtinati. Filio hominis non cõmittitur. An ne aperiat, vt homines obruantur?
Geneſ. 7.
Anſelm.
Caietanus.

Iacobo & Ioanni ore matris ſedes precantibus fatur Dominus, *Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo.* Matth 20. Quonammodo verificari poteſt propoſitio illa: *Non eſt meum dare* ſedes æternas: ſi Chriſtus iuſtis profatur. *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum,* &c. Reſpondet pulchrè Auguſtinus lib. 1. de Trinitat. cap. 12. *Secundum formam ſerui loquitur.* Id eſt, ſe gerit vt iudicem, quum ſeruili in forma (vti aiebat Haymo) iudicaturus eſt. Ac ſi diceret: ſedium donator Deus eſt, Pater eſt: ego autem vt Filius hominis quodammodo feror, vt abnegem: *Non eſt meum dare* vel Apoſtolis; nam Filio hominis qua homo eſt magis agnatum videtur exitialem ſententiam proferre, quam ſecundam. 17.

Chriſtus aſſerit, ſuum non eſſe dare ſedes beatas, quia Filius hominis eſt.
Matth. 20.
Auguſt.

Observat. II.

Ad illa verba:

His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra.

Pœnitentiæ actibus reſpiciamus, vt liberemur, *his fieri incipientibus,* id eſt, ſtatim poſt delictum.

Oſtendo, ex procraſtinatione animum obdurari: pœnitentiam dilatam difficile initium, mox acta facilitatem expono.

Diximus ſect. 5. ipſum delinquendi actum ſignum eſſe iudicij. Porrò *his fieri incipientibus,* hoc eſt ſtatim poſt delictum, reſpiciamus oportet, *ne præoccupati mortis inſtantia, ſpatium quæramus ad pœnitentiam, & non inueniamus.* 18. 19.

Stultus è cœlo audiuit auarus, dum longa vitæ ſpe nititur, *Stulte hac nocte animam tuam repetent a te.* Luc. 12. Dauid ideo, *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Pſalm. 94. Repetitur anima à diuite, quia

Cum delinquimus, vocem Domini audimus, vt conuertamur, ſtultus qui procraſtinat.
Luc. 12.
Pſalm. 94.

poſt commiſſum ex anata cogitatione delictum non eodem die curabit pœnitere. Nam qui vocem Dei audiens non ſtatim die illa reſpondet, quantum in ſe eſt, cum obdurato damnatorum cœtu computari feſtinat: *Nolite obdurare corda veſtra.* Dixerat Auſonius eandem peccati actionem Dei eſſe voces delinquentis clamantes exitium. Audita ergo Dei voce, feſtina pœnitere.

Auſon.

20\. *Chriſtus nummus pretioſiſſimus requirendus eadē nocte, qua amittitur.* Luc. 15. Chryſol.

Audi Dominum, *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat?* Luc. 15. Cur mulier, non expectas auroram, cuius ope commodius drachmam poſſis requirere, ſi domus euerrenda, ſi difficile quæritanda? Chryſologus ſerm. 169. *Putáſne mulier iſta communis, aut vnam drachmam caſu creditur perdidiſſe mundano, aut ſimpliciter contigit, quod eam nocturno requirit in tempore? Chriſtus eſt plenum Deitatis numiſma, Chriſtus eſt drachma noſtra redemptionis, & pretij, Chriſtus eſt, qui erat in legis Decalogo, & latebat.* Drachma Chriſtus eſt? Ergo ſtatim ac perditur eſt quærenda. Quia ſalutis negotium moras minimè admittit. Nocte apte gratiam requiris amiſſam, ne ei Dominus profatetur, *Stulta, hac nocte animam tuam repetent à te.*

21\. *Nec pietatis prætextus te reuocet, vt non ſtatim conuertaris ad Dominū.* Luc. 9. Matth. 8. Maldon.

Hodie ergo, *ſi vocem eius* audieritis, reſpondere feſtina. Audiuit ille, cui Dominus dixerat, *ſequere me.* Luc. 9. attamen obiecit, *Domine permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.* IESVS *autem ait illi: ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Matth. 8. Cur non permittit eum pietati libare obſequium? Certè quia periculoſum eſt hodie Dei vocem audire, & procraſtinare. Maldonatus, *Docere Dominus voluit, cum ab eo vocamur, ne vnius quidem diei, aut horæ moram etiam pietatis cauſa interponere debere, quominus è veſtigio vocantem ſequamur.*

22\. *Obduratur animus ex procraſtinatione.* 2. Reg. 24. 2. Reg. 12.

Certè exigua mora aſſolet corda hominum obdurare. Poſtquam Dauid circa populi numerationem deliquit, textus ait, *Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus: & dixit ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto, ſed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui.* 2. Reg. 24. Nunc ſtatim poſt crimen pungitur affectuoſe. Haud ſic poſt adulterium. Prius enim venit Nathan, parabolam profert, delictum exaggerat, addit minas: tandémque Dauidis pœnitentia exquiritur, *Peccaui Domino.* 2. Reg. 12. Cur nunc tam mollis ad pœnitudinem, qui tunc tam durus oſtendebatur? Quia tunc differendo conuerſionem cor Rex obdurauit: nunc autem ſtatim pœnitendo facillimum cor ad conuerſionem experitur.

23\. *Quaſi non imputatur culpa Iudæ facinus, quia ſtatim pœnituit.* Gen. 38. Ambroſ.

Peccatum Iudæ Patriarchæ audiſti: an pœnitentiæ contemplatus es proprietates? Prægnans Thamar apparet, & eam ſocer igni addicendam decernit: annulus præſentatur acceptus in pretij concubitus pignus, videt Iudas, & proferens occultum facinus exclamat: *Iuſtior me eſt*, Geneſ. 38. Vidi Deum in peccatores acriter animaduertiſſe, cum ad cœtum iuſtorum videntur pertinere: nec lego aut ſupplicio, aut ſaltem reprehenſione à Deo affectum fuiſſe. Quare? Ambroſius reſpondet lib. 2. de Penit. cap. 8. *Recordatus ſuam ipſe culpam, ait: Iuſtior eſt magis Thamar, quam ego. In quo & altitudo myſterij eſt, & morale præceptum: & ideo culpa eius deputatum non eſt, quia ipſe ſe accuſauit prius, quam ab alijs accuſaretur.* En feſtina pœnitudo nó ſolum veniam impetrat: verum & quodammodo (ac ſi non fuiſſet, nec computanda vnquam nec ad ſupplicium) annullat actionem: *Et ideo culpa eius deputatum non eſt.*

24\. *Reſpondemus ganeũ Domini, ne ſeſtiua ſaltus vocis modulo nõ reſpondeat.* Luc. 7. Ambroſ.

Conqueritur Dominus, *Cantauimus vobis, & non ſaltaſtis.* Luc. 7. An prædicatur noxia admodum ſaltatio libidinis comes? Minimè, ſed propera adſtruitur pœnitudo. Ambroſius eodem lib. cap. 6. *Non illa deliciarum comes, atque luxuriæ ſaltatio prædicatur, ſed qua vnuſquiſque corpus attollit impigrum, nec humi pigra iacere membra vel tardis ſinat torpere veſtigijs.* Qui ad cantum ſaltat, impiger ſingulos eius proſilit ad numeros. Ergo audientes vocem Domini cantantis, *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra*, proſilire ſtatim, contendite; ne non pœnitudinis ſaltatio cantui non reſpondeat. Periander, *Difficile poteſt ſaltare ſurdus.* Quonammodo ſaltabit ſi cantum non percipit? Cantus profunditur, poſt longum aurem interſtitium ſaltus excitatur minimè reſpondens, planè inutiliter; quia iam auxilium ſufficiens quidem ſed non efficax. O quam prudens, qui cantantis Domini protinus exilit ad numeros!

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.

Quia, noſtra eſt ſaluatio, noſtra ſit pœnitentia.

Taxantur, qui alienis operibus nituntur, dum propria ſalutis negotium agitur.

25\. Theoph.

NOſtra iubet Dominus capita eleuari cum noſtræ redemptionis cauſa geritur. Stultum planè eſſet, propriam procurare ſalutem alieni capitis eleuatione. Theophylactus, *Quia appropinquat perfecta libertas corporis, & animæ, mentis propria caput eleuandum ad cœlum eſt.* Ad veniam vtique efflagitandam.

26\. *Stulte curas diues, ſuam linguã alienæ manu refrigerari.* Luc. 16. Celleuſ. Abbas.

Leuauit Diues epulo caput? *Eleuans oculos.* O ſtulte, cur non cum oculis caput eleuaſti? *Pater Abraham*, inquit, *mitte Lazarum, vt intinctat digitum ſuum in aquam & refrigeret linguam meam.* Luc. 16. Preme, *Digitum ſuum, & linguam meam.* Si tua eſt lingua refrigeranda, cur eius digitum expectas, & non potius tuum exerere curas? Hæc ſtultitia peccatoris alienis operibus niti, vt propriæ ſaluti cura expendatur: alienum caput ad propriam eleuari redemptionem. Abbas Cellenſis lib. de Pœni. *Conſcientia de grauibus conſitens, non alterius, ſed proprio digito velit amouere pœnam.* Tu deliquiſti, ad ſalutem tuam tuum caput eleuare procura.

Quàm

27\. *Non conce-deret id Abraham, qui ſciebat, propria ſalutis negotia propriis actionibus gerenda.* Gen. 18.

Quàm imprudens domum Abrahæ adire expetebat! Patriarcha ſanctiſſimus ſciebat, ſalutis negotia alienis haud committenda actionibus. Aogeli iudices Sodomorum hoſpitio excipiuntur, *Ipſe autem ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, tulit quoque butyrum, & lac: & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore,* Geneſ. 18. Cur non ſeruis commiſit circa obſequium peregrinorum miniſteria? Si homines hoſpitio excipiendi eſſent, ſufficienter eis prouideretur alienæ manus actione. At dum Dominus iudex aduenit, & propriæ redemptionis cauſa diſcutitur propriis manibus actiones ſunt exercendæ. D. Chryſoſtomus tom. 6. ad illud: *Noliue timere cum diues,* &c. *Abraham hoſpitalitatis ius, & munus exequutus eſt: nec ſeruo id oneris impoſuit, ſed ſibi.* Ineptè igitur Diues Abrahæ opem implorat, oec enim iubebit manu pauperis linguæ diuitis refrigerium dari, qui propriis actionibus ſciebat propriam ſalutem procurandam. — Chryſoſt.

28\. *Saul fruſtra Samuelis capitis eleuatione nitebatur.* 1. Reg. 16.

Saul proiiciendus à Domino Samuelis precibus, ac meritis nitebatur. Plorat Samuel, curans lachrymis iudicis æterni reuocare ſententiam. Cui Dominus, *Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael.* 1. Reg. 16. Saul proiiciendus è Regno ſententia mea non luget, ſed tu ſolus lacrymas profundis? Ille oe expetit tui capitis eleuatione ſaluari, dum Caini in morem eius concidit caput: *Quare concidit facies tua?* Geneſ. 4. Eleuet ipſe caput ſuum ad ſalutem propriam procurandam. Chryſoſtomos homil. 5. in Matth. *Et ſi Samuel exorans pro aliquo indigno deprecetur, continuò ad illum inclamabit Deus, vſquequo tu luges Saul? Non igitur quaſi oſcitantes, & deſides ex aliorum meritis pendeamus.* Præcipuè cum cauſa agitur Regni, de quo iudex, *Venite benedicti, percipite Regnum.* — Chryſoſt.

29\. *Abraham orans pro Sodomitis non orantibus minimè exauditur.* Geneſ. 18.

Abrahamum audiui exorantem pro Sodomitis, caput attollentem vidi pro eorum. Inſtante Patriarcha, *abiit Dominus.* Gen. 18. Cur Deus à precatore recedit? Ao quia alieni capitis eleuatio non ſufficit ad propriam ſalutem procurandam, ad iudicem emolliendum. Oratio quidem *eleuatio eſt capitis*, ſiue mentis *in Deum.* Attamen ad meam ſalutem mei capitis actio requirebatur. D. Chryſoſtomus citat. *Etiam ſi Abraham pro ſuis ſupplicet, qui in ſuis vitiis permanendo immedicabiliter ægrotant, abibit Deus relinquens orantem, ne vocem pro talibus intercedentis exaudiat.* — Chryſoſt.

30\. *Si olim Hebræi alieno ſanguine fuere redempti à percuſſione, Chriſtiani non redimuntur à vero exitio niſi in proprio ſanguine.* Matt. 27. Arnold.

Olim alieni ſanguinis iotinctione ſcio Hebræos fuiſſe à percutienti Angelo liberatos. Audio tamen Agnum ſine macula & ſanguinem profundentem, & clamantem, *Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Matt. 27. Cur non potius, *Vt quid dereliquiſti peccatores?* Quia iam non licet mihi ſolo alieno ſanguine vel Agni veri niti: eum ad redemptionem propriam qui omnibus Redemptor exiſtit, videtur proprium ſanguinem applicare, hominum gerens perſonam. Arnoldus Carnot. tract. de ſeptem verb. *Neceſſe erat, vt auditoribus Euangelij imprimeretur hac forma; vt diſcerent vnumquemque oportere deinceps introire in ſancta in ſanguine proprio: & finem adueniſſe eius expiationis,* (aut ſaluationis figurat. . ux) *quæ facta erat in ſanguine alieno.*

31\. Ergo non proderit mihi ad ſolutionem eriminom, & ſalutis acquiſitionem aliorum oratio, & adiomentum. Nego conſequentiam. Proderunt quidem valde, imò ita proderunt, vt eis totum opus tribui poſſe videatur, ſi ſimul peccator operetur, nec ſolummodo eorum nitatur auxilio. Lazarus è ſepulchro prodiit *ligatus manus, ac pedes inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dicit ei* IESVS, *ſoluite eum.* Ioan. 11. Quorſum Dominus Lazaro *dicit ſoluite eum,* & noo potius Apoſtolis ſoluturis? Certè Dominus conctis loquitur & Lazaro & Diſcipulis; quia eorum auxiliom non proderit, ſi ſoloendus propriis actionibus non concurrat ad ſolutiooem. Vnde Lazaro vel aliena actio imperatur, quia aliorum auxilium nullius momenti eſt, niſi Lazarus proprium feciſſet propria & capitis ſoluendi, & ſoloendarum manuum eleuatione. D. Zeno Veron. lib. 3. ſerm. 9. *Viſus eſt Lazarus tecta facie, manibus, pedibuſque conſtrictus; & ad documenta virtutum, ipſe ſe mortuus, vt Chriſtus iuſſerat, ſuis manibus reſoluebat.* Sed quidem reſoluebat, dum ab aliis ſoluebatur; auxiliom enim alieoum quaſi proprium fecerat propria cooperatione.

Aliorũ proderit auxilium, cũ proprium fecerũt actionibus propriis. Ioan. 11. — Zeno.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, &c.

Poſt ſignorum horrores, quaſi conſequenter capitis indicitur eleuatio.

Quia tribulationes ſalutem, redemptionemque noſtram à malis cunctis attrahunt.

EVſebius Emiſſen. ait, *Erigemur procul dubio, qui ante curui fueramus, & humiliati.* Et quaodo oon redemptio ſequitur tribulationem? Imo quaſi ex neceſſitatate conſequentiæ poſt tribulationis noctem, poſt horribilia iudicij ſignacula iuſtis dies verus elucеſcit: *Quoniam appropinquat redemptio veſtra.* 32. Emiſſen.

33\. *Maledictũ aſtus Dauid neceſſariò à Domino reuelatur.* 2. Reg. 16.

Cum Dauid Abſalonis perſecutione quateretur, *ecce egrediebatur vir de cognatione domus Saul nomine Semei, procedebatque egrediens, & maledicebat: mittebatque lapides contra Dauid. Ita autem loquebatur: Egredere vir ſanguinum.* Quod cum Rex audiuiſſet, ne à militibus inmitius ageretur, *Dimitte eum,* (inquit, ad Abiſai) *vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam.* 2. Reg. 16. Particulam illam: *Si forte* non admiſerim à tam perſpicuo tribulatiooum trutinatore. *Si forte reſpiciat* Domious? Aptius ô Rex acte perſecutione dixiſſes, *Reſpiciet enim Dominus afflictionem meam.* Afflictio enim à Domino ſalutem exquiris. Ambroſius lib. 1. offic. cap. 48. *Cum malediceret ei Semei, Dauid tacebat, & humiliabatur. Deinde expetebat maledici ſibi, quia maledictio illa diuinam ſequirebat miſericordiam.* — Ambroſ.

Non ſolum adnotabat, ſed & *exquirebat*; quia velut neceſſitate conſequentiæ tribulationi hæreſcit redemptio.

34. Moyſi Dominus, *Vidi afflictionem populi mei, in Ægypto, & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum.* Exod. 3. Rurſum deſcenderat ad Abrahamum ſterilitatis preſſum anguſtia. Deſcendit ad tres ignis Babylonici Martyres. Deſcendit ad cunctos Adæ filios iniquitatis tribulatione quaſſatos. Cur totiens deſcendit? Quia tribulationis conſequens liberatio ac redemptio. D. Irenæus lib. 4. c. 26. *Ipſe eſt, qui dicit, vidi vexationem populi mei, qui eſt in Ægypto, & deſcendi, vt eruam eos. Ab initio aſſuetum eſt verbum Dei aſcendere, & deſcendere propter ſalutem eorum, qui male haberent.*

Verbum diuinū ſequitur tribulationibus agitatū hominem, vt alleuet. Exod. 3. Iren.

35. Et ingreſſio in aulam & egreſſio non paruam Moyſi attulit tribulationem. Mater *ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, poſuitque intus infantem.* Exod. 2. Quot vndis quaſſatur, tot tribulationibus pueruli vita exagitata eſt. Porro manus filiæ Pharaonis præparatur infanti; quia ſalus iuſto neceſſaria tribulationis comitatio, & ſequela. Vir effectus Moſes à Iudæo increpatur, *Nunquid me occidere tu vis*, &c. Vnde exorta fuga in deſertum, vbi rubum aſpexit communis ſalutis ſimulacbrum. Salus igitur tribulati neceſſario nutrix infantis, & tribulari neceſſariò exceptrix fugientis. Chryſoſtomus hom 54. *Iuſſit Pharao in flumen proiici pueros. Niſi proiecti fuiſſent pueri, non fuiſſet ſeruatus Moyſes, non in aula èducatus fuiſſet. Quando ſeruabatur, non erat in honore: quando expoſitus eſt, tunc factus eſt in honore. Minatus eſt ei Iudæus, dicens: Nunquid me occidere vis? Et hoc illi profuit, ita vt ipſe videret viſionem rubi, ac ſecurè viueret, & clarior prodiret.*

Moyſem tribulatū conſequitur tecreat cæleſtis exultatio. Exod. 3. Chryſoſt.

36. Ad Dauidem actum tribulatione redeo *Surrexit ergo Dauid, & viri eius quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſſimis, & manſitque in monte ſolitudinis Ziph, in monte opaco.* 1. Reg. 23. Quare opacitatis montis mentio fiat? Innuitur vexatum Dauidem huc illucque agitatum tandem amœnitatem ſyluæ iniuiſſe, vbi poſſit à labore recreari. At eleuatiori ſenſu indicatur cœleſtis conſolatio, ſalus, redemptio, quæ neceſſariò ſequitur tribulationem. Aſſerit Abacuch, *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.* Græcè, *De monte vmbroſo*, c. 3. Vbi Theodoret. *Montem vmbroſum appellat ipſam Ieruſalem omni genere deliciarum diffluentem, & nebula obumbratam, & ſub tegmine Dei cœli habitatam.* Et cur apud Ieroſolymam Prophetarum interemptricem iuxta illud: *Ieruſalem, quæ occidis Prophetas*: Prophetarum Domini nouercam, Dauidis formidinem tot deliciæ accruantur? Porrò ad ſanctorum tribulationibus actorum eleuationem. Igitur Dauid apud deſertum Ziph vmbroſum montem deliciis redundantem inuenit; quia ſicut petra deſerti Hebræos ſequebatur, cœleſtis recreatio ſequitur tribulatos.

Dauid actus perſecutionibus apud vmbroſum montem laborantibus præparatū, recreandus excipitur. 1. Reg. 23. Abacuc. 3. Theodor.

37. Poſitus olim Adamus in Paradiſo, *vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Gen. 2. Curat Dominus Adamum cœleſti conſolatione replere, & ideo collocat eum in Paradiſo. Si vult deliciis hominem potiri, cur ei iniungit operationem: *Vt operaretur*? Profectò vt veracior ſit exultatio, Adamo aliqualis laboris quædam quaſi tribulatio præſcribitur; tribulationi enim veracior accinit exultatio. Aiebat Theophylactus Luc. 23. *Lætabatur in ſpiritu Adam, alioquin tantam operationem in agricultura non obiiſſet.* Ac ſi diceret, quia Deus curabat, Adamum veraciter in ſpiritu lætari, & operationis nomine tenus moleſtiam iniunxit; vt vel apparenti tribulationi ſecurior hæreſceret exultatio.

Securior eſt voluptas in laborū tribulatione. Gen. 2. Theoph.

Debentur proculdubio tribulationibus acto viro cœleſtium epulæ deliciarum. Teſtor Ioannem Baptiſtam à cunabulis ſyluarum incolam ieiuniij, vigiliarum, ſolitudinis incommodis agitatum. Huic cœleſtis lucis tam perſpicax cognitio datur, *Vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Sed vt hoc verbo duplici teſtimonio nitatur, Ioannes Euangeliſta poſt Apoſtolicæ prædicationis incommoda Deitatis perſpicuam attigit cognitionem, vt clamaret, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Ioan. 1. Debebatur proculdubio vni & alteri virgini exultatio cœleſtis, quæ tribulationum incommoda aboleret. De Euangeliſta ſic Petrus Damian. ſerm. 1. *Non immerito tam profunda, tam ſupereminens reuelatio Deitatis Virgini debebatur, vt qui carnis ſibimet amputauit illecebras, felici commercio pro carnali dulcedine [illegible]ſtium epularum deliciis frueretur.* Sic Cardinalis. 38.

Debētur tribulationibus acto viro epulæ cœleſtium deliciarum. Ioan. 1. Damian.

Observat. V.

Ad illa verba:

Videte ficulneam, & omnes arbores, &c.

Mundi ruina illuſtratur ex ficulneæ parabola.

Vbi aſſero, nihil in mundo ſtabile, proſperitatem euidenter innuere caſum, ſolum modo ſtabili Dei Regno.

FAtur D. Greg. apud Saa, *Quod calcari mundus & deſpici debeat, comparatione declarat. Sicut ex fructu arboris vicina æſtas agnoſcitur, ita ex ruina mundi prope cognoſcitur eſſe regnum Dei. Oſtenditur autem hinc, fructum mundi ruinam eſſe. Bene autem comparatur æſtati Regnum Dei, quia tunc mæroris nubila tranſeunt, cùm vita diei æterni ſolis claritate fulgeſcunt.* Ex qua ſententia illam premo particulam: *Oſtenditur autem hinc, fructum mundi ruinam eſſe.* Quid ſtabile in mundo, ſi opimitas fructuum eius omnimoda eſt eſt ruina. 39.

Contra Aulicos, qui ſibi non perſuadent ſtatim à Regis gratia prolapſuros.

Quis Iobo felicior, *Natique ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum & quingenta aſinæ, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.* cap. 1. Hi mundi flores, fructus autem ruina, *Tonſo capite corruens in terram adorauit, & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris & nudus reuertar illuc.* Ibid. Admiratione affecta vxor Iob tanta inopia tantas abſorptas eſſe diuitias, vicem viri taxauit. Cui Princeps, quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona 40.

Felicitatē Iobi agnata ruina. Vnde ſtulta mulier, quæ mirata eſt virū caſum. Iob 1.

ſuſcepimus

ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus? Suſcipiamus bona, non ſuſcipiamus mala. Hoc planè impoſſibile, quia felicitatis floridæ fructus inopia eſt plena ſterilitate. Magnus excogitauit Baſilius.

41. *Iudas plenus victoriis debebat ruina ſubiacere, non milites inopia preſſi.* 1. Mach. 9. Egeſip.

Poſt innumeras partas victorias fortiſſimus *Iudas cecidit, & cæteri fugerunt*, 1. Mach. 9. Cur non fugientes milites occiduntur, & Iudas fugiens ſuperſtes aſſeruatur à Numine? Certè fugientes, quibus nullam fortuna victoriam impenderat, haud debent fructus amaros excidij colligere. Verùm Iudas tot victoriis ornatus, debebat funeſtis fortunæ fructibus ſatiari. Egeſippus lib. 1. de exci. cap. 1. *Sæpè proſperis vſus ſucceſſibus, excitauit in ſe magnam hoſtium multitudinem; qua circumfuſus vndique, dum cedere pudori exiſtimabat, refugientibus ſociis in prælium. Cæſiſque, quos aduerſus ierat, à latere circumuentus, ſed tamen vltus propriam mortem, occiditur.* Fructus lethalis flores extitere victoriæ, ipſiúſque vltio mortis fuit neceſſarij vulneris præſagium. In mundo quid enim niſi ruina?

42. *Dauid, olenatum ad ſupremũ gradũ fatetur, Dei miſericordia ad nouiſſimum non deſcendiſſe ex aguata felicitate ruina.* Pſalm. 93. Rupert.

Audi Dauidem. *Niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.* Pſalm. 93. Poſt tot victorias, poſt tot felicitates, inferno veteris adſcribi? imo quia ad verticem ſupremum me mundus eleuatum adorat, ſcio me ad profundiora inferni deturbatum iri, niſi diuina miſericordia tenuiſſet; quia fructus felicitatis mundialis ruina eſt. Rupertus lib. 2. de Trinit. c. 33. *Septies de ſuis triumphat hoſtibus. Tot, tantiſque proſperis animæ, & corporis Dauid tanta, cùmque dolentia ſuccedunt; vt totum ædificium labentibus columnis in terram ceciderit: & niſi Dominus ſuppoſuiſſet manum ſuam, iaceret.*

Iob fatur, *Quod laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* cap. 20. legerunt LXX. lætitia impiorum ruina ingens, gaudium autem iniquorum perditio. D. Gregorius ex Hebræo, *Exultatio impiorum breuis, & gaudium ipſorum momentum.* An non quia ipſa gaudij, ac felicitatis mundi perfectio eſt ruinæ inchoatio? *Sicut ſtylus in puncto*, (addit Doctor,) *dum ponitur leuatur; ita hypocritæ præſentis vitæ gaudia dum tangit, amittit.* Idem eſt poni, ac amitti, ſi dum ponitur felicitas amitti neceſſarium eſt. 43. *Felices ac & caſus eodem puncto circumſcribuntur.* Iob 20. Gregor.

Vnde Sapiens, *Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* Eccleſ. 2. Decipimur planè, ſi non riſum, ſeu gaudia mundi reputamus ruinam; ipſum enim riſum inſtitui, iam eſt germinari plorationem. Lyranus, *Quomodo hi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, inſtabiles ſunt, & in diuerſa fluctuant: Sic illi, qui rident, quibus dicitur: Væ vobis, qui ridetis, errore ſæculi capiantur non intelligentes ruinam.* 44. *Meo riſus eſt luctus.* Eccleſ. 2. Lyran.

O æternum Dei Regnum, vbi gaudium ex gaudio! Vis gaudium tuum non exiſtere mœroris flores? In Deo ſolo gaudere procura. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Phil. 4. Si gaudeatis in mundo, non ſemper gaudebitis, quia gaudij neceſſarius comes eſt mœror. Solo in Domino ſemper poſſumus exultare. Chryſoſtomus hom. 18. ad Popul. *Humanorum quidem nihil ſolidum. Pauli verbum breue quidem id, ſed altum nunc nobis aperit theſaurum. Non enim ſimpliciter dixit, Gaudete ſemper, ſed addit continuæ voluptatis cauſam, cum dixerit, in Domino.* Pulchrè. *Que los Validos del hombre Rey caen.* 45. *Dei Regnũ æterna felicitas.* Phil. 4. Chryſoſt.

LIBER SECVNDVS.

IESVS PRÆSCRIBIT IVDICIVM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput vigeſimumquintum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu IESV *prophetantis* FRVCTVS SECVNDVS.

SIGNA qui Iudicij extremi prædixerat Dominus, modum iam in nouiſſimo die iudicandi proſequitur: quónam modo ſcilicet Filius hominis magna in maieſtate adueniens, ſeparatione bonorum à malis facta, illos ad vitam æternam, ob præſtita miſericordiæ opera aduocabit; hos ob neglectum eorundem operum execrabiles igni, & cruciatibus nunquam finiendis addicet. O planè horribilis inſtantia, qua peccatores hædi ſunt ab ouibus ſeparandi! Ergo qui hædus eſt ad Mariam Paſtoris Matrem paſtorale etiam munus gerentem accurrat in ouem immutandus. *Paſce hædos tuos*, (clamabat ſponſus antè quam Iudicem ageret,) *iuxta tabernacula Paſtorum*, ſeu Paſtoris iudicij die ſegregaturi oues ab hædis tabernaculo iudiciario ſedentis. An Maria hædos excipiat paſcendos? Ita planè; ſed quinam ſint Mariæ hædi audi ex Paruo Guilhelmo. *Non ſunt hædi Mariæ peccatores illi, qui circa Matrem pietatis indeuoti, & inofficioſi exiſtunt. Illi ſunt hædi Deiparæ, qui vt opem eius aſſequi mereantur, peccata ſua deſiderant, & curant deſerere; moréſque ſuos ad bonum ſeria mutatione componere. Hi adhuc hædi ſunt, quia de criminum vulnere adhuc ſauciam habent conſcientiam; ſed tamen hædi ſunt Mariæ ab ea confouendi, ſanandi, & paulatim in oues mutandi, & à Paſtore à ſiniſtra in dexteram transferendi. Perpulchrè.*

Cant. 1.

Guilhel.

MATTHÆVS

MATTHÆVS CAP. XXV.

VERS. 31 CVM venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.

32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis.

33. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hædos autem à ſiniſtris.

34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi.

35. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & operuiſtis me;

36. Infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me.

37. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus; ſitientem, & dedimus tibi potum?

38. Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te; aut nudum, & cooperuimus te?

39. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

40. Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

PARAPHRASIS.

31. *CVM venerit, inquit, Filius hominis, quem propè diem videbitis abiectiſſimum, cum maieſtate ſua, ſtipantibus illum omnium Angelorum agminibus: tunc vti Iudex omnium ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ.*

32. *In conſpectum illius omnes orbis Nationes conuocabuntur; nullus enim hominum poterit illud effugere iudicium. Ac primum ſeparabit bonos à malis, quemadmodum Paſtor gregem ſuum dinumeraturus, ſeparat oues ab hædis.*

33. *Et oues quidem, id eſt, innoxios ſtatuet ad dexteram: hædos, hoc eſt, nocentes, ac maleficos ad ſiniſtram collocabit. Vniuerſo ergo mortalium genere in duos ordines diſtributo,*

34. *Dextrum ordinem placido vultu ſalutans, Venite, inquiet, amici mei, pro malis, quæ mea cauſa perpeſſi eſtis, accipite Regni cæleſtis hæreditatem, quod vobis diuino conſilio fuit à Deo paratum omnium rerum præſcio, ante conditum mundum.*

35. *Hoc tanto præmio officia charitatis erga me veſtra viſum eſt compenſare, ne vobis putetis periiſſe. Si quidem olim cum eſurirem, vos mihi dediſtis cibum; cum ſitirem, dediſtis potum; cum hoſpes eſſem, tectóque egerem, vos me veſtras in domos collegiſtis; cum nudus eſſem, operculo me donaſtis.*

36. *Cum ægrotarem inuiſiſtis me; cum eſſem in carcere, vos conſolandi gratia ad me veniſtis. Impertiſtis mihi veſtra, ego vobis viciſſim totum Regnum communico.*

37. *Hæc cum audierint iuſti, reſpondebunt: Domine, quandò te vidimus eſurientem, & pauimus? quando ſitientem, & dedimus potum?*

38. *Quandò te vidimus hoſpitem, & ſub tectum collegimus? aut quando nudum teximus?*

39. *Quando viſimus ægrotum? quando carcere clauſum adiuimus?*

40. *Tunc Rex palam confitebitur ſibi velle imputari, quidquid vnicuilibet ex his; quos mundus quidem ob inopiam, & humilitatem habuit deſpicatiſſimos, fuerit impenſum. Quandiu iſta mei, (minimè indigentis,) reſpectu feciſtis, vnicuipiam ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

41. Tunc

41. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.

41. *Tum horribili vultu verſus ad eos, qui ad læuam ſtabunt in camino ignis, ſententiam proferet formidabilem: Diſcedite à me quibus mundus applauſit, cæterum Patri meo, mihíque execrabiles, ite in nunquam extinguendum incendium, quod paratum erat ab orbe condito diabolo, & Angelis eius, quibus adhæſiſtis.*

42. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi potum.

42. *Etenim cum eſurirem, non dediſtis mihi cibum; cum ſitirem, non dediſtis mihi potum.*

43. Hoſpes eram, & non collegiſtis me; nudus, & non operuiſtis me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me.

43. *Vagus eram, ac tecto carens, nec me collegiſtis; nudus eram, nec operuiſtis me; ægrotus eram, & in carcere, nec me inuiſiſtis.*

44. Tunc reſpondebunt ei, & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?

44. *Tum & hi totidem verbis reſpondebunt, quibus iuſti reſponderant. Domine, quando te vidimus eſurientem, & ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?*

45. Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

45. *Tunc Rex reſpondebit & illis, Quidquid horum negatum eſt officiorum vnicuipiam ex hiſce minimis iuxta mundum, ſed tamen fratribus meis, mihi abnegatum eſſe duco. In his egebam, in his volebam refocillari.*

46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

46. *Hac prolata ſententia, à qua nulla eſt appellatio, ibunt qui à ſiniſtris ſunt in ignem æternum; iuſti autem in vitam æternam auolabunt.*

SECTIO PRIMA.

Sententia dextris.

TEXTVS.

VERS. 31. CVm venerit Filius hominis in maieſtate ſua, *&c.* 34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi. 35. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & operuiſtis me. 36. Infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me, *&c.*

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Paſtore oues ab hædis ſegregante.

1. *Cur proximus paſſioni agit de gloria iudicij?* Hieron.

CVM *venerit Filius hominis in maieſtate ſua.*] Propè diem Paſſionis abiectiſſimæ de ſumma ſua futura memoriam peragit maieſtate. Quare? Hieronymus, *Poſt biduum Paſcha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, & aceto, & felle potandus, rectè præmittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala pollicitationis præmio compenſaret.* Et Chryſoſtomus, *Sæpe gloriæ meminit, quia crucis tempus iam aderat. Cum venerit in maieſtate.* Græcè, *Cum venerit in gloria.*

An Dominus cum pompa magnifica, greſſu tardiori 2.

tardiori ſit deſcenſurus: an celeri greſſu? Ad conſpectum vſque hominum celeri volatu deſcendet. Vbi in hominum ſe dederit conſpectum, magnifica cum pompa, greſſuque minimè concitato deferetur.

3. *Omnibus Angelis ſtipabitur.* Chryſoſt. Hunc refero illud: *Et omnes Angeli cum eo.*] Omnium Angelorum exercitus pompam exerent auguſtiſſimam. Chryſoſtomus aſſerit, cœlum tunc euacuandum; quia omnes Angeli, ſanctorúmque animæ è ſuperis cum Chriſto deſcendent. *Euacuari cælos oſtendit Dominus, omnes enim Angeli erunt cum ipſo.*

4. *De ſede maieſtatis Domini.* Beda. & alij. Authoris ſententia. *Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.*] Quinam hic thronus? Beda, Strabus, Interlinearis, & imperfectus eſſe aiunt Eccleſiam glorioſam, quæ Dei ſedes: Origenes, perfectiones ſanctorum, ſiue Angelos, qui throni appellantur. Aſſero thronum Chriſti futuram nubem miro ſplendore fulgentem, in throni Regij figuram efformatam, ſuper quam in aëre Rex Iudex viuorum, ac mortuorum ſedens oſtentabitur.

5. *Omnium gentium congregatio.* *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.*] Omnes nationes, omnes homines. An infantes? Congregabuntur etiam non infantili, ſed virili prædita ætate, qui Baptiſmi ſalutari vnda intincti non fuere. Paulus, *Omnes ſtabimus antè tribunal Chriſti.* Rom. 14. Num impij permixti iuſtis ſint congregandi? Affirmat Magiſter ſent. 4. diſt. 48. non eſſe iuſtos congregandos in terra permixtos impijs: ſed in aëre ab impijs ſeiunctos, probatur ex Paulo, *Mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, & qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto Domino.* 1. Theſ. 4. Iuſti omnes in aërem rapiendi, obuiam Chriſto deſcendenti: Ergo in terra minimè congregabuntur: ſed in aëre ab impijs ſeiuncti. At impij agilitatis aliſ carentes in terra congregari cogentur.

Rom 14. Magiſter. 1. Theſ. 4.

6. *Quonam modo à Domino ſeparandi, ſi iam à reprobis iuſti diuiſi?* Matth. 13. Obijcis, *Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis.*] Numquid iterum permiſcendi, vt ſeparatione indigeant? An non oues ſunt hædis permixtæ cum ſeparantur? Additur difficultatis vis ex illo eiuſdem Matthæi: *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorū, & mittent eos in caminū ignis.* c. 13. Reſpondeo, omnes iuſtos rapiendos in aërem obuiam Chriſto deſcendenti: à Chriſto autem ad dexteram in aëre collocandos; impios autem in terra conſtituendos ad ſiniſtram. Porrò Angeli exibunt de cœlo, & ſeparabunt malos ſepultos in medio iuſtorum, & adducent inuitos in iudicij locum, ſeparatoſque à iuſtis vltrò apolantibus ad ſublimia in terra collocabunt. Chryſoſtomus, *Nunc non ſegregati, ſed permixti ſunt vniuerſi; tunc verò exquiſitiſſimè ſeparatio fiet.* Cur impij hædi, iuſti autem oues appellantur? Reſpondet idem Doctor, *Mores vitæ quæ parte aperiuntur, cum alij hædorum, alij ouium nuncupatione nominantur. Vt aliorum ſterilitas (quia nihil ab hædis producitur) aliorum fertilitas oſtendatur. Vberes enim, & multi ab ouibus fructus proficiſcuntur.* Euthymius autem, *Oues vocantur iuſti propter manſuetudinem, modeſtiam, ac fructificationem in virtutibus, ſicut oues in lacte, & lana. Hædis verò peccatores propter inclementiam, & immodeſtiam, ac infructuoſitatem. Poteris quoque addere, quod etiam propter grauem peccati odorem, & quod non rectè gradiuntur, ſed à recto diſcedant itinere, quodque per præcipitia incedant.* Vnde ipſi proclamant antè actæ vitæ memores, *Laſſati ſumus à via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.*

Chryſoſt. *Cur hædi impij, oues iuſti?* Chryſoſt. Euthym.

7. *Num ſint homines omnes iudicandi.* Magiſt. D. Thom. An ſint omnes homines iudicandi? Magiſter 4. diſtinct. 47. cum D. Gregorio & alijs aſſerit aliquos ex iuſtis iudicio diſcuſſionis non eſſe iudicandos. Cauſam reddente D. Thoma addit. quæſt 89. art. 6. *Quia diſcuſſio meritorum non fit niſi vbi eſt quædam meritorum commixtio bonorum cum malis. In his ergo, qui nullam admixtionem notabilem alicuius mali meritis habuerunt, diſcuſſio meritorum locum non habebit, & ideo ſaluabuntur, ſed non iudicabuntur.* Fateor in Deipara, in qua nullum reperiri poteſt piaculum: & in infantibus, qui Baptiſmo diluti è vita diſceſſere, nullam fore diſcuſſionem; niſi quis velit diſcutiendum originale peccatum in infantibus, videndúmque quomodo ſit contractum, Baptiſmique gratiâ expiatum. In cæteris iuſtis, qui mala habuere permixta bonis, futura diſcuſſio. Heſſelius, *Omnium facta æquè diſcutientur, dum omnibus innoteſcent.* Equidem quæſtionem de nomine reputo, vtrum illa manifeſtatio cogitationum, verborum, ac operum bonorum, ac malorum ſit diſcuſſio appellanda, nec ne. Fortitan modus eſt loquendi. Dicuntur enim iuſti præcellentiores non iudicandi iudicio diſcuſſionis, quia apud homines hi non diſcutiuntur, quorum aperta innocentia, cognitáque merita eximia. Infantes ne non baptizati iudicabuntur? Ita planè, prolatáque ſententia, damni pœna, qua digni ſunt, afficientur. D. Thomas citat. art. 5. *Pueri ante perfectam ætatem deſcedentes in iudicio comparebunt, non vt iudicentur, ſed vt videant gloriam iudicis.* Attamen ſi iudicium diſcuſſionis, (de quo Doctor) non ſubibunt, reprobationis autem iudicio ſubijcientur. Num Angeli boni, ac reprobi iudicandi? Affirmo; quia Paulus aſſeruit, *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis ſæcularia.* 1. Corinth. 6. Et Petrus, *Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos; in iudicium reſeruari.* 2. Petr. 2. Omnium Angelorum bonorum merita hominibus omnibus & Angelis conſpicua fient; omnium quoque reproborum iniquitas apparebit. Bonos ſententia ſua commendabit, ac præmiis afficiet: reprobos pœnis ſempiternis addicet.

Authoris ſententia. Heſſel. *An Infantes non baptizati iudicandi?* D. Thom. *Num Angeli boni, & mali?* 1. Cor. 6. 2. Petr 2.

§. II.

De ſententia iudicis pro iuſtis ferenda.

8. *Benedicti à Patre.* TVnc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt *Venite benedicti Patris mei, &c.*] *Tunc*, id eſt, poſt iuſtorum ab impijs ſeparationem, & poſt virtutum ac criminum apertionem, diſcuſſionem; iuſtos Dominus in cœleſtem Ieroſolymam aduocabit: *Venite*. Benedictos appellat à Patre, quia multis ab eo beneficiis affecti. *Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus.* Rom. 8. *Poſſidete.* Ex Græco, *hæreditate acquirite.* Paulus, *Hæreditatem capiunt ſalutis.* Hebr. 1. Hanc hæreditatem Petrus vocat *incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem conſeruatam in cælis.* 1. Petr. 1.

Rom 8. *Hæreditas.* Hebr. 1. 1. Petr. 1.

Paratum

Paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi.] Cur à mundi conſtitutione paratum Regnum, dicitur? Lyranus, *Quia à creatione mundi conditum eſt cœlum Empyreum, in quo ſanctorum eſt Regnum.* Dixerim, paratum dici, quia decretum per prædeſtinationem. Nam licet prædeſtinatio ſit æterna, & Dominus aſſerat Regnum paratum à conſtitutione mundi: de ipſa mundi ab æterno in mente diuina conſtitutione increata poteſt intelligi. Affirmat autem illud Regnum æternum paratum à mundi conſtitutione, quia Diſcipulis adhue imperitis loquebatur.

Paratum Regnum dicitur? Lyran.

10. *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare;* &c.] An verba hæc ad iuſtorum ſententiam attinentia, & quæ pertinent ad iniuſtos: ſit dicturus Dominus. An & iuſti, & reprobi ſint reſponſuri? Cum Lyrano, Salmerone & aliis reſpondeo Dominum hoc loquendi modo parabolico vſum, vt reddita reſponſione ad obiecta merita, & demerita, nobis oſtenderet, ſe miſericordiæ opera quaſi ſibi geſta remunerare. Attamen Doctorum varias expoſitiones proferam ad Panegyrici fundamina.

Num parabolica ſit hæc ſententia? Lyra. Salm.

11. Euſebius Emiſ. *Stupeſcunt admiratione, dum Chriſtum eſurientem, vel ſitientem: dum hoſpitem, infirmum, vel in carcere incluſum aliquando audiunt; quem in tanta gloria conſpiciunt. Vnde interrogant,* &c. Origenes, *Humilitatis gratia iuſti ſic reſponſuri, indignos ſe proclamantes laude benefactorum ſuorum.* Beda, *Sancti dicunt hæc ſiue per gloriam Chriſti mirantes: ſiue quod parum eis videtur omne bonum quod fecerunt, pro magnitudine terroris, & abundantia retributionis.*

Placita Patrum. Euſeb. Emiſſ. Orig. Beda.

12. *Eſuriui,* &c.] Num ſolam hanc cauſam æternæ beatitudinis, æternæque damnationis ſe in Iudicio redditurum Dominus exprimat in Parabula? Aſſero alias multas, imò omnibus iuſtis redditurum charitatem, caſtimoniam, Martyrium, &c. Reprobis furta, adulteria, fornicationes, detractiones, &c. Solùm autem operum miſericordiæ meminit in Parabola hiſtoriæ iudicij admixta, quia opera miſericordiæ maximè curabat hominibus commendari Auguſtinus lib. 21. de ciu. cap. 27. *Ideo & dextris eleemoſynas ab eis factas, & ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe prædixit: vt hîc oſtenderet, quantum valeant eleemoſynæ.* Euthymius, *Vide, quomodo de ſola humanitate, ſiue amore erga proximos diſſerat: & ab hac ſola iuſtos honore dignos iudicat, peccatores ſupplicio. Non quod cætera vel iuſtorum opera bona, vel peccatorum delicta ſine examinatione, aut diſcuſſione relinquenda ſint; ſed nunc de ſola hac virtute diſſerit, confirmare volens, quod hanc maximè requirit, & hanc præ omnibus expetit: vtpote Chriſtianis maximè neceſſariam. Cuiuſque enim Chriſtiani inſigne, quo cognoſci poteſt, eſt dilectio.*

Cur ſolam eleemoſynã Dominus memoraverit. Auguſt. Euthym.

Quare inter opera miſericordiæ Dominus haud annumeret ſepulturam? Abulenſis, quia nomine ſuo loquebatur, & locutio hæc: *Mortuus fui, & non ſepeliſtis me.* Aptiùs dixerim, ſepulturam in aliis operibus intellexiſſe; quæ quidem loquenti congruebat appoſitè; quia Chriſtus de operibus loquitur, quæ non propriæ ipſius perſonæ, ſed pauperibus propter ipſum præſtantur. 13.

Cur non meminit ſepulturæ? Abul.

Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.] Num fratres ſuos minimos hîc omnes pauperes appellarit? Hieronymus, *Non mihi videtur dixiſſe Chriſtum generaliter de pauperibus? ſed de his qui pauperes ſpiritu ſunt.* Exiſtimo pauperes beatos fratres minimos vocitare, licet non fuerint ſpiritu inopes, & quamuis peccato fortè fuerint inquinati, cum eleemoſynas acceperunt. Eleemoſyna enim cuicumque propter Deum data mercede non caret. Minimos verò appellat fratres, non quod minimi ſunt in Patria, ſed quod pauperes minimi fuerunt in via. 14.

Quos nam fratres minimos vocitet? Hieron. & alij.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX SENTENTIA DEXTRIS LATA.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba.

Cum venerit Filius hominis in maieſtate tua.

Amor Verbi, quo ſe Filium hominis dedit peccatoribus, horribilius eſt irati Iudicis documentum.

Nam quò Deus benignior hîc delinquentibus, eo in futuro immitior exſurget.

FATVR Anſelmus, *Cum venerit Filius hominis in Diuinitate, qua iudicabit qui prius in fuit humilitate.* Maieſtas Iudicis eſt Diuinitas, qua iudicat, quia ſub hominis indumento humiliter iudicari voluit. Ergo quia hominis filius iudicatus eſt ab hominibus, vt peccatoribus ſubueniret: in maieſtate Diuinitatis horribilis eiſdem apparebit. Nihil enim peccatori tunc horribilius, quam illa ineffabilia dilectionis Dominicæ documenta. 15.

Per quæ quis peccat, & torquetur. Beneficia accepta iudicij mitiora immitiorie iudicia.

Dominus

16. *Paſtor horribilis hædis oſtenditur, memor, quod egerat Paſtorum dantem animā pro ouibus ſuis.* Dominus iudex ſeparabit iuſtos ab impiis, quemadmodum *Paſtor ſegregat oues ab hædis.* Matth. 25. Et vnde nam Paſtori benignilſimo, tam terribilis actio ſeparandi hædos ab ouibus, vt damnationis interminabili igni committat? An Paſtoris hæc documenta? Certè Dominus aliquando dixerat verbo & opere: *Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Ioan. 10. Si Chriſtus inſtar boni Paſtoris animam pro ouibus impendit: quid mirum, ſi memor tanti beneficij, tantæque hominum ingratitudinis conſcius ab ouibus Paſtor hædos ſegreget condemnandos. Pulchrè Anſelmus, *Sicut Paſtor qui animam poſuit pro ouibus ſuis, ſegregat oues ab hædis.* O quàm iratus id munus perficiet Paſtor immemor ineffabilis dilectionis.

Matth. 25. Ioan. 10. Anſelm.

17. *Vt Ioannes deſcribat horrorem iudicij, memorat Dominum lauiſſe nos cruore.* De Ieſu Ioannes, *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt,* Apoc. 1. Cum horribile iudicium nobis obiicit Ioannes, quare ſimul paſſionis Agni occiſi meminit? Imò ideo memorat ſanguinem profuſum prius, vt inde iudicij ineffabilem arguat horrorem. Quia immitior Dominus iudex apparebit ad ingratorum ſupplicium, poſt expoſita tanta dilectionis indicamenta.

Apoc. 1.

18. *Conſtringet ſe, ariſtandam ad iudicandum, qua indutus fuerat humanitate ad veniam.* Concinit Vates, *Dominus regnauit decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pſalm. 92. Premo particulam duplicem, *Decorem indutus eſt,* & *Præcinxit ſe.* Indutus eſt decorem, cum ex pulcherrima Virgine accepit humanitatem; præcinget autem ſe ad iudicium gerendum conſtrictione illius pietatis, qua natus eſt homo; quia nullum documentum irati iudicis maius, quam præmiſſio tantæ benignitatis, Bernardum ad meam allicio cogitationem. *Decorem indutus eſt, antea naſcens pannis inuolutus eſt. Propterea qui prius ſinu miſericordiæ effluebat, non iudicans quemquam; præcinget ſe. Iuſtitia cingulo videtur quodammodo effluentem ſinum miſericordiæ collegiſſe; quoniam ex tunc præparatur ad iudicium.* Nam ſignum iudicij ſine miſericordia miſericordiæ præcedens immenſitas.

Pſalm 92. Bernard.

19. *A pietate ſumma hic Deus. iudicium abſtulit, vt ibi iudicium immitius aduenīat.* Euangeliſtæ ore fatus eſt Dominus, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Non enim miſit Deus Filium ſuum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Ioan. 3. Vbi Euthymius, *Neque ſolùm dedit Filium, ſed & iudicium reiecit: atque in ſecundum eius diſtulit aduentum.* Vt amplius exaggeraret miſericordiæ actionem, qua Verbum caro factum fuerat, reiecit omnino ab hoc benigniſſimo aduentu iudicium; quaſi nihil benignum conſiſtere poſſet in iudicij horribilis planè conſpectu. At iudicium in ſecundum diſtert aduentum, vt tunc horribilior iudex appareat ad puniendum, quantò humanior ſine iudicij formidine redempturus homines apparuerat.

Ioan 3. Euthym.

20. *Ex arte piſcatoria deſcribit iudiciū, quia ex arte piſcatoria diſpoſuerat redemptionem.* Parabolæ ſenſum exponam illius: *Simile eſt Regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti; quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ponentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione.* Matth. 13. Quare typus iudicij futuri artis piſcatoriæ parabola oſtenditur? Porrò quia Chriſtus ad peccatorum conuerſionem Apoſtolos piſcatores piſcium, fecerat hominum piſcatores: *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.* Matth. 4. Meritò ars ad peccatorum vtilitatem adduta in eorundem hominum vertitur nocumentum, ad ingratorum ſupplicium. Chryſologus ſerm. 47. *Similitudo hæc prodit, cur in Apoſtolatum piſcatores elegerit Chriſtus, & captores piſcium fecerit hominum piſcatores. Vt diuini iudicij typus arte piſcatoria monſtraretur.* Typus ergo iudicij arte piſcatoria monſtratur, quia Chriſti benignitas arte ſpiritualis piſcationis oſtenſa fuit. Horribilius enim innuitur malos piſces à bonis ſeparandos, quòd benignius conſtituti ſunt Apoſtoli ad capiendos homines in ſagenam.

Matth. 13. Matth. 4. Chryſol.

21. *Quia præceſſit Baptiſmus ignis Spiritus ſancti, inſtat ignis iudicij.* Clamat Baptiſta, *Ego quidem baptizo in aqua, qui autem poſt me venturus eſt, ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto, & igni.* Matth. 3. Vbi pulchrè Hilarius can. 2. *Salutis igitur noſtræ, & iudicij tempus deſignat in Domino dicens: Ille baptizabit vos in Spiritu ſancto, & igni.* Spiritu ſancto ſalus hominibus propoſita innuitur, igne autem iudicium. Cur iudicium ipſa damnatione, ſeu damnationis æternæ igne ſignatum? Vt horribilitas iudicij magnitudini beneficij reſpondeat. Igne Spiritus ſancti abluti ſumus ad ſalutem, ergo ignitus iudicij horror præparatur ingratis. Addit Doctor, *Quia baptizatis in Spiritu ſancto igni, reliquum ſit igni conſummari.*

Matth. 3. Hilar.

22. *Nubes, quæ pluunt, iuſtum deſuper, ſunt rudeſ iſtrictioris documenti.* *Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum. Per hæc enim iudicat populos.* Iob. 36. Stillabat olim cœleſtis miſericordia, guttatim profluens hominibus; iam imbres ad inſtar gurgitum efformantur, quia *nubes pluerunt iuſtum.* Mox poſt tantam Dei pietatem inſtat iudicium diſtrictione horribile. Adiicit Textus, *Super hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. Audite auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore eius procedentem.* Iob 37. Super *hoc,* Quodnam obſecro? Super diuinam dignationem, qua Iuſtus, pluuiæ in morem, è Mariana nube profluxit. Statim tuba auditur iudicij præcordia territans: *In terrore vocis.* Pulchrè D. Gregorius lib. 27. moral. cap. 10. *Si repentè diuina gratia inſpiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quod cuncta, quæ agit, diſtricta æterni iudicij animaduerſione puniantur.* Horribilior enim inſonat iudicij tuba, poſtquam Incarnationis beneficio homines fuere donati. Cum igitur Filius hominis venerit in maieſtate ſua, cunctæ gentes timeant ex ipſa Filij hominis forma, ex Redemptionis beneficiis, ex Paſſionis tormentis, ex profuſo Agni cruore horribilioris iudicij ſententia condemnari.

Iob. 36. Iob. 37.

Observat. II.

Ad illa verba.

Et omnes Angeli eius cum eo.

Angeli iudicem comitantur, vt teſtes exiſtant criminum hominis, quem cuſtodierunt.

Aſſero peccatis, ſcandalo oberto, peractis ſupplicium publicum reſpondere.

23. CVr Angelorum ſatellitio cingendus Dominus aſſeritur? Reſpondet appoſitè Strabus, *Angeli teſtes erunt humanorum actuum, ſub quorum cuſtodia benè, vel malè egerunt.* Et D. Chryſoſtomus, *Aderunt Angeli, teſtantes quantum adminiſtrauerunt ad ſalutem hominum.* Premo illam Strabi particulam: *Angeli teſtes erunt humanorum actuum.* Fatur Auguſtinus lib. 20. de ciuit. cap. 24. *In illo finali iudicio ſimul homines, & Angeli iudicabuntur. Fiet autem virtute diuina, vt cuique opera vel bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mira celeritate cernantur; vt accuſet, vel excuſet conſcientiam ſcientia.* Si ergo ſcientia erit accuſatrix, ſi bona, ac mala cuncta menti cuiuſlibet hominis obiicienda ſunt: quare Angeli teſtes adhibentur? Certè quia aliquorum delictorum ſpecialiſſimè diſcuſſio peragenda veluti publico iudicij apparatu. Qualia precor delicta? Aſſeruerim ea, quæ oborto ſcandalo perpetrata ſunt. Quæ quidem, quia publicationis circunſtantia graueſcunt, magis publica infamia diſcutienda ſunt ad peccatorum confuſionem ſpecialiſſimam. Angeli ergo teſtes adducentur ad huiuſmodi criminum celebriorem diſcuſſionem.

Strab.

Scandaloſa crimina ſpeciali publico apparatu diſcutienda.

24. Poſtquam Dominus ſcandali malitiam aperuit, *Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, væ autem homini illi, per quem ſcandalum venit,* concludit: *Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei.* Matth. 18. Si oborto ſcandalo delinquitis, Angelos teſtes criminum veſtrorum habebitis nunquam non cæleſti hærentes tribunali. Hi nouiſſima die apparatu iudiciario teſtimonium proferent; vóſque publico amplius ſupplicio ad vberiorem confuſionem afficiemini. Vnde Dominus vſus eſt illo ſupplicio, (vt id exprimeret,) quo Iudæi grauiſſima delicta vindicabant. *Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Ibid. Vbi Hieronymus, *Iudæi crimina maiora, ligato ſaxo, & demerſo reos puniebant.* Innuit Dominus maius ſcandali crimen publico apparatu ſpecialiſſimæ confuſionis puniendum.

Scandalum ſuſcitantibus annunciatur, Angelos habituros teſtes ad publicã confuſionem ſpecialiſſimam.

Matth. 18.

Hieron.

25. Typus huiuſce publicationis præceſſit in Iuda, quem Dominus ſecretò delinquentem tolerans, vti D. Cyrillus adnotauit. *Videbat animam eius, cognoſcebat venenoſa eum agitare conſilia: honorauit tamen vt alios, & eius quoque pedes lauit charitatem vſque in finem conſeruans. Et antequam crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens.* Porrò crimina in exitum erupere venditione Magiſtri, & redditione nummorum: *Et proiectis argenteis in Templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Matth. 27. Quare tam publico ſupplicio Iudas proditor affectus eſt, quem Dominus tam diu ſuſtinuerat latrocinantem? Certè quia piaculum tanto oborto ſcandalo, perpetratum publico debuit iudicij apparatu puniri. Suſpenditur mola aſinaria in collo Iudæ, vt in profundum tartarei pelagi demergatur. Drogo Oſtienſ. lib. 1. de ſacram. Paſſ. *Iam diu erat quidem, quod à Chriſto diſceſſerat, & auaritiæ laqueo ſe ſuſpenderat: ſed quod fecerat in occulto, palam omnibus innotuit.* Videlicet dum venditioni operam dedit, & argenteos retulit emptoribus. Meritò publico apparatu punitur, quia publicatione delicti ſcandalum excitarat.

Iudas publico ſupplicio addicitur, Deo iudice, quia publico delicto ſcandalum excitauit.

Cyrill.

Matth. 27.

Drogo.

26. Aliquando Dominus *videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit niſi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in æternum. Et areſacta eſt continuo ficulnea.* Matth. 21. Vbi ex ſententia Chryſoſtomi in ficulnea foliis ornata ſine fructu innuuntur iniquiſſimi Phariſæi *iactationem legis gerentes ſine fructibus veritatis.* Æterna maledictione hi afficiuntur in ficu, quæ *continuò areſacta eſt.* Cur viſibiliter areſit arbor, & non ſine fructibus vt antea perſeuerat? Certè quia viſibile ſupplicium publicæ Phariſæorum iniquitati debebatur. *Videns arborem fici ſecus viam.* Si in horto clauſo ab oculíſque abſtracto inanis arbor occluderetur, nec ſcandalum tranſeuntibus excitaret, non manifeſto ſupplicij apparatu puniretur. At crimina ſecus viam geſta, ſcandalum excitantia non ſolum ſententia æterna puniuntur iudice Deo, ſed publico apparatu ſupplicium euulgandum innuitur. Strabus. *Plebem, quam docebat facto publico terruit, ne forte habens folia, ſine fructu operum ſecus viam, mereantur excidi: Nuſquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.* Ac ſi diceret poſt publicum iudicij apparatum, *Diſcedite maledicti in ignem æternum.*

Publico iudicio ficum punit Dominus, quia delinquit ſecus viã, in ſcandali ſuſcitatorum typum.

Matth. 21.

Chryſoſt.

Strab.

27. Legem audite. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit.* Exod. 21. Vbi Origenes allegoricè, pulchrè tamen profatur. *Anima, quæ nunc pro infirmitate ſua mulier appellatur, duobus inter ſe litigantibus viris, & in certamine ſcandala proferentibus percutitur, & ſcandalizatur. Hæc ergo, ſi nimia publica contentione Doctorum percuſſa abiecerit verbum fidei, & inuenta fuerit eſſe de illis, de quibus Apoſtolus: Iam quædam conuerſæ ſunt retrò poſt ſatanam: animam pro anima dabit publicè in iudicij die apud Deum iudicem, qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam.* Ergo quia publica contentione delinquentium virorum aut Doctorum, ſcandalum obortum fuit: publico iudicio, teſtium, ac diſcuſſionis cauſæ apparatu hi ſcandali ſuſcitatores condemnabuntur.

Qui publicè rixatur ſcandalum excitans, publico iudicio ſpecialiſſima afficitur confuſione.

Exod. 21.

Origen.

Observ. III.

Ad illa verba:

Cum venerit Filius hominis in maieſtate ſua, &c.

VT homines à peccatis contineret, ad virtutis opera excitaret, Chriſtus tam longum de iudicio texuit ſermonem.

Nihil

Nihil enim ſic peccatores continet, ne ad inſultas prolabantur actiones, quam iudicij memoria.

28. *Meditatio poſteritatũ ſiue de las Poſtrimerias efficax ad virtutẽ.*

TOt parabolis, tot propheticis ſermonibus Dominus horribile futurum iudicium deſcribit, vt adducat homines ad virtutem, à vitiis abſtractos, ex Doctorum ſententia. Ideò peccata punienda proponit, virtutes præmio donandas obiicit. Eſuriui & dediſtis mihi manducare: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare.* Equidem ad peccatores frænandos efficaciſſima eſt iudicij futuri comminatio.

29. *Imponitur Prælatibus onus regiminis cum memoria iudicij, vt contineantur. 3 Reg. 7. Rupe. l.*

Salomon olim *fecit mare fuſile decem cubitorum a labio vſque ad labium.* Supponuntur duodecim boues, *& mare fuſile ſuper eos deſuper erat, quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant.* 3. Reg. 7. Vbi Rupertus agi aſſerit de *poſterioribus* hominis temporibus, ſiue *de las Poſtrimerias.* De morte ſcilicet, & iudicio. Quare pondus Regiminis Proceribus Eccleſiæ imponitur cum onere iudicij expreſſi? Vt illi & a vitiis abſtrahantur, & ad virtutum exercitamenta ex timore iudicij valeant adduci.

30. *Mnas Dominus dat, ſe iudicem innuens, vt ſerui rectè operari valeant. Luc 19. Cyrill.*

Chriſtus ſeruis talenta partitur. *Vocatis autem ſeruis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini, dum venio.* Luc. 19. Vbi Cyrillus, IESVS *aſcendens ad cælos, diſpenſauit credentibus varia chariſmata,* quibus negotiari oportebat vſque ad ſecundum aduentum. Quare iudicij geſſit mentionem? Certè quia famuli abſtracti à viſibili Domini præſentia, ex memoria rationis reddendæ in iudicio, maximè continerentur, ne ad illicita prolaberentur: ſed Domini voluntati ſubiacerent.

31. *Dauid curat frænare eos, (quos ſuſpicabatur inſidiatores,) Dei iudicio expoſito. 1. Par. 12.*

Olim *venerunt de Beniamin, & de Iuda ad præſidium, in quo morabatur Dauid. Egreſſuſque eſt Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificè veniſtis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: Si autem inſidiamini mihi pro aduerſariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus Patrum noſtrorum, & iudicet.* 1. Paral. 12. Miror, Dauidem de militaris ſpiritus more non oppoſuiſſe eis: Quadringentos validiſſimos milites numero, quos poteram vobis opponere iniquitatis veſtræ vindices. Profectò ſatius aduerſus illud periculum iudicij Dei terrore ſe armauit. Ac ſi diceret, Huius memoria iudicij me infrænare curo, ne vos, licet poſſim comminuere fortè inſidiatores, efficiam deperire. Eadem ergo cogitatio vos comprimat, ne aduerſus innocentiam meam inſidias collocetis. Nihil planè ſic homines continet ab actionibus iniuſtis ac iudicij horribilis recordatio.

32. *Vt homines à gula abſtraherẽtur, validiſſimũ frænum iudicij expreſſi. Gen. 2. Gen. 9.*

Præſcripſerat Deus Adamo, *De omni ligno paradiſi comedes.* Gen. 2. Et cur non de piſcibus, de volatilibus, de animantibus? Ne gulæ vitio ſubiacerent. Ita ne? Quare ergo poſt diluuium tanta hominibus licentia circa cibos impenditur? *Omne,* (Deus inquit,) *quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Gen. 9. An non tunc pronior hominum natura ad gulæ exceſſus, quam cum ante piaculum in paradiſo morabatur Adamus? Ita planè. Attamen fræno fortiſſimo nunc homines conſtringebantur, ne auderent gulæ indulgere, ſed ex piſcibus, ex volatilibus, ex animantibus id ſolum cibi adhibere, quo vires reficerentur, non membra laxarentur, & opprimerentur abundantia. Quale, deprecor, frænum? Porrò iudicij extremi memoria ipſo proximo in diluuio expreſſa. Pulchrè Tertullianus lib. contr. Pſychic. *Poſt diluuium in reformatione generis humani, ſuffeceſſe vnam interim legem à ſanguine abſtinendi, permiſſo vſu cæterarum. Iam enim iudicium Dominus oſtenderat per diluuium.* An non tam validè homo in paradiſo innocentia infrænatus erat, quam peccatores poſt diluuium? O iudicij validiſſima infrænatio ad continendos homines efficacior quodammodo, quam innocentia! Tertull.

33. *Vt homo à Deo, præmittit poſteritatum meditationem, præcipuè iudicij.*

Eliæ id Dominus expreſſit. *Ecce,* inquit, *Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum: Non in ſpiritu Dominus. Et poſt ſpiritum commotio: Non in commotione Dominus. Et poſt commotionem ignis: Non in igne Dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* Mox Propheta ſeſe ad excipiendum Dominum in auræ tenuis ſibilo præparauit. 3. Reg. 19. Quare Dominus non venit ad Eliam niſi poſt ſpiritus, commotionis, & ignis expeditionem? Reſpondeo ex Hugone Victor. lib. 1. Miſcellan. tit. 109. hiſce terroribus iudicium extremum deſignari, cuius horror præparat animum ad virtutem, à vitiis abſtractum. *Ecce præambulos Dei; ſpiritum, commotionem, & ignem. Non venit Dominus ad te, niſi prius iſti veniant. Spiritus eſt terror iudicij æterni, qui ſi in cor peccatoris impegerit, & montes ſuperbiæ deiicit, & petras duritiæ diſſoluet. Si ſpiritus* ille iudicium eſt, ſit tibi *commotio* mortis memoria, *ignis* autem æterna damnatio; vt debeas poſteritatum, (ſiue *Poſtrimerias,*) meditatione Deo hæreſcere per virtutis exercitamenta. 3. Reg. 19. Hugo Victor.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, &c.

Facillimus ad ſuperos obiicitur aditus eleemoſyna pauperibus expoſita.

Eleemoſyna non datur cæleſtis beatitudo, ſed ſoluitur.

34. *Eleemoſyna pretium inæſtimabile.*

QVam facilem ad cæleſtem beatitudinem Chriſtus expoſuit ingreſſionem, ſi vel mica pauperibus data, ſi aquæ poculum ſitienti exhibitum aulæ ſupernæ reſerat oſtium. An munificentiæ hoc monumentum mirabile, vel eleemoſynæ potentia mirabilior? Ianſenius, *Dediſtis mihi manducare, dediſtis bibere, &c. Vbi mira relucet Chriſti benignitas, quod tantillæ charitatis opera Regno rependere* Ianſen.

dignatus eſt. Particulam *Rependere* premas obſecro. Dignatus eſt rependere; *Digneſt de pagar.* Non donum gratuitum, ſed eleemoſynæ ſolutio Regnum cœleſte eſt? Igitur mira Chriſti benignitas & munificentia, qui tantilla charitatis opera Regno cœleſti rependit: & mirabilior quodammodo eleemoſynæ vis, admirabilius pretium, cui rependitur æterna felicitas.

35. Hinc alliciamur ad opera charitatis exercenda. D. Leo ſerm. 2. de Quadrag. *Deliciæ noſtræ ſint opera pietatis; & illis cibis, qui nos ad æternitatem nutriunt, impleamur.* Id eſt, pauperibus cibos impertiamur; tunc enim implemur cibis, cum videmus eos à nobis abſtrahere. *Plena eleemoſynis* oblicitur Thabita. Impleamur ergo cibis, hoc eſt, cibos pauperibus erogemus nutriendi, planè operibus charitatis ad æternitatem. *Lætemur in refectionibus pauperum*, quibus æternam acquiſituri lætitiam prædicamur.

Eleemoſyna ad æternitatem gloriæ nutrimur. Leo.

36. Numero charitatis opera à Domino expoſita: *Eſurini, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & operuiſtis me; infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me.* Matth. 25. Miror ſeptimam miſericordiæ operationem non expreſſiſſe. Quare non addidit, *Mortuus exponebar in inope, & ſepeliſtis me?* Crediderim, quia auguſtiſſimum quoddam myſterium in ſex operum numero claudebatur. Quale id? Exiſtimo ſex illis operibus Dominum opera ſex dierum connotaſſe, quæ ſequitur Sabbathum æternæ felicitatis ſimulacrum; quia charitatis operibus hiſce Regnum cœlorum præparatur. *Poſſidete Regnum*, &c. Rupertus lib. 5. de Glor. Filij hom. *Notandum, quod huius gratia ſex opera ſunt, quandam habentia ſimilitudinem ſex dierum, quibus Deus mundum perfecit: in eo videlicet quod & ipſa ſuum promeretur Sabbathum; vt qui hæc fecerit, etiam ipſe requieſcat à laboribus ſuis, ſicut à ſuis Deus. Primum eſt, eſuriui, &c. ſecundum ſitiui; tertium hoſpes eram; quartum, nudus; quintum, infirmus; ſextum, in carcere eram. Ingredientur enim in Sabbathum, id eſt, in requiem Domini, qui hæc ſunt operati.*

Reſpondent ſex opera charitatis ſex diebus poſt quos Sabbathum æterni diei. Matth. 25. Rupert.

37. In huius veritatis myſterium fatur alibi Matthæus, *Poſt dies ſex aſſumpſit* IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelſum, & transfiguratus eſt antè eos.* cap. 17. Quæris, quare, ſi, teſtante Luca, octo fuerint dies, (*numerat* enim Lucas, loquor cum Hieronymo, *primum & extremum.*) Matthæus ſex fuiſſe profatur? *Poſt ſex dies?* Origenes præmittendus ſolutioni, *ſex diebus factus eſt mundus, quem numerum qui tranſcendit, poteſt Dei gloriam ſpectare.* Ergò Matthæus ex octo diebus vnum, & alterum abſtulit, vt ſex reliqui dies opera ſex dierum repræſentarent, innuentes ſex miſericordiæ opera, quibus Sabbathum ſiue requies æterna præparatur. Quemadmodum itaque ex ſeptem charitatis operibus vnum Dominus prætermiſit, nempe ſepulturam mortuorum: vt ſex opera ſex diebus primis conuenirent; ſic ex octo diebus duos Euangeliſta abſtulit, vt ſex opera pietatis ſex accinerent diebus, poſt quos æternum Sabbathum eluceſcit.

Poſt ſex dies, ſiue poſt ſex miſericordiæ opera æterna transfiguratione potimur. Matth. 7. Hieron. Orig.

38. O eleemoſynam ſemper cœleſtis Regni ſtipatam diademate! Cum Hebræi aduerſum Amalechitas dimicarent, Moyſes manus extendit. *Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem*, &c. Exod. 17. In extenſione manuum ad inopum ſubleuationem tutius punctum victoriæ. Auguſtinus hom. 17. ex Quinquaginta. *Quando vni ex minimis Chriſti eleemoſynam das, extendis manum, & vincitur Amalech.* Donaris proculdubio cum victoria, æterna fœlicitate. Poſſidere Regnum, quod vobis paratum eſt. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.

Eleemoſyna nunquam non Regia corona ſtipatur. Manuum extenſione vincitur. Exod. 17. Auguſt.

39. Loth olim ab igne, quo miſeræ vrbes conflagrarunt liberatus ſcribitur. Quonam, precor, merito? Recole hiſtoriam. *Veneruntque duo Angeli Sodomam veſperè, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, & dixit: Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri.* Gen. 19. Solummodo nè ex operibus charitatis ad hoſpitalitatem pertinentibus, ab igne liberatur, ad tutiora aſcendit? Quid mirum, ſi ſolis ex operibus miſericordiæ Dominus aſſerit Diuos ab igne æterno liberandos? *Hoſpes eram, & collegiſtis me.* Origenes hom. 5. *Loth in Sodomis habitabat, alia eius bene geſta non legimus. Hoſpitalitas ſola memoratur. Euadit ignes, euadit incendia.*

Loth hoſpitalitatis vi ſola ignem fugit. Gen. 19. Origenes.

40. Vir Ægyptius inuenitur à Dauid militibus, qui adduxerunt eum ad Dauid, dederúntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam. 1. Reg. 30. Vbi Ioſephus lib. 6. Ant. cap. 14. *Hunc Dauid habens Ducem ſuper Amalechitas, apprehendit eos in terra iacentes, & alios prandentes, & alios ebrios: quibus cum ſociis irruens, eos late proſtrauit.* O bucella pauperi exhibita tantæ cauſa victoriæ! Et quando non & inuiſibiles hoſtes proſtrantur, inope ſatiato?

Dauid, ſaturato famelico, vicit hoſtes. 1. Reg. 30. Ioſeph.

SECTIO II.

Sententia ſiniſtris.

TEXTVS.

VERS. 41. TVnc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. 42. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi potum; hoſpes eram, & non collegiſtis me, *&c.*

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Sententiæ tenorem expendo.

1. *Duplex damnatorũ pœna.* D*Iſcedite à me.*] Pœnam continet duplicem hæc ſententia, damni vnam, alteram ſenſus. Damni pœna illis verbis exprimitur: *Diſcedite à me*; eſt enim priuatio beatificæ viſionis. Senſus pœna reliquis verbis indicatur, *In ignem æternum*, &c.

2. *Cur non & maledicti Patris.* *Maledicti.*] In priori ſententia beati dicuntur *benedicti à Patre*; ſeu *Patris*. In poſteriori autem reprobi maledicti exprimuntur, neque additur *Patris*. Quare? An quia Deus cauſa eſt benedictionis beatorum: nimirum bonorum operum, meritorum, & gloriæ; non eſt autem cauſa maledictionis reproborum: videlicet peccatorum, propter quæ ſupplicio addicuntur æterno? Origenes adhæc, *Benedictionis miniſtrator eſt Pater, maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor, qui maledictione digna eſt operatus.* Origen. Et Chryſoſtomus, *Impiis dicet Dominus, Ite maledicti, non quidem à Patre. Non enim ipſe, ſed opera eius propria maledixerunt.* Chryſoſt.

3. *Qualis ignis* *In ignem.*] Qualis gehennæ ignis? Auguſtinus lib. 20. de ciuit. cap. 16. *Qui ignis, cuiuſmodi ſit, hominem ſcire arbitror neminem, niſi fortè cui ſpiritus diuinus oſtendit.* Auguſt. Damaſcenus lib. 4. fid. cap. 28. *Impij homines in ignem æternum conij ientur non materia, inſtar huiuſce noſtri, conſtantem; ſed qualem Deus nouit.* Damaſc. *Authoris ſententia.* Aſſero, corporeum eſſe ignem noſtro ſimilem, ſpeciei eiuſdem. Scriptura ignem appellat, neque inueni rationem, cur in proprio non debeat ſignificato intelligi. D. Gregorius lib. 4. Dial. cap. 29. *Ignem gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certum eſt corpora cruciari.* Gregor. Auguſtinus lib. 21. de ciuit. cap. 10. *Gehenna, quod ſtagnum ignis, & ſulphuris dictum eſt, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum.* Auguſt.

4. *Num tenebroſus.* An tenebroſus ignis? D. Thomas addit. quæſt. 97. art. 6. *Non lucem habet ſplendidam.* Thom. Anſelmus in Elucid. *Ardet, & non lucet.* Anſelm. *Aliqualem lucem habet.* Credidero aliquid luminis inibi futurum, ad maiorem damnatorum horrorem. Gregorius ad illud Iobi 10. *Sempiternus horror inhabitat, In inferno*, inquit, *ignis ad conſolationem non lucet, & tamen, vt magis torqueat, aliquid lucet.* Gregor. Chryſoſtomus hom. 5. ad Theod. lapſum, putat, ſi luceret ignis, tenebras non futuras. Chryſoſt. Attamen aliqualis lucis fulguratio, haud omnino tenebras propulſat, ſed reddit horribiliores. *Ex diuina diſpenſatione*, (ait Thomas citat.) *eſt ibi aliquid luminis, quantum ſufficit, ad videndum illa, quæ animam torquere poſſunt.* Thom.

5. *An indigeat pabulo.* Num lignis indigeat? Gregorius ad illud Iobi 20. *Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur, Omnipotentis iuſtitia futurorum præſcia, ab ipſa mundi origine gehennæ ignem creauit, qui ardorem ſuum etiam ſine lignis nunquam finiret.* Gregor. Obiicis Iſaiam. *Præparata eſt Topheth*, id eſt, Tartaros, *nutrimenta eius ignis, & ligna multa*, cap. 30. Iſa. 30. Ligna memorat, me auctore, vt innouat, ignem non extinguendum. Non abnego æterno ſulphure ignem nutriendum, iuxta illud: *Stagnum ignis, & ſulphuris.* Apoc. 20. Apoc. 20. Abulenſis hîc quæſt. 560. *Erit ſulphur ignitum, & non conſumetur.* Abul. Et in repetit. de ſtatu anim. num. 300. *Ignem hunc in pice pabulum ſuſcipere aiunt.* Addit Anſelmus citat. *Sic ſemel accenſus eſt, vt ſi totum mare influeret non extingueretur.*

6. *De loco Tartari.* Locum huiuſce ignis aſſigna. Gehennam ſub terra latitare certum exiſtimo quidquid antiqui Doctores repugnarint. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 42. rogatus à Petro, *Vbinam eſſe infernus credendus eſt?* reſpondet, *Hac de re temere definire non audeo. Nonnulli namque in quadam terrarum parte infernum eſſe putauerunt. Alij verò hunc ſub terra eſſe exiſtimant.* Gregor. *Nemo inuentus eſt dignus*, (ait Ioannes,) *neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum.* Apoc. 5. Apoc. 5. Vbi Gregorius citat. *Cum ergo ad aperiendum librum nullus ſub terra dignus inuentus dicitur, quid obſtet, non video, vt ſub terra infernus eſſe credatur.* Gregor. Ex Paulo confirmo, *Deſcendit Dominus ad inferiores partes terræ*, Eph. 5. Epheſ. 4. Theophylactus, *Inferos vocat Paulus inferiores partes terræ iuxta communem opinionem, & intellectum.* Et ex Matthæo, *Sic erit Filius hominis in corde terræ.* cap. 12. Matth. 12. Hieronymus loco à. *Sicut cor in medio eſt animalis, ita infernus in medio terræ eſſe perhibetur.* Hieron.

7. *De igne corporeo agente in ſpiritus.* Quonam modo corporeus ignis aget in dæmones, & animas corpore carentes? D. Thomas citat. art. 3. Thom. Scotus, Abulenſis, & alij arbitrantur, ignem corporeum animas, dæmoneſque cruciare per detentionem violentam, vt inſtrumentum iuſtitiæ Dei. Scotus. Gregorius lib. 4. Dial. cap. 29. *Teneri ſpiritum per ignem dicimus, vt in tormento ignis videndo, atque ſentiendo puniatur.* Gregor. Auguſtinus lib. 21. de ciuit. cap. 10. *Miris modis affliguntur ſpiritus ab igne corporeo, ſed ineffabilibus, & incognitis nobis.* Auguſt. Aſſero igitur, ignem gehennæ vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ à Deo eleuari, & in ſpiritus agere, eóſque comburere miro, ac ineffabili modo.

8. *De ignis æternitate.* *Æternum.*] Vt vita æterna dicitur, ſic ſupplicium æternum. Auguſtinus lib. 21. de ciuit. cap. 23. *Par pari relata ſunt. Hinc ſupplicium æternum, inde vita æterna. Dicere autem in hoc vno eodémque ſenſu vita æterna ſine fine erit, ſupplicium æternum finem habebit, multum abſurdum eſt.* Auguſt. Conteſtatur Gregorius lib. 4. Dial. cap. 44. Gregor. *An mitiganda pœna.* Mitigatio nè pœnæ vlla? Nulla prorſus. Vnde Auguſtinus in Enchir. ſupplicia damnatorum vocat *cruciatus ſine intermiſſione perpetuos.* Auguſt.

9. *Paratus ſit ignis etiam hominibus.* *Qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.*] Aſſero, ignem paratum dæmonibus, & hominibus: Chriſtum verò de hominibus tacuiſſe, vt indicaret impiis hominibus comites ſupplicij; & quali ſint igne comburendi, nempe eodem, quo dæmones torquentur. Præterea non dixit Chriſtus ignem paratum hominibus, ſed dæmonibus; quia primo dæmonibus ignis eſt tartareus accenſus, antè quàm primus homo deliquiſſet; dæmones enim antè homines peccauerunt.

§. II.

De aliis, quæ non ſunt à Domino expreſſa.

10. *De pluribus aliis ſententiis ferendis.* REquirimus primò, An ſolum hæ duæ ſententiæ ſint ferendæ in iudicio? Plures alias ſpeciatim exponendas legi apud Doctores. Tertia ſententia hæreticos, atque infideles Orco addicet. Quarta pueros Baptiſmi lauacro carentes ablegabit. Quinta dæmones deturbabit in gehennam. Adiicio ſingulis tam iuſtis, quam iniuſtis ſingulas ſententias dicendas omnibus manifeſtas, quibus gloriæ, ſiue ſupplicij gradus pateat. Probabile reputo Sanctos iudices ex illis ſententiis, (quæ mentali ferentur modo,) multas voce pronunciaturos IESV nomine in Lutherum, Arium, Mahometum, alióſque ſimili preſſos impietate. Nec enim illud iudicium tam breui fiet tempore, vt huiuſmodi moræ non ſit capax.

11. *De aliis Tartari ſuppliciis.* Secundò, An ſint in inferno alia ſupplicia præter ignis incendium? Eſſe tenebras exteriores indicat Scriptura: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Matth. 22. Erit fletus, & ſtridor dentium: *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* (Matth. 22.) Luc. 13. Fumus adiicitur: *Fumus tormentorum eorum aſcendet.* Apoc. 14. Frigore cruciabuntur: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium.* Iob 24. Vermium vulneribus afficientur: *Vermis eorum non moritur.* Marc. 9. Ex Patribus confirmo. (Hugo.) Hugo Victor. lib. 4. de Anima, cap. 13. (*De fletu.*) *Nulla in inferno vox niſi va, va, va, ſonat.* Edent magnos gemitus, quamuis lacrymas nullas profundant. (Ambroſ.) Ambroſius Luc. 14. (*De ſtridore dentium.*) *Stridor dentium prodit indignantis affectum, eo quod ſerò vnumquemque pœniteat, ſerò ingemiſcat, ſerò iraſcatur ſibi, quod tam pertinaci improbitate deliquerit.* (Beda.) Beda ad Iobum, *Quaſi duas gehennas* (*De frigore.*) *Ibo dicere mihi videtur ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus, & homo impius commutetur.* (Auguſt.) Auguſtinus tom. 9. cap. 2. *Principalia ſunt duo tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis. Vnde legitur in Euangelio, Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Fletus námque, & liquefactio oculorum ex calore naſcitur: Stridor autem dentium ex frigore.* (Baſilius.) Baſilius ad Pſalm. 33. (*De vermibus.*) *Vermium innumerabilium genus veneноſum, ac carniuorum eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe ſatians intolerabiles dolores morſibus infligens*, &c. Et Auguſtinus citat. (Auguſt.) *In inferno eſt ferocitas beſtiarum, dilaceratio immortalium vermium.*

Addo fœtore horribili damnatos vexandos. 12. *De futura fame, & ſiti.* Innocentius lib. 3. de contempl. mundi, cap. 4. Anſelmus, & alij. Sotus in 4. diſt. 50. art. 4. putat ex corporibus damnatorum tetrum emitti odorem per ſpecies intentionales: (Innoc. Anſelm. Sotus.) quemadmodum per eaſdem ex corporibus beatorum ſuauiſſimus odor emittitur. Intolerabili fame, & ſiti cruciandos aſſerunt Iuſtinianus de vita ſolit. cap. 10. Auctor de tripl. habit. cap. 2. & alij.

Tertiò, an ſint corpora damnatorum in aceruum congerenda? 13. *De ſitu damnatorum.* Sotus affirmat. Aſſero autem cum Bonauentura & aliis inferni ſpatia eſſe latiſſima, nec neceſſariam futuram eſſe corporum concernationem. (Sotus. Bonau.)

Quartò, Num dæmones poſt iudicium hominum tortores futuri? 14. *Num tortores dæmones?* Nonnulli apud Magiſtrum diſt. 47. putarunt dæmones non habituros torquendi poteſtatem. (Magiſt.) Huius opinionis Bonauentura imbi eſt. Veroſimilius arbitror etiam poſt iudicium dæmones hominum tortores. Æquum eſt, vt homines ab iis torqueantur, quibus ſe per crimina ſubiecere.

Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.] 15. *Profectio in vitam, & in ſupplicium.* Obiicis, in ipſo iudicio iuſti vitam æternam iam poſſidebunt, reprobi verò ſupplicio æterno iam erunt addicti; non ergo ibunt ad ſupplicium, ad vitam. Reſpondeo, iuſtos in terra iudicandos, ituros verò in cœlum Empyreum, in quo vita fruentur æterna: Reprobos audituros ſententiam in valle Ioſaphat, inde deſcenſuros in Tartarum, in quo ſupplicio perpetuo mulctabuntur.

Quonam modo ibunt? 16. *Quomodo ibunt?* De reprobis duos modos proponit Abulenſis quæſt. 521. Primus, quem ſequor. (Abul.) *Diuina potentia aperietur terra, fiétque vſque ad Orcum hiatus magnus, per quem ibunt; poſtea claudetur.* Simile illud: *Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abiron.* Pſalm. 105. Alter modus mihi non probatur, *Concedetur omnibus damnatis, vt tranſire poſſint per terræ ſolitudines.* At de beatis, *Beati*, (ait Parad. 5. cap. 184.) *diuina vi poſt iudicium conſcendent ex aere, non pertranſito medio, in cœlum Empyreum.* Sed ne quid nimis. Beatos arbitror per dotem agilitatis pertranſito medio magna celeritate conſcenſuros.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX SENTENTIA FERENDA SINISTRIS.

Observat. I.

Ad illa verba :

Diſcedite à me.

Horribilior gehenna erit illa à Chriſto Domino ſeparatio.

Non bene pro cunctis Deus bonis commutatur, cuius amiſſio cunctis malis maior eſt.

17. ALii ignis immitem ponderent cruciatum, alij æternitatis amatiſſimæ perpendant horrorem. Ego crediderim ſupremam damnatis calamitatem eſſe à Chriſto ſeparari: Diſcedite à me.

18. Cum Chryſoſtomo profari lubet hom.24. in Matth. *Hæc pœna maior eſt quam cruciatus ille flammarum. Noui, quod probatiſſimi pertimeſcunt ignem gehennæ, ego tamen Chriſti amiſſionem multo amarius, quam ipſius gehennæ puto eſſe ſupplicium. Si id non poſſum ſermone demonſtrare, nihil eſt omnino mirandum.* Ineffabilis boni amiſſio ineffabilis proculdubio eſt infelicitas.

Ineffabilis infelicitas infiniti boni amiſſio. Chryſoſt.

19. *Ipſe* (ait Dauid) *liberauit me à laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Pſalm. 99. Quodnam aſperum verbum? Mihi quidem, ô Iesv verbum ineffabili aſperitate plenum eſt illud: *Diſcedite à me.* Bernardus tract. de diligendo Deo, *Væ tibi populo ſtulte, & inſipiens. Nec modo enim liberari vis de laqueo venantium, ſi quidem qui volunt diuites fieri in hoc ſeculo, incident in laqueum diaboli; nec tunc à verbo aſpero poteris liberari. O verbum aſperum, ô ſermo durus: Diſcedite à me.* Et non aſperum illud: *In ignem æternum?* Verbum dixit, non verba; quia cuncta mala præ illo pro nihilo reputantur quodammodo.

Solum illud verbū Diſcedite aſperum videtur eſſe non illud. In ignem. Pſal. 90. Bernard.

20. Idem cecinit Vates, *Super eos cecidit ignis, & non viderunt ſolem.* Pſalm. 52. Præmiſit ignis æterni cruciatum, & creſcente oratione, addidit, à ſole iuſtitiæ ſeparationem. Vt oſtendat igne æterno duriorem eſſe à Chriſto Domino iniquorum diuiſionem Gregorius lib. 9. Moral. cap. 38. fatur, *Ignis ſuper impios cadit, ſed ſol, igne cadente, non cernitur.* Preme particulam *ſed*, qua exaggerat ignis excidentis effectus. Ac ſi ex eo formidabilior ignis ille æternus, quia impedit cerni ſolem, quam quia cruciat corpora damnatorum. *Cadit, & cruciat ignis*, dicere debuiſſet. At nullam cruciatus geſſit mentionem; quaſi ignis illius ſolus ſit horror, & pœna, homines à Solis veri conſpectu ſeparati.

Cadere ignē ſuper malos horribile, ſed horribilius admodum non videre ſolem iuſtitiæ. Pſal. 52. Gregor.

21. Adiicit aptè Doctor, *Illos quos gehennæ flamma deuorat, à viſione veri luminis cæcat, vt & foris illos dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna illa cæcitatis obſcuret. Quatenus qui Auctori ſuo ſoli iuſtitiæ anima & corpore deliquerunt, ſimul animo & corpore puniantur, & vtrobique pœnas ſentiant, qui dum hic viuerent, prauis ſuis delectationibus ex vtroque ſeruiebant.* Expendo illud: *Simul & animo, & corpore puniantur.* Ait animum cæcitate illa, ſeu priuatione Chriſti veri ſolis conſpectus puniendum, corpus igne tartareo. An non ignis ſimul à Deo eleuabitur ad animi torturam? Quomodo igitur ad tormentum animi efficit ſolius cæcitatis mentionem?

Solam ſeparationem à Deo animū torquere aſſerit Gregorius, quaſi poſt hanc nullius momenti ſit ignis tortura. Gregor.

Certè quia ignis æternus quaſi nihil eſt ad nocumentum, ſi cum tortura illius horribilis ſeparationis componatur: *Diſcedite à me.*

22. In huius typum hominem inornatum à nuptiis in tartarum exturbauit: *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 22. Cur non dixit, Mittite eum *in ignem æternum*, à quo fletus, & dentium ſtridor excitaretur? Porro quia fletus ille, & ſtridor horribiliora tormenta ſortiuntur originem. Tenebræ ne igne æterno diriores? Quid hiſce tenebris deſignetur, audite. Tenebris veracibus obtuuntur, qui veri ſolis Chriſti priuantur aſpectu. Hæc pœna gehenna interminabili horribilior eſt. Pulchrè Hieronymus ad Demetri. *Caue, ne mittaris in carcerem, & in tenebras exteriores, quæ quanto à Chriſto vero lumine ſeparantur, tanto nos maiori horrore circumſtant.*

Quaſi omnes damnati fletum & ſtridor dentium à ſola à Chriſto ſeparatione. Matth. 22. Hieron.

23. Ideò Euangelicus Propheta expreſſurus impiorum ſupplicia æterna, fatur: *In terra Sanctorum iniqua geſſit, non videbit gloriam Dei,* cap. 26. Cur non addidit, & igne æterno torquebitur? Quia quaſi nulla ſit peccatoribus pœna ſubeunda niſi æterna à Numine ſeparatio. Bernardus in Declam. *Durus eſt hic ſermo, & comminatio terribilis: Non videbit gloriam Domini. Quid igitur cætera vidiſſe præſtat.* Ac ſi diceret, licet peccatoribus datum eſſet, omnibus frui voluptatibus, ſufficeret ad damnationem admodum horribilem à ſolo Deo ſemoueri.

Non videre Deum, tota quodammodo tormenta damnatorū. Iſai 26. Bernard.

24. Aiebat ſponſa. *Dilectus meus mihi, & ego illi; qui paſcitur inter lilia; donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Cant. 2. Vnicum ſolarium animæ dilectæ eſt, ſemper ſponſo dulciſſimo illigandam eſſe, vel cum à die vmbræ ſeparentur, ſiue cum à iuſtis peccatores æternum perituri diuidantur. Bernardus ſermon. 72. in Cantic. *Ibunt reprobi de tenebris in tenebras de ſibret, vt qui in tenebris ſunt tenebreſcant adhuc.* Die autem iuſti interminabili potientur. *De tenebris in tenebras ibunt.* Nulla ſit ignis memoria, ſolummodo receſſio à ſole iuſtitiæ ponderatur.

Nulla ſit ignis memoria, ſolam à Deo ſeparationem memorat ſpōſa. Cant. 2. Bernard.

25. Caino Dominus, *Maledictus eris ſuper terram. Cum operatus fueris eam, non dabit fructus ſuos: vagus, & profugus eris.* Geneſ. 4. Porrò ille omnium incommodorum pondera paruipendens, ſolummodo lethaliter abſentia vulneratur. Ecce, inquit, eiicis me à facie tua. Omnis ergo, qui inuenerit me occidet me. Cecinit Claudius Marius Vict. lib. 2. in Geneſ.

Caini à Deo ſeparatio vnica pœna, maledictio, & reliqua incommoda nihil. Gen 4. Marius.

Nam profugum tantum atque extorrem ab vtroque parente
Longius amandat, vaſtaſque relegat in oras,
Et iubet à patriis confeſtim excedere terris.

Preme illam particulam; Profugum tantum. Ac ſi diceret, ſolummodo abſentiæ, & relegationis pœna afficitur, dum ab vtroque parente cœleſti, ac terreno abſtrahitur. Cur non memorat Marius maledictionis æternæ torturam? Cur non recordatur inopiæ terra ſterili ipſi futuræ?

Certè quia cuncta æterna incommoda
quaſi non ſunt, ſi cum ſeparatione
à Parte optimo
componantur.

* * *

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Diſcedite Maledicti in ignem.

Tartarei ignis horrores expendo.

Vbi aſſero, omnium tormentorum colligationem ignem tartareum eſſe, vt vel nomen ſit horribile peccatori.

26. *Anſelm.* ANſelmus ponderans damnatorum ruinam exiſtimat deturbari in ignem cunctorum malorum eſſe colligationem. Addit, *In ignem Iudicium ei fiet ſine miſericordia, qui non fecit miſericordiam.* Sine miſericordia fit iudicium, quando Dominus citra condignum vulnerat peccatores? O ignis horrores, cuius vel appellatio iudicium ſine miſericordia apparet!

27. *Vnus ignis eſt omnium tormentorũ colligatio. Luc. 16.* Fatur expertus Epulo, *Ne & ipſi deſcendant in locum tormentorum.* Luc. 16. Cur non dixit, Tormenti, ſi igne ſolummodo cremabatur? *Vt intingat digitum in aquam, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma.* Porrò vnus ignis omnium eſt tormentorum copulatio, omnium epilogus calamitatum.

28. *Vt Dei iracundia horribilis exprimatur, depingitur igneo. Mal. 3.* Dominum curant Prophetæ deſcribere in impios iracundia ineffabili affectum tot vulnerum illatorem, vt poſſit Dauid proclamare: *Multa flagella peccatoris*; & tandem ſic ipſum deſcribunt: *Quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans.* Mal. 3. *Ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi, ignis deuorans.* Iſai. 30. *Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.* Iob. 26. Intueri tonitruum, id eſt fulmen, è quo tonitrui horrores. Vnde Gregorius lib. 17. Moral. cap. 21. colligit verbi illius: *Diſcedite maledicti in ignem æternum* importabilem ſonitum. Igitur ſi Dei iracundia affecti horror ignis ſpecie exprimitur, quam ineffabiliter miſera erit impiorum cum igne commoratio.

Iſai 30.

Iob 26. Gregor.

29. *In vno igne omnia tormenta recapitulantur. Eccli. 39.* Eccleſiaſticus ad hæc, *Sunt ſpiritus, qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua, & in tempore conſummationis effundent virtutem, & furorem eius. Ignis, grando, fames, & mors. Omnia hæc ad vindictam creata ſunt, beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpentes.* cap. 39. Vidimus in commentario, damnatos cruciandos fame, ſiti, fœtore, tenebris, vermibus, dæmonibus, de quibus loquitur Eccleſiaſticus. At Dominus ſolummodo memorat ignem, *In ignem.* Cur non meminit tot incommoditatum? An non quia igne tradi impios torquendos nec abſumendos omnium incommodorum epilogatio eſt? Vulgariter expono: *E ſel tamo monta di todas las pœnas.*

30. *Ignis tartareus quaſi intellectu præditus, vt ſui Fa-* Recenſens ſapiens Ægyptiorum plagas, quibus à Deo ſunt flagellati, ait: *Nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis perſecutionem paſſi, & per ignem conſummati. Quodam tempore manſuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad eos miſſa erant animalia; & quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardeſcebat vndique: Creatura enim tibi factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus impios.* Sap. 16. An ignis intellectu præditus, qui ſcit parcere animalibus, vt impij dirius torqueantur? huiuſmodi igni traditi damnati. O quomodo intellectu præditus quodammodo ignis ille in Factoris contemptores exardeſcet! Chryſoſtomus hom. ad Heb. 10. *Voluntariè, &c.* fatur, *Ignis ira, qui aduerſarios deuoraturus eſt, vim eius deuorandi declarat, quaſi eum animatum reddidiſſet. Quemadmodum enim fera beſtia concitata, & vehementer ſæua, & ferox nunquam finem facit, dum aliquot rapiat, & deuoret: Sic ignis ille non aliter ac quiſpiam ira incitatus, quidquid comprehenderit, non amittit, ſed diſcerpit.* Ignem illum non quandam animatam feram, ſed *quendam* quaſi dæmonem ira ſuccenſum contemplemur ad impiorum vltionem.

-toris inimicos conſpiciat. Sap. 16.

Chryſoſt.

Ignis ille quaſi dæmõ.

Si conſumeret ignis ille, ſi comminueret non adeò crudelis. At torquet lethaliter ſine letho. Quid horribilius? *Cum occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* Gen. 15. Inter eos, qui iudicij die ſunt diuiſi à beatis, tranſit ignis, ſed non conſumit. D. Bruno, *Iam peracto iudicio, cunctiſque immortalibus factis, tranſire per eos ignis poterit, penitus autem conſumere non poterit.* 31. *Torquet, ſed non conſumit. Gen. 15. Bruno.*

D. Chryſoſtomus hom. 10. in 2. ad Cor. damnatorum tormenta varia & maxima, vincula appellauit ignea; quia in igne omnia continentur. *Si ingreſſi in carcerẽ, & videntes alios pallidos, alios eſurientes, alios in tenebris incluſos, contremiſcimur, horreſcimus: & omnia, ne illuc incidamus, facimus; quando adducti trahemur in gehennæ carceres, quid faciemus? Non enim vincula illa ex ferro, ſed ex igne ſunt.* Et non amplius? Quid de fame, quid de tenebris? Omnia horribilia vno copulantur in igne. 32. *Ignis eſt omnium tormentorum acervatio. Chryſoſt.*

Petrus Rauennas, *Sicut in hac vita non ſolum ab igne, ſed ab aliis quoque elementis pœnæ, ac cruciatus proueniunt: ita etiam illic in aliis elementis ſicut in igne pœna damnatorum conſiſtunt. Scriptum eſt enim, Tranſeunt à frigore niuis ad calorem ignis. At ſolum ait, ite in ignem.* Cur non gerit niuis memoriam? Quia vel frigoris tormenta vno ſatis exprimuntur in igne. Adeò ignis pœnarum ferax. 33. *Vel frigoris tortura in ignis vocabulo continetur. Adeò ignis tormentorum ferax. Chryſol.*

Ieremias ignis illius immanitatem exaggerat, *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.* Thren. 1. Paſchaſius, *Miſit ignem; id eſt, ſupernam vindictam. Ignem miſit, aereas ſcilicet poteſtates, quibus cruciandi poteſtas eſt.* Ignis ille idem eſt ac cuncti dæmones. Qui torquendus tradiditur igni, cunctis aëreis poteſtatibus cruciandus committitur. *In oſſibus meis, vt fortia ſcilicet interius, exteriuſque affligat.* 34. *Ignis ille idem eſt ac cuncti dæmones. Thr. 1. Paſchaſ.*

OBSERV.

Observat. III.

Ad illa verba:

In ignem æternum.

Æternitas damnatorum pœnæ ponderatur,

Sit tibi horror æterni ſupplicij ad vitij fugam, ad virtutis incitamentum.

35. NOn ſolum damnati immittuntur in ignem, quod valde horribile; ſed in æternum ignem, quo nihil horribilius poteſt excogitari. Quid magis tremendum, quam te puluerem conuerti in pœnalem ſubſtantiam, quam nec crudeliſſimus ille ignis conſumere poſt innumera ſecula poſſit?

36. *Ignis ille potens in momento abſumere corpora, quid æternus cruciabit?* Pſalm. 1. Hilar.

David aiebat, *Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Pſalm. 1. Vbi Hilarius, *Quomodo nullus labor eſt vento puluerem diſſipare, ita pœna inferni facile eſt impios delere non relicta ſubſtantia firmitatis; cum puluis, & lutum ſint. At in naturam ſubſtantiæ pœnalis ſunt reſeruati.* O miſeri agnati tormentis æterna duratione. O ignis potens vnico inſtanti corpora comminuere, quid æternus efficies ad impiorum vexationem?

37. *Ignis quaſi intellectualis dicitur duratione æterna.* Thren. 1. Emiſſen.

Animus, & diabolus æternus eſt? Omnis creatura intellectualis æterna? Illum circa hoc ignem intellectualem exiſtima. Illud Ieremiæ expendo: *Miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.* Thren. 1. An intellectus igni ad gerendam eruditionem? Fatur D. Paſchaſius, *Erudiuntur ab igne, qui Deum blandientem audire noluerunt.* Euſebius Emiſſen. homil. 1. de Epiph. *Quantum accreuerit culpa, tantum ſibi ab homine vindicabit flamma rationabilis diſciplina.* Rationabilis quodammodo flamma eſt? Ergo in morem ſpiritus cruciabit æterna.

38. *Æternitas ignis expenditur.* Iſidor. Clar.

Vel vnius diei flamma moritura illico nos deberet ab iniquitate reuocare. Iſidorus Clarius orat. 11. extraord. tom. 1. *Quis veſtrum vno die ignem ferre eligat accepto mille nummorum pretio? Et pro longe minori re non veremini perferendi ignis æterni periculo vosmet exponere?* Et orat. 12. Sic eleganter ignis premit æternitatem: *Si mille annorum vltio intentaretur, deberent omnes ſanè horreſcere; nam qui in hac vita aliquot horarum ſpatio acerbius torquentur, miſerrimi exiſtimantur: at vero mille annis ignibus tradi cruciandum, quanto eſt acerbius? Multo verò magis, ſi decem aut centum millibus annorum hæc pœna eſſet duratura. Quod tamen ſpatium breuiſſimum videretur, & quaſi momentaneum, ſi dictum prius eſſet; tot annorum millibus eſſe in igne commorandum, quot arenæ minutula grana in hoc Templo concluderentur. Rurſus hoc etiam tantum ſpatium ſi milleſimo quoque anno duntaxat granulum vnum auferretur (quæ enim ſecula arena illa exhaurirent?) pro nihilo putaretur, ſi in hanc pœnam illa commutaretur, quæ tenerentur in ignem damnati tot annorum millibus in eo eſſe, quantum arenæ numerus toto hoc, quod inter cælum & terram interiacet ſpatio, comprehendi poſſet. Et tamen contemplatione æternitatis (heu horrendam rerum faciem!) hoc etiam tam penè infinitum tempus pro re gratiſſima optaretur: & centies ac millies repetitum, modo finis aliquis aliquando tandem inciperet apparere. Nam ſine vllo vnquam fine quempiam eſſe torquendum, vltra omnes deſperationis terminos fertur. Quid enim grauius, quam ſemper velle, quod nunquam erit: & ſemper nolle, quod nunquam non erit? In æternum peccator non aſſequetur, quod vult; & quod non vult nihilominus in æternum pati cogetur.*

39. *Æterni depaſcentur impij, ſed non conſumentur, in morem Titij.* Pſalm. 48.

Vicem damnatorum Dauid piiſſimus dolebat, cum lamentaretur, *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Pſalm. 48. Ad quæ D. Fulgentius premens particulam, *Mors depaſcet*, ait: *Quemadmodum cadauerum omnium caro cibus eſt vermium, ita animarum damnatorum vita eſt mortis eſca. Eo ſanè modo, quo in pratis herba depaſcitur, quæ non à radice, vbi illius eſt vita, conuellitur, ſed carptim tonſa à pecoribus inciditur. Sic anima in pœnis illis infinitis poſita, ſua abſque ſubſtantiæ conſumptione, ac iactura à perpetuo tanquam vulture dilaniatur morſu, ſed non abſumitur.* Titij pœnam nunquam intermorituram recolis particula illa: *Tanquam vulture.* Iecur enim miſeri à vulture depaſci obiicitur, rurſus tamen ad nouos recreari cruciatus.

40. *Apprehenſio æterni cruciatus horribilior cruciatibus æternis?* Iob. 14. Bernard.

Profectò æternitatis illius ignis à damnatis cogitatione comprehenſa ipſa erit horribilior æternitate. Iob aiebat, *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus.* cap. 14. Vbi Titelmanus refert id ad iudicium extremum, quod adeò præſentiebat damnatis horribile, vt dum furor in illo articulo in iudicis ore ſcintillaret: *Diſcedite in ignem æternum*, eligeret cum damnatis in gehennali incendio cruciari, quam ſpectare Iudicem Chriſtum, qui (teſte Bernardo) *totus igneus apparebit.* Totus inquam, quaſi ſuam durationem æternam eis igneam oſtentet. Veſtræ pœnæ duratio Dei imitabitur durationem. Dum ergo Deus *totus* damnatis oſtenditur *igneus*, menti illorum præſentat totam æternitatis durationem. Hæc igitur apprehenſio, ſeu comprehenſio totius ſimul æternitatis horribilior eſt ipſa tartarea pœna; quia hæc ſucceſſione temporis torquebit æternùm, illa autem tota ſimul excruciat.

41. *Quærent mori, & non inuenitur.* Apoc. 9. Innoc. Gregor. Auguſt.

Vt Ioannes exaggeret æterni illius ignis horrorem, ait: *Quærent mortẽ, & non inuenient*, Apoc. 9. Quam nunc horribilis mortis aſpectus, quam amara memoria. *O mors quam amara eſt memoria tua!* Attamen quam dulcis mors ipſa damnatis exiſteret! D. Innocentius lib. 3. de contemp. mundi, cap. 9. *O mors quam dulcis eſſet, quibus tam amara fuiſti! Te ſolam deſideranter optabunt, qui te ſolam vehementer abhorruerunt.* Et Gregorius lib. 9. Moral. cap. 48. *Fit miſeris mors ſine morte; finis ſine fine; quia & mors viuit; & finis ſemper incipit.* Conteſtatur Auguſtinus lib. 3. de ciuit. cap. 11. *Nunquam erit homini peius in morte, quam vbi erit ſine morte mors.*

42. *Deſperatio horribile tormentum in rota.* Seneca.

Seneca ait Epiſt. 4. *Nullum malum magnum, quod extremum eſt. Mors timenda erat, ſi tecum eſſe poſſet. Neceſſe eſt, aut non perueniat, aut pertranſeat.* O ignem æternum, vbi cum damnatis ſemper mors commorabitur. *Sagitta tranſeunt*, ô Domine; labores temporarij terminantur; *Vox autem tonitrui tui Diſcedite in ignem æternum in rota* æternitatis voluitur. Neceſſariò pertranſit temporaria mors, non pertranſit æterna.

æterna. Hinc crudeliſſima damnatorum deſperatio. Cyprianus Tract. de Aſcenſ. *Omni tormento atrocius deſperatio condemnatos affliget. Non miſerebitur vltra Deus, neque tunc audiet pœnitentes.*

Cyprian.

43. *Numquid in æternum proiiciet Deus? aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet à generatione in generationem?* Pſalm. 77. Respondeat Samuel, *Triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam.* 1. Reg. 15. Ergo *cremabit addictos* (loquor cum Cypriano ad Demetrianum) *ardens ſemper gehenna, & viuacibus flammis vorax pœna. Non erit, vnde tormenta habere poſſint vel requiem aliquando, vel finem.* Non erit vnde? Ab infinita Dei miſericordia ignis terminum accipiet. Obliuiſcetur miſereri Deus, in æternum proiiciet, ſuam abſcindet miſericordiam, in ira ſua ſuas miſericordias continebit. *Immittam*, inquit, *furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor.* Ezech. 7. Quid horribilius?

Non erit, vnde tormenta poſſint terminari, nec imminui, quia Dei miſericordia non exaudiet.
Pſal. 77.
1. Reg. 15.
Cypr.
Ezech. 7.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam ætrnam.

Cogimur ex æternitatis contemplatione, viam arctam virtutis arripere.

Deſperatæ enim ſalutis qui ex aſpectu ignis æterni non flectitur.

44 ORigenes ad hæc, *Æternam nominat pœnam, vt vitemus mala, & appetamus bona.* Aptius inferret, vt cogamur mala vitare, & bona appetere. Quis enim ad æterni ignis conſpectum non effugiat vitij ditionem & ad arctiſſimam virtutis viam non deferatur?

Origen.

45. Monebat Dauid, *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum: ne quando rapiat, & non ſit, qui eripiat.* Pſalm. 49. *Hora*, ait Apoſtolus, *eſt, iam nos à ſomno ſurgere.* Roman. 13. Huc vſque ſomno vacaſtis, neceſſariò vos hæc terribilis Dei ſententia, hoc horriſonum tonitruum ad pœnitudinem excitabit. D. Anſelmus in lib. de Miſeria homin. *Proh lethalis ſopor, ad quem excitandum raucum eſt tam terrificum tonitruum!* Deſperata ſalus dormientis inter tot æternitatis miſerrimæ voces. *Quid dormitas anima tepida, & digna euomi, quid dormitas? Qui non expergiſcitur, qui non tremit ad tantum tonitruum, non dormit, ſed mortuus eſt.* O ſalutem deſperatam!

Horriſonum tonitruum hoc excitat dormientes.
Pſal. 49.
Rom. 13.
Anſelm.

46. Ait Habacuc, *Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* cap. 3. Quænam itinera æternitatis niſi illa de quibus iudex, *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti verò in vitam æternam?* Quid ſi mea profectio viam mortis arripiat? Audi Sebaſtianum Barradium meum tom. 3. lib. 10. cap. 12. *Incuruantur ſane colles, & montes mundi, hoc eſt, ſuperbi, & elati homines ſub itineribus æternitatis, ſi illam mente complectantur. Quis enim non incuruetur, humilemque agat pœnitentiam, ſi itinera illa omni fine carentia conſideret, quæ neceſſe eſt, hominem impium conficere per tormenta acerbiſſima?*

Vel ſuperbi incuruantur æterni ignis, & via ad tartarum aſpectu.
Habac. 3.
Barrad.

Certè gehennam continuè timens non incidet in gehennam. Chryſoſtomus hom. 5. ad Popul. *Gehennam time, vt nunquam in gehennam decidas, continuè hoc caſtigatus metu.* Et Bernardus ſermon. de Conuerſ. ad Cler. *Hæc qui pauet, cauet: qui negligit, incidit.* Gregorius ad Venantium Italiæ Cancellarium lib. 1. epiſt. 33. fatur: *Culpam tuam penſa, dum vacat; diſtrictionem futuri iudicij, dum vales exhorreſce. Ne tunc illam amaram ſententiam audias, cum iam nullis fletibus euadas. Penſa, quod ſcriptum eſt, orate, ne fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato.* Matth. 24. *In hyeme, vel Sabbato fugere conatur, qui iram diſtricti iudicij tunc appetit fugere, quando ei iam non licet ambulare. Dum vacat, dum licet, animaduerſione tanti terroris, fuge.* Heu *Facilis deſcenſus Auerni, ſed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras* impoſſibile. 47.

Qui timet gehennã, in eam non incidet.
Chryſoſt.
Bernard.
Gregor.
Matth. 24.
Virgil. Æneid. 6.

Pudeat te, magis, vt recedas ab impietate, commoueri ex temporalium bonorum amiſſione. *Quicumque non exierit, & ſecutus fuerit Saul, & Samuel, ſic fiet bobus eius.* 1. Reg. 11. Vbi Lyranus, *Tunc erat cõminatio magna pœna, quia diuitiæ in illo tempore pro maiori parte in animalibus conſiſtebant. Noluit autem comminari Saul pœnam mortis, vel mutilationis in principio Regni ſui, ne nimio rigore incipere videretur.* Nimius rigor mutilatio, aut temporaria mors? Quid æterna cum igne veraci morte commoratio? Porro ad prœliandum affecti fuere ex amiſſionis diuitiarum periculo. *Inuaſit timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus.* O popule Chriſticola ſtulte, & inſipiens, quotiens ob pericula diuitiarum alliceris ad præſtandum terricolæ Principi obſequium, & æterni cruciatus pericula contemnis? *Dum tempus eſt*, (inquit Chryſoſtomus hom. 49. ad Popul.) *præoccupemus faciem eius in confeſſione, vt minaces illas virtutes effugiamus. Nonne videmus terrenos milites Principibus ſeruientes, quomodo criminoſos trahunt, quomodo ligant, quomodo faces tormentis adhibent? Sed hæc omnia ludicra, & riſus ad illa ſupplicia. Nam temporanea ſunt hæ pœnæ; illic verò nec vermis moritur, nec ignis extinguitur.* Cur id mente non pendis? 48.

Plus afficeris pœna temporaria, quã æterna?
1. Reg. 11.
Lyran.
Chryſoſt.
Ludrica tormẽta temporanea, ſi æternis comparentur.

Iſidorus Clar. citatus adiecit, *Si cui veſtrum teterrimum carcerem, & exquiſitas pœnas iudex aliquis eſſet interminatus, toto illo tẽpore, quo id expectaretur, imago illa malorum etiam inuitis animo obuerſaretur: quamquam illa cogitatio nihil imminuere de intenta pœna poſſet, ſed adderet potius præſentem mœrorem futuro dolori. Qui ſane, ſi ſperaretur ita cogitando eſſe imminuendam, dies noctesque in cogitatione immoraretur. At cum iſta æternarum pœnarum contemplatio maximè idonea ſit efficere, vt eas euadamus: quæ eſt hæc hominum inſania tam rarò, aut fortaſsè nunquam rem tanti ponderis, cui cætera ſi comparentur, nihil ſunt, in conſilium adhibere?* Pulchrè planè. Preme illud: *Cum iſta æternarum pœnarum contemplatio maximè idonea ſit efficere, vt eas euadamus.* Quis enim mentis compos oculis mentis æternum ignem intuebitur, & non ſe ad frugem meliorem recipiet. 49.

Inſania nõ contemplãri pœnam æternam ad correctionem neceſſariã, ſi ſatuum nõ eſſet.
Iſidor. Clar.

Deus

50. Deus Noëmo, *Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram.* Geneſ. 9. Vbi Strabus ex Rabano. *Arcus duos habet colores cæruleum, & igneum, qui duo iudicia exprimunt. Vnum aquæ, quod præteriit: aliud ignis, quod venturum creditur in fine ſeculi. Vnde cæruleus color extrinſecus, igneus vero intrinſecus.* Cur Dominus voluit arcu iudicij, tartarique ignem horribilem fulgurare? Reſpondet ingenioſus Societatis Interpres, Color igneus ignem iudicij, aut gehennæ repræſentat; qui tantum contemplanti timorem incutiet, vt euaſionis ſit ſignum, & incolumitatis prognoſticum. Attolle ergo contemplationis oculos ad ignem æternum, cuius horrendæ minæ tutum periculi aſylum erit.

Vel à longe viſum ignis æterni documentum debet nos terrere, & allicere ad virtutem. Geneſ. 9. Strab.

51. Haud ex huiuſmodi excitaris, & commoueris aſpectu? Deſperata ægrotantis miſeri ſalus. D. Baſilius hom. 7. in diteſcen. *Quibus verbis te curabo? Quomodo loquar? Regnum Dei non curas, gehennam non times: quam animæ tuæ medicinam idoneam inueniam? Si enim horribilia non metuis, clara inſuper & pulchra deſpicis: diſputamus cum corde lapideo.* O Pharaone duriorem!

Deſperatus, qui non ex hac conſideratione corrigitur. Baſil.

52. Ideo D. Chryſoſtomus homil. 13. in Matth. aſſerit à Gentilibus affirmari Chriſticolas aut fatuos. Si vera profitentur impiorum æterna ſupplicia, cur tam prauè operantur? O incredibilem fatuitatem. *Incredulos iis non commoueri, non mirum; ſed nos, qui credimus, maximè obſtupeſcendum eſt, quod ita viuamus.*

Fatuus eſt homo, modi æternitatis contemptor, aut infidelis. Chryſoſt.

53. Exiſtimo id ex conſiderationis prouenire defectu. Lamentatur D. Gregorius homil. 26 in Euangel. *Si aliquis veſtrum cum ſuo aduerſario cauſam acturus in meo tribunali die craſtino eſſet exhibendus, totam fortè noctem inſomnem duceret; quid ſibi dici poſſet, quid obiectionibus reſpondere, ſecum ſollicita, & æſtuante conſideratione verſaret: ne me inueniret aſperum vehementer metueret; ne apud me appareret noxius, formidaret. Et quis, aut quid ego? Nimirum non longe futurus poſt hominem vermis: atque poſt vermem puluis. Si ergo tanta cura pertimeſcitur iudicium pulueris, qua intentione cogitandum eſt, qua formidine prouidendum tanta iudicium Maieſtatis?* Chryſoſtomus autem homil. 2. in 2. ad Theſſ. admiratur, *Dic mihi, homo, cum ſiſtendus ſis ante tribunal Chriſti, quænis potius, quam de ea loqueris. Cum ſit tibi lis apud iudicem ſæpe verbis tenus non noctu, non interdiu, non aliquo temporis momento aliquid aliud loqueris: ſed perpetuò de illa re. De tota autem vita tua rationem redditurus, & iudicium ſubiturus*, (fortè damnationis æternæ) *nec eos quidem toleras, qui hoc iudicium, hunc ignem æternum tibi in mentem reuocant.*

Defectu modo actionum procedunt hæc. Gregor.

Chryſoſt.

LIBER

LIBER TERTIVS.

IESVS SIGNO IONÆ EXHIBITO SVAM MORTEM PRÆDICIT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput duodecimum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu IESV prophetantis FRVCTVS TERTIVS.

PETENTIBVS ſignum de cælo oſtentati à Domino, illis minimè dandum ait, quale volebant, ſed è terra potius, quod eos maximè condemnaturum ſit. Reportant planè aptum malignitati ſuæ reſponſum: in filios videlicet degeneres, & ſceleratos Ionæ ſignum rectè competere aluo piſcis olim triduo incluſi: cuius monitis Niniuitæ etiam deploratæ improbitatis homines reſipuerint. At ſimul miſericordiæ totius Pater mortem ſuam prædicit in deſperatorum criminum medicamen. Quam appoſitè Reginæ Auſtri adnotatur exemplum. Ad horrorem ne? Certè illa Auſtri Regina horrorem tunc peccatoribus incuſſit. Sed mox veræ Auſtri Principis Mariæ à fœmina illa pia & vbera & vterus collaudantur ad peccatoris ſpem. Fatur Richardus Laur. lib. 6. de laud. Virg. *Regina Maria deſignata eſt per Reginam Saba. Saba interpretatur conuerſio, vel incenſio. Hæc eſt Maria, quæ peccatores non condemnat vt illa: (& condemnabit eam) ſed conuertit, & eorum affectus per charitatem incendit.* Vtique ad pœnitentiam, vt mortis Filij in Iona ventre piſcis incluſo figuratæ fructibus potiantur.

Richard. Laur.

MATTHÆVS

MATTHÆVS CAP. XII.

VERS. 38. MAGISTER, volumus à te ſignum videre.

39. Qui reſpondens ait: Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ.

40. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

41. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ; & ecce pluſquam Ionas hic.

42. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam; quia venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis; & ecce pluſquam Salomon hic.

43. Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit.

44. Tunc dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.

PARAPHRASIS.

38. MAGISTER (*inquiunt Phariſæi*) *nos, qui plebei non ſumus, ſed eruditi, cupimus ex te aliquod ſignum è cælo eximium proficiſcens videre; quod declaret, te cuncta ex Deo perficere.*

39. IESVS *autem ſciens ſubdolam eorum cogitationem, ac obſtinatum malitiam, O nationem, inquit malam, & adulteram Deum ſponſum derelinquentem! Non dabitur ei ſignum de cælo, quod calumnietur: ſed quo conuincatur; & ſi conuerti nolit, pereat. Ionæ miraculum, qui abſorptus à bellua maris poſt triduum redditus eſt viuis mirantur?*

40. *Hoc & illis ſat erit ſigni, ſi quem ſua malitia occiderunt, videant virtute diuina reuiuiſcere. Quemadmodum Ionas fuit in ventre belluæ marinæ tribus diebus, ac tribus noctibus & Dei auxilio redditus eſt littori viuus: ita Filius hominis triduo, ac trinoctio futurus eſt in corde terræ mortuus, die tertia reſuſcitandus Dei potentia.*

41. *Sed Niniuitæ, quos contemnitis idololatras, ſurgent in iudicio diuino, vóſque, ſi cum illis conferamini, merito damnatos declarabunt, ſi quidem Ethnici illi ad Prophetæ minas expauefacti, ſe ſe ad pænitudinem deiecere. Et ecce hic eſt Iona maior, qui vobis fruſtra prædicat.*

42. *Quin & Regina Saba in iudicio in probrum, & condemnationem huiuſce generationis exorietur, quod ad rumorem è longinquo allatum, relictoque Regno, Patriaque ſua, tam longo itinere ſit ad Salomonem profecta, tantum ſapientiæ auditæ. Et ecce hoc in loco eſt, qui Salomone eſt maior. Quid enim ſimile geſtit Salomon, qualia me videtis gerentem, aut quid ſimile Salomon docuit?*

43. *Porrò quid eſſet illis euenturum, annunciat, adhibens dæmonio malo obnoxij hominis ſimilitudinem. Cum ſpiritus, ait, immundus exierit ab homine, exul hoſpitio veteri, obambulat per loca arentia, ſteriliaque, quærens vbi requieſcat, nec inuenit.*

44. *Tunc ait ſecum, Reuertar in domum meam, vnde exiui, vbi venit, offendit eam ornatam, purgatamque, ſed vacuam hoſpite. At videns eſſe locum, nec ab alio quoquam occupatam, non contentus ipſe remigrare ſolus*

45. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe; & intrantes, habitant ibi; & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

45. Tunc ſeptem alios ſpiritus ſe deteriores aſciſcit, ſimulque ingreſſi domum, habitant ibi. Fitque, vt homo grauius diſcrucietur, quã antea diſcruciabatur. Sic eueniet huic Nationi peſſimæ. Hac imagine Dominus pertinacem malitiam Iſraëliticæ gentis ad ſuos relabentis mores, notabat. Per legem, per Prophetas, per Moyſem, per Dei Filium emendata, illico non ſolum renouauit, verum etiam multis partibus omnium maiorum ſuorum ſuperauit impietatem ad ſuum rediens ingenium.

46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater eius, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

46. Cum hæc loqueretur populo, venit Mater IESV *conſobrinis aliquot illius comitata, qui illum cupiebant conuenire.*

47. Dixit autem ei quidam, Ecce Mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te.

47. Cum autem non poſſent illum adire ob turbam conferſam, & obſidentem fores domus, voce quaſi per manus tradita, quidam interpellans ſermonem IESV, *renunciauit illi, adeſſe pro foribus Matrem, & fratres ipſius, qui colloquium poſtularent.*

48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei?

48. IESVS *autem docere volens, minimum eſſe tribuendum talibus affectibus, quoties negocium agitur Euangelicum, Quænam eſt, inquit, Mater mea? & quinam ſunt fratres mei? Cæleſti negocio occupatus Matrem, ac fratres minimè agnoſco.*

49. Et extendens manum in Diſcipulos ſuos, dixit, Ecce Mater mea, & fratres mei.

49. Ac porrecta manu in Diſcipulos ſuos, qui iuxta ſedentes tacitè, auidique doctrinam ſalutiferam combibebant. Si verè ait, cognatos noſſe vultis, hi ſunt Mater mea, & fratres mei. Nullam hîc ſexus aut ætatis diſcrimen, nulla ratio propinquitatis.

50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt; ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt.

50. Quicumque paret Patris mei, qui in cælis eſt, voluntati, is mihi Mater eſt, is ſoror, is frater. Spirituum affinitatem magni facio, non corporum. Hanc ſibi quiſque parare poteſt. Vt quiſquis illius voluntati maximè obtemperat, ita mihi coniunctiſſimus eſt, & chariſſimus.

SECTIO PRIMA.

Ionæ ſignum.

TEXTVS.

VERS. 38. MAgiſter volumus à te ſignum videre. 39. Qui reſpondens ait illis, Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ. 40. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De generatione mala & adultera ſignum poſtulante.

1. *Quorſum ſignum poſtulant, qui tot viderant?* Luc. 11. Hieron.

MAgiſter, volumus à te ſignum videre.*] Redarguit Dominus Phariſæorum blaſphemiam, & tamen ex ſcribis & Phariſæis quidam miraculum poſtularunt. Sed quorſum ſignum poſtulant, qui tot miracula iam aſpectarant? Lucas reſpondet, *Et alij tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.* cap. 11. Nouum quærebant ſignum in cœlo excitari. Hieronymus, *Volebant, vel in morem Eliæ, ignem è ſublimi venire; vel in ſimilitudinem Samuelis tempore æſtiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruſcare fulgura, imbres ruere.* Id tentantes, non bono animo poſtularunt.

2. *Cur adulteram generationem appellauit?* Maldon. Abul. *Auctoris expoſitio.* Hieron. Ezech. 16. Theoph. Euthym.

Qui reſpondens, ait: Generatio mala, & adultera ſignum quærit.] Aſpero quidem blando tentatorum verbo reſpondet. Maldonatus generationem adulteram interpretatur *degenerem*, quæ à maioribus ſuis deuiauit. Abulenſis *indignam honore*, ſicut adulterini filij: Aptius puto adulteram appellari generationem, quia relicto Deo diabolum ſequebatur idololatria, iniquitate, inuidia. Quemadmodum ea mulier vocitatur adultera, quæ marito relicto, ſequitur amantem. Hieronymus, *Egregiè dixit Chriſtus. Generatio adultera, quia dimiſerat virum, & iuxta Ezechielem 16. multis ſe amatoribus copulauerat.* Theophylactus, *Adulteram generationem vocat, quia deſciſcebant à Deo, & adhærebant dæmoniis.* Et Euthymius, *Adulteram generationem dixit Chriſtus propter progenitorum à Deo defectionem, qui olim fide à Deo diſiuncti, fidei dæmonum adhæſerunt. Adulterium quippe etiam nominauit idololatriam veteris Teſtamenti ſcriptura.*

3. *An promiſſo ſteterit, multa ſigna dando Phariſæis?* Chryſoſt. Euth. *Improbo alias expoſitiones.* Barrad.

Et ſignum non dabitur ei.] Data ſanè poſtmodum multa ſigna Iudæis. Si ſe daturum negarat, quomodo promiſſo non ſtetit? Reſpondeo cum Chryſoſtomo, non fuiſſe excitata miracula propter illos Phariſæos qui petierant; ſed propter alios. Euthymius, *Fecit Chriſtus ſigna, ſed non propter eos, nam obdurati erant; ſed propter aliorum vtilitatem.* Scio aliquos bonæ notæ interpretes aſſerere ſignum de cœlo, quale petebant, eis non dediſſe. Quibus obiicio ſignum de cœlo ſolis defectum, & Patris vocem extitiſſe. Barradius ſic exponit, *Signum non dabitur eis, quo ſcilicet efficaciter me cognoſcant.* Porrò Phariſæi ſignum abſolutè tentantes quærebant, non quo efficaciter ipſum agnoſcerent.

§. II.

De ſigno Ionæ dato Phariſæis.

4. *Tentantes, non ex fide petebant.*

NIſi ſignum Ionæ Prophetæ.*] Cur Chriſtus ſignum aliud petentibus, non dedit? Euthymius, *Quia non ex fide, ſed ex dolo tentando, ſignum petebant.* Dare noluit, me iudice, curioſa, & inutilia miracula, qui vtilitati proximi ſuas litarat actiones ex Patris voluntate.

5. *Signum reſurrectionis exhibet.*

Signum ergo Reſurrectionis exhibet, quoniam ipſis nunciata eſt à ſepulchri cuſtodibus, ab Apoſtolis multis miraculis confirmata, à plurimis Iudæis in Iudæa, & à Gentibus totò credita orbe. Quare Chriſtus ſignum Reſurrectionis poſtea futuræ exhibuit? Prædicere mortem ſuam voluit, ac Reſurrectionem: vt poſtea crederent, qui multo antea prædictam ſcirent. Addo ſignum Reſurrectionis ſignum fuiſſe de cœlo, quale Iudæi poſtulabant; quoniam cœleſti gloria, & immortalitate Chriſti corpus fulgens obiicitur. Sequor Theophylactum, Euthymium, & alios. Theoph. & alij.

6. *Expenditur de Reſurrectione locus hic.* Euthym. Chryſoſt. Gloſſ. Interl. & alij. Theoph. Hieron. & alij.

Probo ex proximis verbis: *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Cor terræ ſepulchrum appellatur. Euthymius, *Cor terræ intelligit ipſius profunditatem. Nam in profunditate illius lapidi inciſum erat ſepulchrum.* Chryſoſtomus homil. 44. in Matth. *In corde terræ dicit Dominus, vt ſepulchrum denotet.* Conteſtantur Gloſſa Interlin. Beda, Abulenſis, Hugo, & Thomas 3. part. quæſt. 51 art. 4. Theophylactus autem cor terræ limbum exponit, in quem Chriſti anima poſt mortem deſcendit. *Poſtquam Chriſtus in cor terræ, in infimum locum infernum deſcendit, reſurrexit.* Hærent Hieronymus Ion. 2. & Ezech. 27. Ambroſius Epheſ. 4 & alij. An non vtraque & de ſepulchro, & de limbo expoſitio vnam halat Reſurrectionem?

7. *Maldonati ſententia non probatur.*

Porrò Maldonatus cenſet à Chriſto ſignum condemnationis datum Iudæis. Signum ſiue argumentum condemnationis eorum erat, quod cum Niniuitæ gentiles legemque ignorantes ad vnum Ionæ verbum hominis peregrini crediderint, & pœnitentiam egerint: illi tot Chriſti auditis verbis, tot miraculis conſpectis, non modo non crediderint; ſed dæmonium eum habere dixerint. Ergo his verbis nihil aliud Chriſtus docere voluit, niſi ſe Iudæis eſſe, quod Ionas Niniuitis. *Quaſi verba hæc,* ait, *non ſignificent datum ſignum, ſed veluti per parentheſim ſint addita.* Porrò verba illa manifeſtè oſtendunt, datum ſignum. Teſtor particulas, *Sicut*, & *enim*. Præterea Dominus ait, *Non dabitur ſignum niſi ſignum Ionæ.* Id eſt, dabitur eis ſignum Ionæ, nempe quod ipſo præceſſit in Iona. At quod Niniuitæ egerunt in ipſo Iona minimè præceſſit. Apertius Lucas, *Signum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita erit Filius hominis generationi iſti.* cap. 11. Filius ergo hominis reſurgens poſt obitum, & ad inferos deſcenſionem vt Ionas Niniuitis, Iudæis ſignum præſentatur. Luc. 11.

8. *Quomodo Chriſtus in corde terræ fuerit tribus diebus, & tribus noctibus?* Auguſt.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c.] Quonammodo Chriſtus tribus diebus, & tribus noctibus apud inferos fuerit, ſi roges; cum Auguſtino reſpondeo Synecdoche vſum, partem diei & noctis pro toto die ac nocte recenſendo. *Primus,* ait, *dies à parte extrema numeratur, tertius à prima nocte.* Alibi Doctor, *Quidam ignorantes Scripturæ locutionem noctem dixerunt tres horas, quibus obſcuratus eſt ſol, & tres inſequentes, diem; ſed vbi erat tertius dies? Intellige ergo à parte totum.* Sic omnes.

§. III.

De Niniuitis, & Regina Auſtri Iudæos condemnatura.

9. *Comparationis iudicio Niniuitæ Iudæos condemnaat.*

VIri *Niniuita ſurgent cum generatione iſta, & condemnabunt eam*, &c. Niniuitæ gens erat à Dei cultu aliena; Ionas ignotus, & humilis ad eos venit. Nullus illum commendarat, atque eius aduentum prædixerat, nulla edebat miracula, nullum ſibi conciliauerat beneficiis, nihil magni promittebat; tantum exitium comminabatur, neque diutius quam triduo prædicabat. Chriſtus promiſſus Prophetarum oraculis, toties commendatus teſtimonio Ioannis, teſtimonio Patris, popularis veſter, & ex iiſdem ortus maioribus, quibus vos gloriamini: tanto iam tempore docet vos, tot miraculis, teſtificatur non eſſe vanam doctrinam. Tam multos gratuitis beneficiis adiuuit; & non intonat ſæuas minas ſed vltro omnium criminum remiſſionem pollicetur, Regni cœleſtis æternam offert felicitatem: & dicitur habere ſpiritum Beelzebub: capitalibus inſidiis appetitur. Tantum abeſt, vt flectamini ad pœnitentiam tanto viro, tanto Deo (quo minimus Ionas) prædicante. Ergo in Dei iudicio Niniuitæ ſurgent, voſque meritò damnabiles acclamabunt.

10. *De Auſtri Regina. Ioſeph.*

Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, &c. Auſtri Regina, quam Ioſephus lib. 9. Antiq. cap. 6. Nicaulam nominat) in iudicio aſſeritur ſurrectura aduerſus Iudæos, quod ad rumorem è longinquo allatum, Regno relicto, tam longo itinere ſit ad itinere ſit ad Regem Salomonem profecta non metu aliquo commota, ſed ſolius ſapientiæ auiditate. Nec adiit ſolum, ſed & ingentia munera ſecum attulit. Et cum apud illos eſſet, qui Salomonem tanto excederet incremento, omni contumeliarum eum genere afficiebant, inſuper in beneficum molientes atrociora. Quid ſimile fecit Salomon, aut docuit qualia IESVM gerentem, ac docentem videbant?

11. *Quanã Regio Saba?*

Quænam Regio Saba? Hieronymus in Trad. Hebr. duplicem Saba aſſeruit, alteram ſcribi per ש *ſchim* Hebræam literam *ſchaba*, & ſignificare Arabiam. Alteram per ס *ſamech*, *Saba*, & eſſe Sabæam thuriferam Regionem. Vnde Poëta Georg. 1. *Virgil.*

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Hæc duo nomina ſacro coniuncta Carmine, *Reges Arabum & Saba dona adducent*. Pſ. 71. Hebraicè Reges שבא, *ſchaba*, id eſt Arabiæ, & סבא, *Saba* dona adducent. Exiſtimo nomen Saba, vnde hæc Regina ad Salomonem venit. 3. Reg. 10. & 2. part. 9. per *ſchim* ſcribi. Cum autem ſcriptũ ſic ſignet Arabiã, colligo, Reginam Arabis imperaſſe. Sic Lipom. Geneſ. 10. Pererius, & alij. Hieronymus Iſai. 61. *Madian, & Epha Regiones ſunt trans Arabiam, omniſque Prouincia appellatur Saba, vnde fuit & Saba Regina.* Cur autem à Domino *Auſtri Regina* vocitatur? Quia Arabia felix Auſtralis eſt Iudæis. Quare dicitur à terræ finibus aduentaſſe? Quoniam Arabia felix duplici mari, id eſt, ſinu Perſico, & Pelago Rubro clauditur; atque adeò finis eſt terræ illius. *Lipom. Hieron.*

12. *Regina Æthyopum. Ioſeph. Abul. & alij. Hieron.*

Profectò Ioſephi 2. Ant. c. 10. teſtimonio cogor aſſerere, Reginam illam in Saba ciuitate Meroë, & in Æthyopia regnaſſe, quæ iuxta Ægyptum eſt. Sic Abulenſis 3. Reg. 10. Maldonatus, Ianſenius. Hieron. Iſa. 43. *Pro Syene reliqui interpretes poſuerunt Saba, vnde fuit Regina Auſtri, qua venit audire ſapientiam Salomonis.* Eſt autem Syene ciuitas in confinibus Æthyopiæ, atque Ægypti. LXX. *Saba* Syenem interpretatur.

13. *De iudicio Niniuitarum, &c.*

Surgent in iudicio.] Quale iudicium, Hieronymus expreſſit; *Niniuitæ, & Auſtri Regina condemnabunt Iudæos, non ſententia poteſtate, ſed comparationis exemplo.* Alij exponunt non iudicaturos Niniuitas, aut Auſtri Reginam: ſed accuſaturos; quia iudicum eſt ſedere, ſurgere accuſatorum. Reſpondeo Græcè ſurgere idem ac *reſurgere, excitari*. Niniuitæ reſurgent, Auſtri Regina excitabitur in iudicio, & comparatione Iudæos condemnabunt. *Pluſquam Salomon hic.* Hic Græcè *ὧδε, hoc loco.* Hoc loco, ſeu inter vos maior eſt Iona, & Salomone.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX IONÆ SIGNO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Magiſter volumus à te ſignum videre, &c.

Signum damnationis Iudæis datur à Domino, quia miraculum futurum expectant, vt ſe ad frugem meliorem recipiant.

Nam ad gerendam pænitudinem quodlibet futurum perſculoſum eſt. Si fieri poſſet, agenda eſſet pænitudo, quum piaculum perpetratur.

14. *Iſidor. Peluſ.*

PRÆMITTAM Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſt. 154. *Niniuita comminationem extimuerunt, & ad inopinatum euentum exterriti ſunt. Nos ingrati aduerſus eum manemus, atque ad reſipiſcentiam inflexibiles,*

inflexibiles. Si è cœlo ſignum excitas, ô Domine, illicò conuertemur. *Signum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ*, in damnationis vtique documentum. Terræ cor, ſiue Tartarus obiicitur eis, qui pœnitentiam differre moliuntur. Nulla enim in futura pœnitudine certitudo.

15. *Vel qui præſens tempus amant, debent inuigilare, ne labatur occaſio.* Senec.

Seneca profatur epiſtol. 22. *Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt, occaſionem obſeruare properantem. Itaque hanc circumſpice: & ſi videris prende.* Vel qui præſentes ſunt, id eſt, præſentis temporis, ad actiones vtiles, amatores exiſtunt, maxima debent affici vigilantia, ne occaſio prætergrlabatur. Quid futuri temporis amatores?

16. *Dum de pœnitentia gerenda cogitas, aſſolet aliquando pœnitudinis occaſio euolare.* Auſon.

Elegans Auſonij diſcurſus. Mulier apparet viro roganti: Quænam ô fœmina? *Paucis occaſio nota.* Cur non ſedes? *Stare loco nequeo.* Cur alatos pedes oſtentas? *Volucris ſum.* Cur coma, velut velamine, facies obtegitur? *Cognoſci nolo.* Capitis tui pars capillis orbatur; quare precor? *Ne tenear fugiens.* Quænam iſta mulier, quæ tibi comes hæreſcit? *Metanœa* (ait illa) *vocor, nempe vt pœniteat.* Quare tecum apparet? Si quando volaui, hæc manet, hanc retinent, quos ego præterij. Addit perpulchrè,

Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

O quotiens eo ipſo tempore, quo meditaris operam dare pœnitudini, occaſione elapſa è manibus Metanœam apprehendis, vt pœniteat, quod non illico poſt piaculum pœnituerit.

17. *Dum virgines fatuæ curant pœnitentiam agere, ob futuri procraſtinationem damnantur.* Matth. 25. Auſon.

En ſtultas virgines. *Dum irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad Nuptias, & clauſa eſt ianua.* Matth. 25. Preme particulam, *Dum irent.* Si in diem alteràm olei differrent emptionem, non miraret affici damnationis ſupplicio. At dum pergunt emere, *dum* ſatagunt pœnitentia affici è Regno lamentantur expulſæ? Reſpondeat Auſonius, *Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris*, &c. Dum moliris pœnitere, dum is emere oleum *elapſam dices* occaſionem *è manibus.* Ergo non eas ad pœnitendum, ſed illicò pœnitere cura. Vnde Ephren lib. 1. de Pœnit. *Hoc oſtium pœnitentiæ apertum eſt; feſtina peccator, priuſquam occludatur.* Non feſtines emere oleum, ſed feſtina domum ingredi pœnitudinis. Iter ad oleum emendum pœnitentiæ eſt apparatus, ingreſſio oſtij ipſa eſt pœnitentia. Ne ergo te cures ad pœnitentiam differendo diſponere; fortaſsè enim *dum* pergis emere damnaberis; ſed illico te ad domum recipe pœnitentiæ.

Ephren.

18. *Si fieri poſſet, deberes agere pœnitentiam, dũ delinquis.* Eccli. 51.

O periculum vel minimæ dilationis! Si fieri poſſet, ipſum peccati gerendi tempus pœnitentiæ eſſet aptandum. Eccleſiaſticus, *Operamini opus veſtrum ante tempus.* c. 51. Quidnam *Ante tempus?* Cum eſt tempus delinquendi, & non poteſt eſſe pœnitendi tempus, quodammodo deberes conuerti ad Dominum, ne vel tempore mox procedente, ſerò exſurgas, & pœniteat, quod non ante tempus pœnituerit. Huiuſmodi exaggeratio D. Gregorium habet auctorẽ hom. 12. in Euang. *Si ſciret quiſque, quo tempore de præſenti ſeculo exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud pœnitentiæ aptare potuiſſet.* Ergo quia nullus ſcit, quo tempore exiturus eſt de vita præſenti, idem tempus voluptatibus, & idem pœnitentiæ debet aptare? O exaggerationem pœnitudinis periculo agnatam. Tam incertus exitus è ſeculo præſenti quiſque, vt quodammodo deberemus idem tempus litare pœnitudini, quod vitiis litatur.

Gregor.

19. *Dum non eſt tempus pœnitentiæ, pœnitentiam age.* Matth. 21.

Ante tempus pœnitudo geratur, ne *dum* tempus appropinquat, è manibus elabatur occaſio. *Videns Ieſus fici arborem, venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum; & ait, Nunquam ex te fructus naſcatur. Et areſacta eſt.* Matth. 21. Aſſerit Euangeliſta haud eſſe tunc *ficorum tempus.* Si nondum tempus fructuum aduentarat, cur iuſtus Dominus arborem miſeram maledictionis vulnere perdit? Reſpondet Chryſoſtomus ficulnea illa hominem pœnitudine afficiendum deſignari. Fructus pœnitentiæ tempus non expectet, ante tempus quodammodo pœniteat peccatorem. Apte hæc arbor ſymbolum gerit pœnitentiæ, ſante Ambroſio ad cap. 13. Lucæ. *Cæteris albentibus primo vere virgultis, ſola ficus neſcit proprio flore caneſcere.* Pœnitentiæ flores fructus debent eſſe; nunquam ſit in ſpe pœnitudo Non promittas fructus flore ornatus, ſed illico fructus propera parturire.

Chryſoſt.

Ambroſ.

20. *Iis qui differunt pœnitudinem in futurum tempus, Deus veniam non promittit.* August. Ezech. 18.

Fatur D. Auguſtinus, *Promiſit Deus* (loquit ſermon. 30. ad fratres) *veniam pœnitenti, ſed non promiſit, vſque in craſtinum differenti.* Legi apud Ezechielem Dei circa veniam promiſſionem, *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur.* c. 18. Veniam pœnitenti promittit, ſed non promittit futurum pœnitudini tempus, clamante Dauidis ex ore, *Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra.* Preme, *Sed non promiſit vſque in craſtinum differenti.* Ac ſi ſolummodo promittatur venia hodiernæ pœnitudini, ſiue *hodie* gerenti.

Observat. II.

Ad illa verba,

Magiſter, volumus, &c.

Iracundia accenditur Dominus, dum ſe à peccatoribus laudari exaudit.

Genus enim vituperij graue eſt, quem iniquis commendabilem apparere.

21. Chryſoſt.

CHryſoſtomus premens illud, *Generatio mala*, &c. quæritat, quare Dominus Phariſæos increparit? & reſpondet, *Verba impiorum ironia plena, & ideo vehementer eos arguit.* Et quandonam, precor, laudat improbus, & non ironia plena commendatio videatur? Ab impio laudaris? Ironica laudatio illa, verum eſt vituperium.

22. *Impius Deũ quaſi deturpat, cum laudat.* Gen. 24.

Diuina præſcriptione Eliezer Abrahæ famulus fidelis virginem Rebeccam Iſaaco elegit ſponſam. Annuunt Laban pater, propinqui approbant; ſed profectionem virginis differre curant. At famulo inſtanti maturationem *reſponderunt Laban, & Bathuel, à Domino egreſſus*

eſt ſermo, non poſſumus, quidquam aliud loqui tecum. Geneſ. 24. Hebraicè, *A Domino egreſſus, eſt ſermo, non poſſumus loqui bonum.* Ad quæ Nazianzenus orat. 1. aſſerit potius Labanum, & Bathoelem debuiſſe Dominum laudare ob beneficium Rebeccæ collatum; ſed aptiſſimè protuliſſe, *Non poſſumus loqui bonum. Non enim cuiuſuis eſt de Deo diſſerere.* Non poſſumus bonum loqui de Deo; quia impij cum ſimus ironicæ laudes apparebunt.

Nazianz.

23. Dauid cecinit, *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.* Pſalm. 8. An infantes, & lactentes perfectam poſſunt laudem celebrare? Imo ſolummodo ab innocentia poteſt perfecta laus ſiue ſine ironia commendatio ortum educere. Chryſoſtomus homil. 67. in Matth. *Infantes, & lactentes neque intelligere aliquem, nec laudare queunt.* Quomodo ergo laudem Numinis perficiunt? Reſpondet ex Eccli. 15. *Non eſt ſpecioſa laus ex ore peccatoris.* Aliter. *Non eſt perfecta.* Peccator (ac ſi diceret) laudare videtur, ſed perfectè ſeu vere non laudat; quia eo ipſo, quod delinquens eſt, quaſi ironice loqui videtur. Addita ergo huic laudi innocentia, perfecta laus apparet. Si verbi illius *Magiſter* laudationi innocentia vitæ copularetur, perfecta eſſet, non ironica commendatio. At quia adeſt vitæ iniquitas, nec eſt perfecta laudatio, nec patitur Dominus proferri, quemadmodum cum à diabolo laudaretur, *Quid nobis & tibi* IESV *Fili Dei ſummi:* quem quidem fecit obmuteſcere.

Dum innocentia iungitur laudi, perficitur commendatio, quia laus peccatoris inanis. Pſalm. 8. Chryſoſt. Eccl. 15.

24. Expono vberius locum. Clamabat aliquando dæmon, IESV *Nazarene, veniſti perdere nos.* Luc. 4 Cui Saluator, *obmuteſce.* Cur prohibet potentiam eius proferentem, & commendantem? Cur increpat vocantem Saluatorem? Cur ornatum virtutis floribus appellantem infrænat? Reſpondet Strabus, *Occluditur ſerpentina lingua, ne virus vltra ſpargat.* Si vituperiis afficeret, ſi maledicta iactaret, apte virus ſpargere diceretur, iuxta illud Auſonij, *Eum maledictionum veneno infecit.* At dum laudat, dum commendat, quódnam virus ſpargit? Certè dum impius laudat, ironicè locutus apparet; vnde mel laudis, vituperij venenum cordatis oſtenditur.

IESVS dæmonem laudatorē frenat, ac ſi eius laude turparetur. Luc. 4. Strab.

25. Sapiens hinc Salomon, *Indecens eſt in ore ſtultorum parabola.* Prou. 26. Symmachus, deficit, ſiue aceſcit, ſumpta à vino declinanti in acetum metaphora. Laudes ſtulti, aut peccatoris deficiunt. Nam vinum ardentiſſimum imitantes laudes & commendationes eo ipſo, quod ab impiorum labiis proferantur, ſapiunt acetum. Cuncti enim audientes prolatam ab impiis commendationem exiſtimant de mendacis ingenio, ironicè intelligendam propalari.

Peccatoris laus in contrariū ſenſum accipienda. Prou. 26. Symmach.

26. Cupiebat Herodes aliquod Chriſti miraculum aſpectare. *Interrogabat eum multis ſermonibus, at illi nihil ipſe reſpondebat.* Luc. 23. Ad quæ D. Gregorius lib. 10. Moral cap. 30 ait, *Inquiſitus Redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempſit: magis eligens apte à ſuperbientibus deſpici, quam à non credentibus vacua voce laudari.* Superbientes quidem IESVM iniuriis afficientes; in eumque congerentes mendacia, apud cordatos homines commendabant. At commendantes impij iniuria afficiebant, ſiquidem à cordatis ironicè loquuti eſſe apparerent. Preme, *vacua voce.* Quàm vacua vox iniqui, quæ ſemper phantaſtice inſonare comperitur!

Chriſtus fugit ab aulicis Herodis laudari, ne haberetur iniuſtus. Luc. 23. Gregor.

Quam pulchram ſe ſe diuina prouidentia expoſuit, vt Chriſti aſſereret innocentiam, comprimens linguas impiorum, ne collaudarent Chriſti in Herodis aſpectu miracula. Induitur Dominus albo veſtimento eius innocentiam manifeſtante. Poſt tot falſorum teſtium conſpirationem Præſes clamat, *Nullam inuenio in eo cauſam, ſed neque Herodes.* Matth. 27. Quonammodo verè profatur Pilatus nullam ſe in IESV cauſam inueniſſe? Credidero; quia eo ipſo quod ab impiis accuſatur, innocentia ſe ornatum oſtentat. Quid ſi à Phariſæis ſanctus acclamaretur? Ironicè locutos reputaret Præſes, & ſe inueniſſe mortis cauſam in Chriſto proclamaret. Nam ſicut murmuratio prauorum eſt aſſertio virtutis: laudatio eorundem reatus ingerit ſuſpicionem, imò probationem quodammodo oſtentat. 27.

Ideo Herodes innocētē, ſine culpa Pilatus eū reputarunt, quia ab iniquis accuſabatur. Matth. 27.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Magiſter volumus à te ſignum videre.

In adulatores Dominus acris exſurgit.

Quia adulatio grauis admodum hominis iuſti perſecutio eſt.

EOs, qui Chriſtum magiſtrum vocitant, ipſe adulteros appellat? Tantâne Numini iracundia, homini ingratitudo? Occurrit Chryſoſtomus, *Verba erant adulatione plena, & ideo vehementer eos arguit, cum tamen ad conuitia manſuetè reſpondeat.* Cur ergo qui reſpondet dulciter ad conuitia, tam acriter adulatores increparit? Profectò adulator inſidioſus, perſecutor, blandus inimicus; dum Magiſtrum appellant, inſidias videntur collocare. 28.

Chryſoſt.

Appoſitum do Matthæi teſtimonium. Cum Dominus protuliſſet in cœna adeſſe apud Collegium Apoſtolicum virum inſidiatorem: Apoſtoli dixere, *Numquid ego ſum, Domine?* Solus Iudas ſingulariter acclamauit, *Numquid ego ſum Rabbi?* cap. 26. Si reliqui vſi ſunt Domini vocabulo, cur Iudas Magiſtrum appellauit? Crediderim verbum hoc fuiſſe adulationis melle conditum, vt Magiſtrum vocitans, inſidias poſſet diſſimulare; adulatio enim inſidiatrix proculdubio eſt. Bellè Rup. *Solum hoc dicere Magiſter, ſiue Rabbi, & non Domine, cordis eſt longinqui, id eſt, longè remoti à familiaritate dilectionis.* Dum Phariſæi proclamant *Magiſter*, & non Domine, blanditiis, & aſſentationibus curant Chriſtum de medio tollere. 29.

Iudas, vel Phariſæi, Chriſtum adulatione inſidias parante, ſolum vocat, Magiſter. Matth. 26. Rupert.

Expertus Dauid precabatur, *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Pſalm 140. Alij apud Genebrardum, *Non frangat caput meum ſeu ne lædat, ne obtundat*, vt ipſe expoſuit. Adulationis oleum, dum lenit, iuſtorum caput obtundit, & frangit. 30.

Adulatio caput frangit, & comminuit. Pſal. 140. Genebr.

Alibi

31. *Statim auerti dum adulator velut gladium ſtrictum habens ad interficiendum.* Pſalm. 69. Gen. 22.

Alibi Vates opportunius, *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, Euge, euge.* Pſ. 69. Cur ſtatim auerti precatur eos, qui ſaluere iubent, & incrementa exorant? Dic mihi, precor, ſi adeſſet ſtricto iam gladio interfector, nonnè illicò eſſet auertendus, nè percuteret exitialiter? Cum Abraham ſtricto gladio, ac brachio producto occiſurus Iſaacum obiiceretur, Angelus de cœlo clamabat *Abraham, Abraham.* Gen. 22. Nam ſi ſtatim producta, & replicata voce non impediretur, filium lethaliter vulneraret. Igitur ſtatim auerti poſtulat Rex adulatores, nè exitialiter feriretur. *Plus enim*, (ait Auguſtinus,) *perſequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris.* Vnde ſi interfectoris manus ſtatim frænanda nè perciatiar, properantius auertendum linguæ interfectricis vulnus exitiale.

Auguſt.

32. *Æquat adulatoris vulnus Martyrum conflagrationem.* Sap 3. Auguſt.

De Martyrum tormentis horribilibus ſic Sapiens, *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.* cap. 3. Diræ perſecutionis igne adeò iuſti immerſi ſunt, vt omnimoda conflagratione deperierint. Profecto iuſtis eſt adulatoris lingua cremandis, quod caminus flagrans Martyribus. Audi Auguſtinum citat. *Certè cum de Martyrum perſecutione loqueretur Scriptura, dixit: Tanquam aurum in fornace probauit illos. Hoc de Martyribus interfectis. Audi, quia lingua adulantium talis eſt. Probatio, inquit, argenti, & auri ignis: vir autem probatur per os adulantium eum.*

33. *Adulator inimicus blandus.* Hieron. Senec. Diog. Plut.

Vel id Gentilibus Philoſophis notum, ſante Hieronymo lib. aduerſ. Iouin. *Pulchrè adulator apud Philoſophos definitur Blandus inimicus.* Sic Seneca epiſt. 45. *Adulatio apertis, & propitiis auribus recipitur, venit ad me pro amico blandus inimicus.* Et epiſt. 21. *Malum hominem blandè loquentem agnoſce tuum laqueum eſſe. Habet enim ſuum venenum blanda oratio. Diogenes cuidam laudanti dixit: Adulator, deſine vtrumque facere; nihil proficis, cum te intelligam.* Quidnam illud *vtrumque*? Certè & laudare, & lethaliter vulnerare. Plutarchus in opuſc. *Vt corui inuolantes cadauerum oculos effodiunt, ſic laudatores ſuis adulationibus rationem & mentem humanam corrumpunt.*

34. *Exitium æternum ex adulatione.* Cant. 5. Philo.

Imo & æterno exitio aſſolet adulatio animum addicere. Vnde ſatius mihi in manus occidentis incidere, quam adulatoris linguam pati. Fatur Sponſa, *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.* Cant. 5. Vbi ex Philonis Carpatij ſententia cuncta Martyrum tormenta annotantur orta ab eorum crudelitate, *qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* An ſatius mihi incidere in manus illorum, aut in adulatorum mollitiem? Profecto dum ſubeo adulatoris manus, eius qui animi occidendi munus ſortitur, vulnus exitiale ſuſtineo. Pulchrè addit Doctor, *Hi ſunt, qui ſanctiſſimè cadunt, & ſaluberrimè vulnerant; ab his cupiant peccatores, ſibi vulnus ſalutis infligi. Ab his enim ſatius eſt ad tempus occidi, quam ab adulatoribus ad gehennam exoſculari.*

35. *Iesus nec adulationis vmbraculū vnquam expreſſit, nè videretur ſaluti æternæ contraria exponere.* Marc 21. Hieron.

Poſt Ieroſolymitanum triumphum Dominus nulli debuit ciui vel vnius noctis hoſpitium, vnde cogitur ad Lazari domum diuertere. *Relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam.* Marc. 21. Cur aliquem non adiit rogaturus? Ne molli rogatione vmbram adulationis videretur obiicere. D. Hieronymus, *Quòd tanta fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem; ſed in agro paruulo apud Lazarum, ſororéſque eius habitaret.* Scio Dominum nullatenus adulationis futurum reum, etiamſi molliter locutus, hoſpitium poſtularet. Cur autem nec vmbram adulationis inculpabiliter voluit exprimere? Crediderim, quia qui ad ſalutem mundi venerat, debebat vel ab ſpecie illius rei, quæ homines ad exitium æternum trahit, abſtinere.

Qui ex Chryſoſtomi inſtitutus eſt ſententia ſermo, ex eiuſdem claudatur teſtimonio. Hom. 44. profatur, premens illud: *Magiſter, volumus à te ſignum videre. Cum illi aſperè, ac contumelioſè interrogant, manſuetè ac leniter reſpondet. Dum verò aſſentantur, non mediocri vtitur acrimonia: Generatio mala, & adultera.* Æquius feras iniuriantis vulnera, quam adulantis lenocinium. 36.

Chriſtus ideò taxat adulatores. Chryſoſt.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Volumus à te ſignum videre.

Chriſtus volentibus affectatè ſignum videre ſalutis prætextu, exitij æterni indicamenta profert.

Damnationi etenim nos addicit propria voluntatis gerendæ affectatio.

SI volunt videre ſignum de cœlo ad credendum Magiſtro, ad veritatis viam arripiendam: quare Dominus & abnegat ſignum, & adiicit æterni exitij documentum? *Signum*, ait, *non dabitur eis niſi ſignum Ionæ.* Quo quidem apud inferos commoratio innuitur, & æterna damnatio, (vt vidimus,) annotatur. Porrò affectatè volentes, à ſalutis via ita recedunt, vt amplius exitio æterno ſe ſe committere videantur. 37.

Iacobi & Ioannis mater voluntatis filiorum gerula Chriſto ſiſtitur petitura. Cui Dominus, *Quid vis?* At illa, *Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo.* Dominus reſpondit, *Neſcitis, quid petatis.* Matth. 20. Ac ſi diceret fœmina, *Volo, vt ſedeant.* Ex voluntate propria geritur cauſa Regni? Vereor, nè damnationis negotium diſcutiatur. Vis oſtendam agnatam voluntati propriæ damnationem? Ait parens, Dic vt ſedeat vnus ad ſiniſtram. Non dixit *alius*, ſed *vnus*. Quia vnus ille, qui dexteræ ambit honorem, ſiniſtræ addicendus. An cordata, filiis ſiniſtram petis, cui collocandi hædi æternùm perituri? Hoc planè propriæ voluntatis ingenium, homines in barathrum exturbare. Fatur Chriſtus ex ore Chryſoſtomi: *Ego vos vocaui ad partem dexteram de ſiniſtra, & vos veſtro conſilio*, (ſeu propria veſtra voluntate,) *curritis ad ſiniſtram.* Videmini appetere dexteram, ſed dum pergitis ad dexteram propriæ voluntatis ducatu, verè curritis ad ſiniſtram. 38.

Apoſtoli propria voluntate à dextera pergunt ad ſiniſtram. Matth. 20. Chryſoſt.

39. Elias olim fugiens Iezabelis fœminæ iratæ inſidias tendebat, *quo ferebat eum voluntas.* 3. Reg. 19. Lyra, Per quod *ſignificatur Religionis ingreſſus, ſeu vita auſteritas. Obdormiuit tempore*, vt à Deo euomi inciperet. *Petiuit anima ſua, vt moreretur.* An animæ exitium, (myſticè) poſtulat, qui rigidi inſtituti arripit regulam? Si quo eum ferebat voluntas, pergit: quid mirum addicatur morti votis; propria enim voluntas properat ad exitium?

Elias myſticè exprimit propriā voluntatem exitialem. 3. Reg. 19. Lyran.

40. Deliquit Adamus, à Domino reparandus requiritur, *Adam, vbi es?* Gen. 3. An Deus immenſus, quorum ſit Protoplaſtus, ignorat? Quodammodo amiſit homo, quo poſſet à Domino inueniri. Vndenam tam lamentabile incommodum? Ex propria voluntate curanti ſe voluntati vxoris accommodare deliquerat, & ex propria ſe voluntate abſcondit, fauste D. Iſidoro, *Propter propriam voluntatem abſcondit ſe.* At ſic eum propria voluntas damnationi reddidit obnoxium, vt quodammodo Deus, quid repararet, non inueniret: *Adam, vbi es?*

Adamus ob propriā voluntatem ſic à Deo abſconditur, vt nō inueniatur quodammodo ad reparationem. Geneſ. 3. Iſidor.

41. Clamabat Dominus apud hortum, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Matth. 26. Vbi acutè Auguſtinus, *Chriſtus hominem gerens, oſtendit propriam quandam hominis voluntatem.* Propria voluntas hominis geritur à Chriſto? Ipſa mundum ſalute priuabit: *Tranſeat a me calix.* Ideo Chriſtus ſeſe omnino ab illius voluntatis, quam gerebat, humanæ prætextu expedire curat: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.*

Nō vult Iſtā voluntatem hominis propriam agi, ne non mundus redimatur. Matth. 26. Auguſt.

42. Rogaor illud apud Iſaiam: *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra*, cap. 58. Legit Bernardus ſerm. 71. in Cant. *In diem bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. In diem bonorum*, id eſt, felicitatis æternæ in diem, quum homo donandus eſt ex operum merito æterna felicitate. Tunc ergo cum accipere deberetis Regnum, damnationi addicimini ob voluntates veſtras proprias, quibus virtutis opera deturpata apparebunt. *Grande malum*, addit Pater, *propria voluntas, qua fit vt bona tua, tibi bona non ſint.* Vnde poſt ieiunia, poſt pœnitentiæ humiliationem in conſpecto iudicis ob propriæ voluntatis malitiam vacuis manibus apparebis.

Vel tendens in ſalutem propria voluntas, quaſi vacuus manibus in iudicio apparet aſpectu. Iſa. 58. Bernard.

43. *Spiritus Domini receſſit à Saule, & exagitabat eum ſpiritus nequam.* 1. Reg. 16. Duplex malum contemplor, & Saulem diabolo traditum in exitium, & populum confuſione affectum ruinæ proximum. Vndenam orta incommoda hæc niſi ex propria voluntate? Sic Rupertus cap. 20. *Grandis pœna Regis, grandis confuſio populi, qui contra Dei voluntatem Regem poſtulauit. Et ſi cætera deſint exempla iudicij, vel hoc ſolum pro teſtimonio ſufficere poterit, quod nunquam ad bonum finem perueniat omnis plantatio, quam non plantauit Pater cæleſtis*, ſed propria voluntas.

Propria voluntati agnoſcitur malus finis. 1. Reg. 16. Rupert.

Vnde Dominus, *Pater, non mea voluntas, ſed tua fiat.* Mihi crede, ſemper propria voluntas proxima eſt *malo fini.*

* * *

Obſeru. V.

Ad illa verba:

Generatio mala, & adultera.

Murmuratores aptè vocitauit adulteros.

Quia plerumque luxuries agnata eſt detractioni.

Ex mente Chryſoſtomi *Generatio mala*, idem eſt ac murmuratrix ironicè loquax, adulatione leniens, vt detractionis veneno lethaliter inficiat. Cur addidit *& adultera*? An non vidiſti frequenter murmuratorem eis vitiis addictum, quod in aliis annotans taxat? Colligatur aptè murmuratio & adulterium, quia luxuriei aſſeclam plerumque videris famæ proximi crudeliſſimum laniatorem. 44.

Chryſoſt.

Luſit quidam prophanus Venerem ſpumantis pelagi cuna exceptam ex ſpumarum vtero, quia murmuris aquarum aſſolet eſſe effectus ſpuma *Nace Venus, donde murmuran las aguas*? Libidinis mater ſæpe inter murmuris apparatus exſurgit. 45.

Ex murmure ſpumantis pelagi Venus.

Canit Dauid, *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Pſalm. 49. Legit Auguſtinus, *Lingua tua amplexa eſt doloſitatem.* Preme, *Amplexa eſt.* Lingua detractoris in amplexus ruit? Quando murmuratio recedit à Venere? *Non ait* (adiicit pulchrè Doctor) *Lingua tua admiſit doloſitatem: ſed vt oſtenderet ubi, quandam delectationem in ipſo malo facto, Amplexa eſt, inquit.* Quaſi cum doloſitate murmurans labium ſcortetur. 46.

Nunquam murmuratio recedit à Venere. Pſalm. 49. Auguſt.

Ait Dominus, *Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Mat. 7. Ad quæ Auguſtinus, *Idem eſt ſanctum, ac margarita: idem canes, & porci.* Mirabilis plane coniunctio. An non ſemper vidiſti canem porci inimicum? Porrò ex mente Doctoris egregij appoſitè agglutinantur; quia luxuriei addictum animans immundum plerumque in morem canis proximorum famas morſu vulnerat acri. Æquè bellè Chryſoſtomus hom. de Saule. *Cum ſe ipſos porcelli adulterio contaminarint, more rabientium canum ad ſacram menſam irruunt. Ad ſacram menſam?* An admiratione afficeris; Nolite margaritum Euchariſticum ante porcos immundos emittere. In ipſam enim puritatem irruent, vt conſpurcare conentur. *Diran mal de Dios.* 47.

Porci ſunt canes, ſeu immundi murmuratores. Matth. 7. Auguſt. Chryſoſt.

Epulo diues inclamat, *Pater Abraham, mitte Lazarum, vt intingat digitum ſuum in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Luc. 16. Quanam flamma crematur? Ambroſius, *Cruciatur, quia luxurioſo carere deliciis pœna eſt.* Si ex mente Ambroſij & aliorum luxuriei ille myſticè igne cremabatur, quare ſpecialiter linguæ & non toti corpori expetit refrigerium? Chryſoſtomus reſpondet acutè Diuitem in lingua torqueri, quia murmurator extiterat. Vndè tanta ſciebat identitate detractionem & luxuriem colligari, vt vna refrigerata paſſione conſequenter alia extingueretur. 48.

Epulo immundus lingua incendio flagrat ob murmurationem. Luc. 16. Ambroſ.

Coruus immundus corporibus vulnerandis ſtudet. Gen. 9. Chryſoſt. Iſidor.

48. Vt ſciret Noë num diluuium imminueretur, dimiſit coruom, *qui egrediebatur, & non reuertebatur.* Dimiſit quoque columbam, quæ illicò remeauit in arcam. Gen. 9. Cur coruus non reuertitur? Chryſoſtomus, *Fortaſſe cum ſit auis immunda, incidit hominum in cadauera.* At D. Iſidorus aptius meo argumento reſpondit. *Coruus emiſſus, & non reuerſus ſignificat homines immunditia deterrimos.* Volocris igitur luxurioſi hominis gerens ſimulacrum proculdubio murmurationis vulnere afficit corpora illorum, qui authore Hieronymo temporario ſupplicio æternum euaſerunt, & myſtico pœnitentiæ lauacro ſuas iam abluerunt ſtolas.

Vbi luxuria ibi proximi laceratio. Gen. 11. Gregor.

49. Adami filij *inuenerunt campum in terra Senaar.* Gen. 11. Vbi D. Gregorius ad Pſalm. 50. *Senaar eſt fætor, ſeu excuſſio dentium. In campo Senaar habitant, qui poſiti in planitie vitiorum, & in otioſa vita volutabro iacentes, infamia ſua fœtorem exhalant, & detractionum morſibus proximum lacerant. Quorum dentes omnipotens excutit, cum illorum facta ſimul, & verba confundit.* En luxurioſum, & murmuratorem ſimul incedere, in vnaque ſede commorari.

Rana animalculum immundum, & conſequenter loquax Nyſſen.

50. De ranarum plaga, quæ Ægyptiacas menſas conſpurcauit D. Gregorius Nyſſenus fatur, *Animal immundum, & loquax.* Immundum eſt animalculum? Mirum eſſet, ſi loquax alienas actiones detractionibus non fœdaret. In palude tartari rana illa epulo ſcilicet mergebatur, luxoria inſignis, vt byſſus & purpura Babylonicæ meretricis teſtatur. Inibi loquax fratrum ſuorum opera vulnerabat. *Quinque fratres habeo.* Luc. 16. O ſi à peruerſitate vitæ reuocarentur.

Luc. 16.

Quam niger moribus, qui rodit amicum. Horat.

51. Quam agnata luxurie deterrimo proximorum mordere vitam! Qui niger eſt immunditia, curat proximorum opera murmure conſpurcare. Cecinit Horatius lib. 1. ſerm. 4.

> *Abſentem qui rodit amicum,*
> *Qui non defendit alio culpante, ſolutos*
> *Qui captat riſus hominum, famamque dicacis:*
> *Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere*
> *Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.*

Quis niſi niger ex immunditia auderet vel amicorum opera defœdare? Bellè Maximus, *Fit neſcio quomodo, vt magis in alijs cernamus, ſi quid delinquitur, quam in nobis cæcus immunditia. Vnde Poëta,*

Maxim.

> *Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
> *Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?*

Si cæco ille carpitur igne, mirum eſſet, ſi ad taxanda aliorum opera linceos oculos non haberet.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Generatio mala, & adultera ſignum quærit.

Generatio Phariſæorum mala, ſiue ſuperba, conſequenter appellatur adultera.

E ſuperbia etenim ſæpe aſſolet luxuries generari.

Aliqui expoſitores aſſerunt Phariſæos illos malam generationem, ſiue diaboli filios appellatos, quod à diabolo ſuperbiam agnatam traxiſſent. Cur autem *& adultera* dicitur generatio? Certè quia ſæpè in ſupplicium ſuperbiæ aſſolet peccator luxuriei permitti piaculo defœdari. 52.

Punitur ſuperbia luxuriæ manifeſta.

Adæ peccatum ſuperbia, dum diuinos curabat receſſus imitari, ſapientiaque deifica pollere iuxta ſerpentis promiſſa, *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum.* Gen. 3. Mox poſt ſuperbiæ exceſſus *cognouerunt ſe eſſe nudos, & fecerunt ſibi perizomata.* Ad quæ Alcuinus, *Quia gloriam ſimplicis caſtitatis amiſerunt, ad duplicis libidinis pruritum confugerunt.* Quam properanter poſt ſuperbiam homo labitur in luxuriam! *Confugerunt.* Vt enim innuatur properans hæc ruina aptè verbo fugiendi declaratur. 53.

Poſt ſuperbiam Adamus illico luxuriæ incitamenta expertus eſt. Gen. 3. Alcuin.

Certum eſt Angelos corporum expertes haud poſſe voluptatum immunditia contaminari. Attamen neceſſitate conſequentiæ ductus aliquis videns illos ſuperbiæ morbo laboraſſe errans aſſeruit eoſdem luxuriei exceſſibus addictos, *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt vxores ſibi.* Gen. 6. Vbi Theodoretus q. 47. *Filios Dei quidam Angelos male intellexerunt; neque enim carne ſunt.* Et Auguſtinus, *Quæritur, quomodo potuerint Angeli cum filiabus hominum concubere, vnde gigantes nati eſſe perhibentur? Quamuis nonnulli Græci,* &c. & inferius, *De quibuſdam dæmonibus, qui ſunt improbi,* (legerem incubi,) *mulieribus, à multis multa dicuntur.* Profectò dum Auctores illi dæmones ſuperbia teneri contemplati ſunt, ex agnato ſuperbiæ luxuriei ſupplicio viſi ſunt ſibi proculdubio libidine fuiſſe fœdatos. 54.

Angelos ſuperbos luxuriæ contaminatos, aliqui ex conſequentia (non verò) aſſeruerunt. Gen. 6. Theodor. Auguſt.

Inſtabat Ægyptiaca, defœdari Ioſephum adulterio. Cui caſtiſſimus adoleſcens, *Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; nec quidquam eſt, quod in mea non ſit poteſtate,* &c. Gen. 39. Vbi Ambroſius, *Vox humilitatis, vox pudicitiæ* Certè humilitatis rectè vox appellatur, quia ſe mancipium profitetur Putipharem Dominum appellat. At quorſum & vox *pudicitiæ* vocitatur? Porrò quia quemadmodum ſuperbia & luxuria aſſolent pariter incedere, humilitas & caſtitas etiam illigantur. 55.

Humilitas, & caſtitas, ſuperbia, & luxuries pariter incedunt. Gen. 39. Ambroſ.

Pallium moleſta fœmina iuuenis apprehendit, *qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras.* Gen. 39 Quare pallium reliquit? Reſpondet Ambroſius, *Ne amitteret veſtem humilitatis,* 56.

Humilitate relicta exuit homo ſtolam caſtitatis. Gen. 34. Ambroſ.

humilitatis, & caſtitatis. Profectò ſi mutaretur Ioſeph, ſi nefario operi ſubſcriberet, amitteret caſtitatis ſtolam, ſed non humilitatis. Cur ergo affirmas Doctor fugiſſe adoleſcentem, ne veſtem amitteret vtramque? Crediderо, quia aſſolet eſſe luxuries ſuperbiæ ſupplicium. Ioſephus autem aſſentiens amantis votis eo ipſo Domini, cui humiliter ſubiacebat, iura violaret. Vnde prius veſtimentum humilitatis exueret, mox in ſuperbiæ ſupplicium libidine contaminaretur.

57. O quanta ſuperbis ignominia à fœmina ſuperati, fœmineæ libidini ſubiacere! Vt agnata pœna ſuperbiæ hoſtium Dauidis cœlitus obueniret, Rex precabatur, *Fac illis ſicut Madian, & Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſſon.* Pſalm. 82. Siſara fœminæ Iahelis clauo transfixus interiit. *Tulit Iahel clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum,* &c. Iudic. 4. Illi ergo ſuperbi non à viro, ſuperentur à fœmina. D. Hieronymus, *Quoniam ſuperbia ipſorum vſque ad te eleuata eſt, propterea te deprecor, vt ad ignominiam ſuam non à viro vincantur: ſed à fœmina.* Ignominia ſuperbis à fœmina vinci, & non te ſuperbum pudet fœminæ mancipium, porcorum volutabro?

Quanta ſuperbis ignominia, mulieribus ſubiacere
Pſalm 82.
Iudic. 4.
Hieron.

58. Abimelech, cuius capiti mulier deſuper molæ fragmen illiſerat, dixit armigero ſuo: *Euagina gladium tuum, & percute me; ne fortè dicatur, quod à fœmina interfectus ſum.* Iudic. 9. Vbi Abulenſis q. 52. *Quia ipſe erat ſuperbus valde non ſolum puniuit Deus priuando eum vita, ſed etiam faciendo, quod caderet manibus mulieris.* Certè in typum eorum, (Berchorio adnotatore,) qui ob ſuperbiam à Domino fœmineis voluptatibus contaminari permittuntur. Luxuries enim manifeſta aſſolet eſſe ſuperbiæ ſupplicium.

Superbus à muliere occiditur in typum ſuperbiæ luxuria ſœdatæ
Iudic. 9.
Abul.
Berchor.

OBSERV. VII.

Ad illa verba:

Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ.

Vltimum medicamen præparat Dominus ad ſalutem inimicorum, ſuæ mortis ſimulacrum.

Inconuertibilis namque oſtenditur, qui ad conſpectum Dei mortui non corrigitur.

59. POſt tot replicata miracula miſericordiæ, Chriſtus vltimum proferre ſatagit. Typum mortis ſuæ Ionæ hiſtoriam memorat, *ſepulchrum,* ſante Ambroſio, præſentat. Cuius aſpectu ſi impij non conuertantur, ineuitabili damnationi ſubiaceant. Se namque inconuertibilem oſtentat, qui obiecto menti ſepulchro Chriſti, ſuæ Dei morte non ſe ad meliorem frugem excipit.

Ambroſ.

Aſſerit Hypolitus Mar. Antichriſti tempore ab Elia innumera miracula excitanda eſſe, ad hominum seductionem peſſimorum. Mare velut mortuum, corruptione affectum præſentandum. Ad illa verba: *Omnia flumina intrant in mare,* ait Gregorius Venetus can. 1. tom. 7. cap. 52. *Mare dicitur Deus, qui eſt quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum.* Iam explico Apocalypſeos locum. *Abiit primus Angelus, & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſæuum, & peſſimum in homines; qui habebant caracterem beſtiæ; & in eos, qui adorauerant imaginem eius.* cap. 16. Innuuntur ſupplicia, quibus vulnerati ſunt Antichriſti cultores ad correctionem. Attamen, Pharaonis in morem, poſt tot plagas impœnitentes perſtitere. *Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui.* Ibid. Locum exponit Auctor quidam ante Lyranum de Chriſto Dei Filio ob hominum redemptionem occiſo. Qui licet *iam non moritur,* tanquam mortuus obiicitus ad impiiſſimorum hominum medicamen. 60.

Vt Dominus ad pœnitentiam adducat Antichriſti aſſeclas, Dei mortui imaginem obiiciet eis.
Venet.
Apoc. 16.
Auctor.

Quid ſi memoria Dei mortui non frangantur? Mox aderit ignis damnationis. Ideo addidit Ioannes, *Tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum, & factus eſt ſanguis.* Vt omnibus à mari recedentibus innoteſceret maris mortui repræſentatio, à quo flumina oriuntur, & fontes. Non vos ad frugem bonam excipitis ex obiecto Dei ſanguine rubricati? *Quartus Angelus effudit phialam ſuam in Solem, & datum eſt illi affligere homines igne.* Ibid. Erunt etenim ſigna in Sole, & impij illi iudicis Domini ſententia igni tradentur æternùm cruciandi: *Diſcedite maledicti in ignem æternum.* Qui poſt aſpectatum Deum mortuum non conuertitur, diabolus quodammodo eſt inconuertibilis. 61.

Si non proficiat Dei mortui ſpectatio, illico ignis damnationis exardeſcet.
Apoc. 16.

Milites ad Caluariæ accurrunt verticem, vt crucifixorum crura perfringerent. Comminuunt oſſa latronum, *Ad Ieſum autem cum veniſſent, & vidiſſent eum mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Ioan. 19. Scio Patrem olim præcepiſſe, *Os non comminuetis ex eo.* Exod. 12. Sed quæſierim, vndenam ſanguinolenti milites, qui vnius & alterius latronis oſſa fregerant, compreſſi ſunt, vt vel mortui Domini crura non comminuerent? Certè *viderunt eum mortuum.* Nec enim poteſt inhumanitas deſæuire, vbi Deus mortuus oſtentatur. Lancea miles *aperuit.* Aptè à quibuſdam eſſe cæcus aſſeritur. Cur cæcum ſine fundamento ſcripturæ militem aſſeruere? An non vt exprimant proculdubio Deum mortuum non vidiſſe, qui auſus eſt latus eius afficere iniuria? Si videret Deum mortuum, quonam modo vel impius auderet in latus deſæuire? 62.

Non audent milites Dei mortuum vulnerare.
Ioan. 19.
Cæcus erat qui latus aperuit.

Abſalonem Ioab triplici lancea confixit. *Tulit ergo Ioabus tres lanceas in manu ſua, & confixit in corde Abſalon.* 2. Reg. 18. Ad quæſtionem afferunt, num Ioabus percutiendo lethaliter Abſalonem, deliquerit? Non deliquiſſe aſſerunt, qui hoſtem communem pacis perturbatorem necaſſe memorant. Ait tamen Dionyſius Carthuſ. *Quamuis Abſalon fuit publicus hoſtis boni communis, videtur tamen Ioab peccaſſe eum ſic perimendo in ſuis peccatis.* Nec enim aſſeritur Ioabum prius ad Abſalonem acceſſiſſe, eúmque 63.

Si Abſaloni reuelatum, Deum in quercu moriturum, quonam modo aſpectu mortis Dei poterat non pœniteret?
2. Reg. 18.
Carthuſ.

cúmque adhortatum eſſe, vt curaret contritionis actu tot crimina aboleri. Alij Ioabum ab huiuſmodi reatu liberant, quòd Dux pius ſupponeret virum quercui hærentem, à periculo exitiali excitatum proculdubio iam pœnitudine affectum. O ſi Propheticis oculis Ioab quercum aſpectauiſſet, Deique ſuffixionem in quercu meditaretur; (vti affirmat Ambroſius,) verè adoleſcentem pœnitudine affectum crederet. Quis enim tam impius, qui aſpectata Dei morte non conuertatur?

64. Sæpè Chriſtus curauerat Iudæ raptoris cor emollire ad pœnitudinem, immiſſis ad præcordia inſpirationibus. Poſtquam autem corde impius voluebat quonam modo Chriſtum traderet hoſtibus, pœnitudinis incitamenta à Domino replicantur. Apud Bethaniam Magdalena pretioſiſſimum vnguentum Dominico capiti libat, & Iudas obmormurat: *Vt quid perditio hac?* &c. Defendit autem Dominus Mariam, fatus: *Ad ſepeliendum me fecit. Tunc abiit vnus de Diſcipulis, qui dicitur Iudas Iſcariotes,* &c. Matth. 26. Ponderat Chryſoſtomus Iudam Diabolum inconuertibilem ſiquidem memorata Dei ſepultura, à prauo propoſito, à conctis criminibus non receſſit: *Et neque hinc compunctus eſt.* Diabolus meritò à Domino appellatur: *Vnus veſtrum Diabolus eſt.*

Diabolus oſtenditur Iudas, qui memoria ſepulchri Dei nõ commouetur.

Matth. 26. Chryſoſt.

65. Monet Petrus, *Chriſto igitur paſſo in carne, vos eadem cogitatione armamini.* 1. Petr. 4. Ad quæ Hugo Card. *Quia memoria mortis Chriſti maxima eſt fortitudo, & arma fortia contra diabolum.* Et Bernardus ab ipſo citatus, *Tanta eſt virtus mortis Chriſti, vt ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere poſſit inuidia; ſed continuò ad memoriam eius totius peccati fugetur exercitus. Si fideliter habeatur,* ait; Infidelium enim eſt, aſpectata Dei morte, non conuerti.

Memoria Dei mortui munimur, nè peccare audeamus.

1. Petr. 4. Hugo. Bernard.

SECTIO II.

Iudæorum ſupplicium.

TEXTVS.

VERS. 43. CVm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens. 44 Tunc dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. 45. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic peſſimæ. 46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater eius, *&c.*

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De comparatione hominis à dæmone liberati, & dæmonis ad ipſum diriori reuerſione.

1. CVm immundus ſpiritus exierit ab homine.] De queiſnam Dominus loquatur? An de hæreticis? Hieronymus aſſerit. An de redeuntibus ad ſæculum? Auguſtinus lib. 1. de qq. Euang. cap. 8. *Significat Chriſtus, quoſdam ita credituros, vt ferre non poſſint labores continentiæ, & ad ſæculum redituri ſunt.* Aſſero de Iudæis proculdubio locutum, vt oſtenditur illa clauſula: *Sic erit & generationi huic peſſimæ.* id eſt, id eueniet Iudæis, quod contingit homini à dæmone liberato, ad quem ſeptem poſtea reuerſi ſunt. Sentio cum Hilario, Chryſoſtomo, Theophylacto, Euthymio, & aliis.

De queiſnã Dominus loquatur. Hieron. Auguſt.

Auctoris ſententia.

2. *Cum immundus ſpiritus.* Quare dæmon immundus appelletur ſpiritus? Num propter peccatum? Nulla peccató maior impuritas. Num ab effectu, propterea quod impellit homines ad immunda? Strabus, *Ego,* ait Chriſtus, *polluta mundo, Satanas mundata contaminat.* Exit planè diabolus ab homine, cum vi diuina pellitur.

Cur dæmon immundus vocitatur. Strab.

3. *Ambulat per loca arida.*] Quænam arida loca? Hilarius Gentiles expoſuit hoc ſenſu: Pulſus à Iudæis olim per legem dæmon, per loca arida, id eſt, Gentiles ambulauit. Sed à Gentibus per Apoſtolos, & Concionatores reliquos eiectus, ad Iudæos rediit. Hactenus Hieronymus inquit, *Immundus ſpiritus exiuit à Iudæis, quando acceperunt legem; & pulſus à Iudæis, ambulauit per Gentium ſolitudines. Quæ cùm poſtea Domino credidiſſent, ille non inuento loco in Nationibus, dixit: Abibo ad Iudæos.* Sic etiam Lyranus, & Abulenſis.

Quænam arida loca. Hilar.

Hieron. Lyran. Abul.

4. Profectò cùm adſit comparatio, explicanda prius vna pars de homine, à quo dæmon exturbatur; altera deinde, qua Iudæi huic homini ſimiles dicuntur. Expono priorem. Cum dæmon ab homine pellitur, ambulat per loca arida, ſeu aquis carentia, id eſt, per deſerta, & ſolitudines. Cogebantur dæmones à Chriſto pulſi, nè hominibus nocerent, loca deſerta petere. Tobiæ 8. cap. dicitur Raphaël dæmonem in deſerto ſuperioris Ægypti religaſſe. Quamnam requiem tartareis actus flammis diabolus exquirebat? Abulenſis, *Dæmon non poteſt quieſcere; quia in æternum cruciabitur, ſed quærit quietem ſuæ malæ voluntatis; eſt enim inuidus, & deſiderat nocere homini, & quando nocere poteſt, quieſcit aliquo modo.* Ambulat igitur per loca arida, & inaquoſa, quærens huiuſmodi requiem: Sed deſertis in locis illam non inuenit, quia hominibus aliquid nocumenti non affert.

Expoſitio prioris ſimilitudinis partis.

Tob. 8.

Quænam diabolo requies. Abul.

5. *Inuenit eam vacantem ſcopis mundatam, & ornatam.*] Indicat dæmonem paratam inuenire domum,

De præpara-

tions domus populi Iudaici, ad diabolum excipiendum. Euthym.

domum, in qua quietem, quam cupit inueniat. Nam illa domus parata eſt, ad excipiendum habitatorem, quæ alium habitatorem non habet, quæ ſcopis mundata, quæque aulæis ornata obiicitur. Sic homo ſine Deo habitatore diabolo præparatur. Euthymius, *Inuenit domum ſcopis mundatam, hoc eſt, inſtructam ad ipſius ſuſceptionem, inſuper & ornatam, ſiue delectabilem ſibi.*

6. *Explica ſi militudinis partem poſteriorem.*

Sic erit & generationi huic peſſimæ.] Altera ſimilitudinis pars indicatur. Similes erunt Iudæi homini, ad quem pulſus dæmon regreditur. Ab illis pulſus dæmon per legem, per Moſem, per Prophetas, per ſupplicia; ſed poſtquam Meſſiam ſuum repulerunt, dixit dæmon, Reuertar in domum meam, vnde exiui, id eſt, in Synagogam Iudæorum. *Inuenit eam vacantem* Græcè, *otioſam*, nulli habitationis vſui ſeruientem, ad excipiendum tartareum hoſpitem paratiſſimam. Tunc pluribus comitatus ſociis eam ingreſſus eſt. *Factáque ſunt nouiſſima* Iudææ gentis peiora prioribus. Maximum enim Iudæi flagitium perpetrarunt, cum ſuum occidere Meſſiam, maximáſque pœnas à Romanis profligati, totóque orbe terrarum abſque vlla reparatione diſperſi dedere.

§. II.

De Matris Ieſu eiúſque conſobrinorum aduentu.

7. *Quorſum Deipara, & propinqui ad Ieſum accedunt.* Chryſoſt. Thom.

ADhuc eo loquente, ecce Mater eius, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.] Quorſum Deipara, Chriſtique fratres, id eſt Conſobrini, ſeu propinqui illum euocarint? An aliqualis ambitionis cauſa? Sic Chryſoſtomus; ſed adnotante Thoma 3.p.q.27. hac in re exceſſit. Neque enim vel vmbra oſtentationis tribuenda Deiparæ, quam nullius piaculi etiam venialis conſtat fuiſſe maculatam. An aduentus hic dæmone procurante accidit, vt Chriſti obſeruaret diuinitatem? Sic Author Imperfecti. Sed abnego Virginem ad aliquid agendum à dæmone impelli potuiſſe.

Imperf.

8. *Sententia auctoris.*

Aſſero Deiparam, fratréſque ad Chriſtum veniſſe, eúmque honeſtam aliquam ob cauſam nobis haud cognitam aduocaſſe. Forſitan deſiderium videndi Filium Matrem traxit: eámque aliqui ex conſanguineis comitati ſunt. Titus Boſtrenſ. *Quia deſiderabatur Chriſtus propter abſentiam, accedunt ad eum cognati.* Caniſius lib.4. cap.21. exiſtimat Virginem ad Chriſtum docentem expetiiſſe acceſſum, vt quia præ turba propius accedere non poterat, locum ad audiendum opportunum ſibi, ac cognatis pararet. Caietanus Marc.3. putat, vocatum Chriſtum à cognatis ex compaſſionis affectu, vt cibum ſumeret. *Conuenit*, (ait Marcus,) *turba, ita vt non poſſet panem manducare.* Barradius, *Fortè audierant conſanguinei imminere Chriſto periculum à Phariſæis, ideóque illum vocarunt; vt periculo liberaretur.* Omnia hæc probabilia.

Titus. Caniſ. Caietan. Marc.3. Barrad.

9. *De animo nuncij Malo animo venit.*

Dixit autem ei quidam: Ecce Mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.] Crediderim non à Deipara, ſed à conſanguineis nuncium miſiſſe, qui nunciaret Matrem, & cognatos adeſſe. An nuncius bono animo nunciarit? Hieronymus, *Videtur mihi iſte non ſimpliciter, & fortuito nunciare, ſed inſidias tendere Saluatori, vtrum ſpiritali operi carnem, & ſanguinem præferat.* Auctor Imperfect. *Venit aliquis quaſi diaboli aduocatus, qui humano ore verba diabolica loqueretur, dicens: Ecce Mater tua, &c. Non poteſt eſſe Filius Dei, quem homines genuerunt.* Porrò tantorum venia Doctorum aſſero nuncium ſimplici animo matris, ac propinquorum acceſſum renunciaſſe. Miſſus enim eſt à cognatis, *Miſerunt ad eum vocantes eum.* Marc.3. Non ergo inſidiosè, ſed ſimplici animo, quod cognati iuſſerant, exequuntur.

Hieron. Imperf. *Venit bono animo.*

§. III.

De præcellenti ſpiritus cognatione.

AT ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait, Quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei?] Haud Dominus quidquam de Matris detrahit dignitate, ſed edocet, quam præclarum ſit, Dei gerere voluntatem: adeſſéque cognationis genus carnali cognatione præſtantius. Duplicem aſſerit Chriſtus cognationem, carnalem inferiorem alteram, ſpiritualem alteram ſuperiorem. Virgo ſummo gradu potitur vtraque. Guarricus ſerm. 4. de Aſſumpt. *Mariam, quæ ſecundum carnem Mater erat, alia quoque ratione Matrem ſibi* Ieſus *probat. Quandoquidem & ipſa voluntatem Patris in tantum faciebat, vt de ipſa prædixerit Pater, Vocaberis voluntas mea. Iſa.62. Igitur vbi eam Filius negligere videtur, ibi amplius honoraſſe inuenitur. Dum ei ſcilicet Materni nominis honor duplicatur. Pro eo quod eundem Filium, quem aluo geſtauerat incarnatum, etiam nunc animo geſtabat inſpiratum.* Quia nunquam non bis Mater Maria. Quam duplicem Maternitatem etiam Iuſtinus Mar. Deiparæ tribuit q.136. *Non Matrem debito honore fraudat Dominus, ſed docet, qua (vt ita dicam) ex Maternitate Virgo ſit beatiſſima. Si enim is, qui verbum Dei audit, & ſeruat, Dei eſt & frater, & ſoror, & mater: quorum vtrumque in eius Matre inerat; perſpicuum eſt, Matrem ipſius ex hac matris ratione beatam dici oportuiſſe.* Et Auguſtinus lib. de ſanct. Virginit. cap.5. *Maria faciens voluntatem Dei, corporaliter Chriſti tantummodo Mater eſt; Spiritualiter eſt & ſoror, & Mater.*

10. *An Chriſtus aliquid de Virginis detrahat dignitate?* *Bis Mater Maria.* Guarric. Iuſtin. Auguſt.

Quænam præcellentior Maternitas? Spiritus præfero Maternitatem. Auguſtinus citat. *Maria laudabilius, atque beatius Chriſti Mater eſt, ſecundum Chriſti ſententiam, Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, &c.* Et cap. 3. *Beatior Maria fuit concipiendo fidem Chriſti, quam concipiendo carnem Chriſti.* Præſtantiorem igitur ſpiritus, quam carnis edocet cognationem. Ambroſius Luc.8. *Non iniuriosè refutantur parentes, ſed religioſiores copula mentium docentur eſſe, quam corporum.*

11. *Spiritus Maternitas præcellentior.* Auguſt. Ambroſ.

Et extendens manum in Diſcipulos ſuos dixit, Ecce Mater mea, & fratres mei, &c.] Hieronymus, *Non Matrem negauit, ſed Apoſtolos cognationi prætulit: Vt & nos in comparatione dilectionis carnem ſpiritui præferamus.*

12. *Apoſtolorum cognatio præfertur.* Hieron.

Meus frater & ſoror, & mater eſt.] Summam docet eſſe ſpiritualem Apoſtolorum cum Domino coniunctionem, quemadmodum ſumma eſt ſororis, fratris, & matris cognatio, ac coniunctio. Hieronymus, *Iſti ſunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis generant. Iſti ſunt fratres, & ſorores, qui faciunt opera Patris mei.* Plura in Paneg.

13. *Apoſtoli domeſtici præferuntur.* Hieron.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM,
EX IVDÆORVM SVPPLICIO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat, &c. & dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui.

Quam facilè Diabolus immundus in domum, è qua exierit, reuertatur.

Ex praua conſuetudine facilè in crimina ſpeciatim libidinis relabimur.

14. Euthym. REuertar, inquit Diabolus, *in domum meam, vnde exiui.* Quanam domos; Euthymios, *Domum ſuam vocat hominem, à quo egreſſus eſt.* Si iam egreſſus eſt domum, & poſſeſſionem hominis amiſit, cur ſuam domum appellat? Quia ex ipſa domo, vbi diu commoratus fuerat, exiuerat. Ac ſi diceret, Domus mea fuit, ioibi diutius moratus, facillimè ex praua conſuetudine rurſùm mihi habitaculum reſerabitur. O quam facilis peccatori pœnitenti ex praua conſuetudine relapſio! *En queriendo voluer, eſta echo.*

15. *Conſuetudo praua fecit Hebræos Diabolum quærere fugientem: quid ni & domum ipſi præparent aduenienti?* Chryſoſt. Diabolum Hebræi è domo exturbarunt, cum ipſi è Pharaonis captiuitate receſſere. Ipſi morem gerentes dæmoni per loca ambulant inaquoſa, & Manna refecti Angelico cibo, ciborum ruſticorum expetunt alimoniam: & ſi illis optio daretur, ad captiuitatem reuerterentur, vt Diabolum ad domum reuocarent. O conſuetudo potentiſſima! Chryſoſt. homil. 7. in 1. Cor. *Iudæi cum Manna haberent, allium quærebant: & cum libertate fruerentur, recordabantur ſeruitutis, & Ægyptum ſæpe numero expetebant propter conſuetudinem. Adeò violenta res eſt.* Si ex conſuetudinis violentia Hebræi ipſi expetunt domum aperire tyranno: quid ni & ipſe & domum ſuam appellet, & iactet ſe ingreſſurum? *Reuertar in domum meam.*

16. *Ingens miraculum, Rahab meretricem clauſiſſe oſtium Diabolo aſſuetum libidini.* Refert Apoſtolus Dei miracula ab orbe condito excitata, & poſt catalogum productum auguſtiorem perficiens aſcenſum, ait: *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiẽs exploratores cum pace.* Et quid adhuc dicam. Ac ſi vulgariter adieciſſet. *Y ano ay mas que decir.* Hebr. 11. Quod nam, precor, miraculum, Rahab non periiſſe cum incredulis, ſi iam ab incredulorum cœtu receſſerat? Profectò auguſtiſſimum miraculũ eſt, meretricem praua conſuetudine affectam non properaſſe iterum ad incredulos, Deumque reliquiſſe veneris fœdatam libidine. Theodoretus pulchrè, *Vt Apoſtolus fidei oſtenderet potentiam, hæc, quæ impudicè magnam vitæ partem tranſegerat, ſalutem, ait, eſt conſecuta.* Proh ineffabile diuinæ potentiæ documentum, fœminam ex praua conſuetudine domum Diabolo rurſum non aperuiſſe! Hebr. 11. Theodor.

17. *Doctus libidini, & ſi pungatur ſtimulis laborum, iubens redit ad vincula.* Oſee. 10. Rupert. Appoſitum Oſeæ teſtimonium. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* cap. 10. Vbi Rupertus, *Conſuetudo hîc terræ promiſſionis tangitur, vbi vitula cum cæteris animalibus fruges terræ terere conſueuerunt. Cum autem grauiſſimo labore fatigantur, ſolent prodire ab area; iterum autem diligentes aream, ſponte ad eam redeunt. Igitur Ephraim ſimilis eſt vaccæ vitulæ; quia didicit & & aream terere, & nimia conſuetudine amare, quod docta eſt: licet trituratio laborem inferat.* Scio vitulam furtiuo auſu dum tritoræ dat operam aliquam frumenti aut ordei partiunculam abſumere iuxta illud: *Non alligabis os boui trituranti.* Attamen quot vulnerum ſtimuli penſione? quanti commutatione doloris. Cur ergo miſerum animans non ſolum non effugit labori reſtitui, ſed, & diligit triturare? Parcite miſellæ vitulæ, quam conſuetudo praua delinquendi vel ad laborem ineffabilem reddit properantem.

18. *Petit David à ſe viam iniquitatis attolli, ne rurſum pergat ad libidinem ex conſuetudinis vi tractus.* Pſal. 118. Aquau. Dauid precatur, *Viam iniquitatis amoue à me.* Pſalm. 118. Hebraicè, *Aufer, remoue, recedere fac à me.* Vbi R. P. Claudius Aquauiua Præpoſ. Gener. Societatis, *Cur potius ait, Remoue à me viam: quam me à via? Ea enim potiùs remouenda, quæ mouentur, quam quæ fixa ſunt. Neque dicimus vſitato modo loquendi: Recedere fac à me turrim illam, aut montem illum; ſed me potius ab illis.* Quam appoſitè! Remoue ô Domine, à me ipſam viam, qua poſſum tendere ad iniquitatem. Ea enim conſuetudinis prauæ vi afficior, vt fortaſſe victus procurrem ad vitia contempta libidinis properare. Hac ergo vi conſuetudinis cognita à dæmone confidit facilè ſibi domus, quam ſuam vocitat, oſtium aperiendum, ſi ipſa domus homo ſcilicet, ad quærendum priſtinum habitatorem auulſis fundaminibus prætendit.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Inuenit eam vacantem ſcopis mundatam, & ornatam.

Dum Diabolus domum vacantem inuenit, ſiue hominem torpentem otio videt, facile inibi collocat domicilium.

Otioſitas enim eſt magnum admodum ad ſalutem offendiculum.

19 *Otioſitatis incommoda recenſeo.* Raban.

RAbanus premens particulam, *Vacantem,* ait: *Inuenit Diabolus hominem vacantem à bonis per negligentiam, & otioſitatem.* Vt ergo dæmon videt hominem otio torpentem, agnoſcit eum felici ineptum æternitati, & ſtabilitatis inimicum, à Deoque abſimilem; vnde colligit eius damnationem, arguens facilè ad crimina prolapſurum.

20. *Otioſus quomodo æternum propoſitum ſouebit?* Pacat.

Qui otio torpet, quonam modo propoſiti colet æternitatem? Fatur Latinus Pacatus, *Gaudent profectà diuina perpetuo motu, & iugi agitatione ſe vegetat æternitas, & quod nos vocamus laborem, veſtra natura eſt. Vt indefeſſa vertiga cælum rotat, vt maria æſtibus inquieta ſunt, & ſtare Sol neſcit.* Quod æternum eſt, & ſtabile debet laboribus operam impendere? Ergo homo otioſus, inſtar vacantis domus, haud ſtabili propoſito nititur. *Reuertar in domum, vnde exiui.*

21. *Videtur ad Dei ditionē non pertinere, qui otio torpet.* Plato.

Qui Dei pertinet ad ditionem, debet Dei imitari inſignia. Quid Deo magis proprium, quam nunquam non operari, fante Domino, *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Vel Plato Gentilis agnouit. *Qui in Græcia* (loquit in Crat.) *primi homines extiterunt, videntur mihi ſolos hos Deos exiſtimaſſe. Solem, Lunam, Cælum: Vt cum viderent eos ſempiterno curſu incedere, Deos appellauerint.* An aptè Deo colligabitur, qui oſor eſt operationis? *Reuertar.*

Deus nunquam otioſus. Ioan. 1. Theodor.

Omnia (Ioannes ait) *per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* cap. 1. Vbi apud Maldonatum Theodorus, *Id eſt, ſine ipſo dixit, omnibus modis volens, tunc cum Patre ſimul fuiſſe, tanquam & natura conſubſtantialis, & mundani opificij conſors, tanquam ſimul cum ipſo coëxiſtens, & vniuerſa ſimul operans.* Deus eſt? Ergo otioſus minimè. Philo lib. de Opif. *Deum in alto otio degere mentiuntur impij.* Quidquid Deum innuit otioſum, mendacium eſt impium. Cum Diabolus hominem otioſum contemplatur, arguit illico à Deo ablegandum eſſe; quia non benè conueniunt, nec in vna ſede morantur Deus operans, & homo vacans ab operibus.

Philo.

22. *Opera non attinentia ad ſalutem animi non liberant hominem ab otioſitate.*

An operans dicendus eſt, qui nullum lapidem non mouet, vt ſeruiat voluptatibus, vt diuitias acquirat, vt ornetur honoribus? Certè opera huiuſmodi mentis indicant otioſitatem. Opera non debent appellari, quæ Dei non imitantur operationem. Deus operatur in luce, huiuſmodi autem opera in tenebris excitantur. Peccatoris perſonam agens anima illa quærebatur, *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui eum, & non inueni.* Cant. 3. Quare à requirente non inuenitur? Certè quia laborabat in nocte, hoc eſt, eis operibus dabat actionem, quæ ad ſalutem non pertinebant, ſed ad temporalia commoda ſpectabant. Apponius, *licet laborem impendat, non tamen inuenit, quem requirit, niſi illuxerit dies. Nihil enim legimus in principio, dum ornatus fabricatur mundi, Dominum operatum in nocte. In die honeſtè ambulemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus non in cubilibus, & impudicitiis.* Cuncta hæc opera tenebrarum; imo indifferentia quæ ad animi ſalutem videntur minimè pertinere.

Cant. 3. Appon. *Opera mala, & indifferentia haud opera lucis.*

23. *Otioſitas maximum ad ſalutem offendiculū eſt.* Bernard.

Ergò magnum ſalutis otioſitas offendiculum eſt. Bernardus lib. 2. de Conſider. cap. 13, *Otioſitas mater eſt nugarum, & nouerca omnium virtutum. Ipſa eſt, quæ virum fortem fortiſſimè præcipitat in reatum, facit ſuffocari virtutem, & viam conſtruit ad gehennam.* Quid ergò mirum, ſi diabolus videns hominem vacantem, credat facilè ad vomitum reuerſurum, vt diabolus ad domum reuertatur.

24. *Vel Chriſtus cum nō operatur, videtur magna cuſtodia indigere.* Cant. 3. Guilielm. apud Delrium.

En lectulum Salomonis, (profatur Spiritus ſanctus) *ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël.* Cant. 3. Quinam lectulus veri Salomonis niſi Dei parens? Pulchram accipe Guilielmi Parui ſententiam *ſanè ex quo in lectula vteri Virginalis per Incarnationis myſterium Dei Filius accumbere dignatus eſt: equidem eundem lectulum ſancti Angeli plurimi ambire cœperunt, & circa quieſcentem in vtero Virginis Deum ſacras excubias agere.* Excubiis indiget Dei Filius homo factus? O exaggerationem! Quieſcit Chriſtus in vtero Mariæ, illius manus illigantur, haud fatigatur ex itinere, nec concionaturus vocem extollit? Quaſi indiget Angelorum excubiis. Sic edocet Angelorum Rex incommoda otioſitatis.

25. *Diabolus reuerſurus ad deſerta tendit, non inſtat obſidioni, quia vbi adeſt otium, cuncta arma Diaboli exeruntur.* Caſſian. Leo.

Cur, ait, diabolus reuerſurus ambulat per loca arida, ſeu deſerta: & non potius circa domum, è qua deturbatus eſt, agit excubias, vt tempus impugnationis obſeruet? Credidero, quia non indiget obſidione, vt ciuitatem illam capiat, qui ſcit otioſitatem cunctorum armorum diaboli ſupplere vices. Caſſianus Colloſ. 46. aſſerit Deum curauiſſe Iſraëlitas bellis tentari ne otio torpentes validiſſima Diaboli arma experirentur. Et D. Leo ſerm. de Ieiun. *Fremit aduerſarius, & cruentas inimicitias ad quietas conuertit inſidias; vt quos vincere fame, gelu, flammis, ferroque non poterat, otio tabeſceret.* Quid ex otio? Adiicit appoſitè, *Cupiditatibus irretiret, ambitione inflaret, voluptate corrumperet.* Nam dum domus vacans oſtenditur, ab omnibus hiſce hoſtibus obſideri neceſſe eſt.

Obſervat. III.

Ad illa verba:

Inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam.

Domus ſcopis mundata & aulæis ornata, hoc eſt, homo ſuperficialiter mundatus, facilem aditum Diabolo præparat.

Quia ſi leuis pænitudo eſt, & ſuperficialis animo ornatus, recidiuo præparatur occaſio.

26. HIc leuis obiicitur pœnitudo, fragile propoſitum, quod quidem facilem aditum aperit Diaboli reuerſioni. D. Thom. in Matth. *Hic ponitur occaſio ex parte eius, qui ſecundo à Diabolo affligitur. Scopis mundatam inuenit domum, id eſt, leuiter. Ornatam, hoc eſt, ſuperficialis ornatus. Mundatio perfecta debet cum igne fieri.* Igne durabilis geritur pœnitudo. Poſt accepta dignè ſacramenta Feria quarta (ex. gr.) in cœna Domini, Paſchatis lætitia tibi delinquendi præſtat occaſionem? Quam leue propoſitum, quam fragilis pœnitudo. Requiritur ergo cum igne mundatio, firmiſſimum propoſitum, feruens dolor, viuax mors.

Recidiuo das anſam leui pœnitentia propoſitum.
D. Thom.

27. Apoſtolum audi, *Conſepulti ſumus cum Chriſto in mortem.* Rom. 6. Si cum Chriſto mortui ſumus ſepulti, cur *in mortem*? Morimur, dum culpa recedit. Poſt mortem mors addatur, id eſt, corpus mortuum per pœnitentiam non ſemel lethaliter percutiatur, ſed ſæpe pœnitudinis propoſito vulneretur. Bellè Chryſoſtomus hom. 8. *Corpus quidem ipſum viuens, ac manens mortuum eſſe vult.* Ac ſi diceret, poſtquam necauerimus, vult Paulus à nobis viuens reputari, vt ſemper exitialiter vulneremus; ne leuis, aut ſuperficialis ſit pœnitudo.

Sæpe debemus occidere corpus, ac ſi viuens ſemper reputaremus, in pœnitentia fortiſſima documentum.
Rom. 6.
Chryſoſt.

28. Linteum illud magnum Petro oſtentatur, *In quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli.* Actor. 10. Vbi Hilarius can. 33. in Matth. *Ioſeph munda ſindone corpus Ieſu inuoluit. Et quidem in hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum vniuerſorum animantium genera ſubmiſſa. Ex quo fortè non ſuperfluè intelligitur conſepeliri cum Chriſto Eccleſiam.* Itaque ſerpentia & volatilia ſignificant Eccleſiam cum Chriſto ſepultam. Iam proſilit difficultas; vox enim exauditur, *Occide, & manduca.* ibid. Si Eccleſiæ fideles iam mortui mundo, & Diabolo intelliguntur in animantibus, quonam modo occidi præcipiuntur? Porrò quia ita debet eſſe abundans pœnitudo, vt ſæpe curemus vel emortuum animum, ac corpus occidere in affectuoſæ pœnitudinis documentum.

Serpentes & volatilia, ſeu hominem veterē iam mortuum iubemur ſæpe occidere, ad pœnitudinis abundantiam.
Actor. 10.
Hilar.

29. Vnde Paulus, *Vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati.* Rom. 6. Si crucifixus cum Chriſto mortuo totus homo, & mortuus apparet: cur adhuc corpus necandum obiicitur? Quia pœnitentia, vt leuis, ac ſuperficialis non ſit, debet vulnera homini replicare, vt animo emortuo, corporis adhuc ex praua conſuetudine fortaſſe rebellis omnis iniquitas moriatur. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 37. *Moriatur adhuc caro noſtra, vt in ea omnis culpa moriatur.* Chriſtus *ſemel mortuus eſt, & reſurrexit*, quia nulla macula in ipſo erat moritura. At homo tot iniquitatibus fœdatus, tot prauis habitibus plenus ſæpè moriatur ex pœnitentiæ feruidæ affectu neceſſe eſt.

Corpus peccati ſæpe deſtruendū.
Rom. 6.
Ambroſ.

30. Ezechiel clamitat, *Oſſa arida, audite verbum Domini.* cap. 37. Ad quæ Galfridus apud Tilm. *Oſſa arida ſunt Religioſi, qui carne pariter & cute depoſita, nihil carnale ſapiunt.* Si iam Religioſi ita ſunt mortificationi addicti, vt, velut ſoluta cadaueris oſſa, procumbant: quare eis prædicatio dicatur? An rurſum poſt primam mortem ſurrexere, vt oporteat verbi prolatione ad mortem adduci? Certè iam mortui debent ſæpe mortificationi dare operam, nunquam de priori pœnitudine ſatisfacti. Mortuos vos hortor, vt adhuc ex pœnitentiæ moriamini affectu.

Oſſa iam arida, vocantur iterum ad verbum Dei audiendum in vberrimam compunctionem.
Ezech. 37.
Galfri.

31. Perficit Apoſtolus argumentum. *Mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi huius.* Coloſſ. 2. Quænam hæc elementa? Quatuor illa, è quibus corpus humanum coaleſcit, terra, aër, aqua, ignis. Nulla in vobis elementi particula viuat. Poſt corporis peccati mortem, videte, an viuat terreni affectus granum, vanitatis aëreæ ſpiraculum, aqueæ voluptatis guttula, igneæ luxuriei ſcintilla. Vidiſti colubrum in partes ſectum? ſine vita totum animans capite comminuto obiicitur; attamen ſingulæ corporis portiones vitali mouentur impulſu. Recognoſcendum peccati cadauer pœnitudine exuberanti, ſi fortè aliqua viuat particula. Theophylactus, *Chriſto commorientes, commortui eſtis vita omni ſuperiori.* Omni vitæ, ſiue vitiis omnibus. Ac ſi in vno corpore occiſi peccati plures ſint viuentes, quos ſingulari cura oporteat interimere. O pœnitudinis leuis, ac ſuperficialis incommoda! Quot miſeri è leuitate propoſiti, ſuperficialique dolore facillime, viuentibus habitibus relapſi lamentantur.

Sæpe occiduntur peccator, ac ſi apud illum multiplex vita adeſſet.
Coloſſ. 2.
Theoph.

Obſervat. IV.

Ad illa verba:

Tunc aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, &c.

Nullum lapidem ſatanas non mouet, vt hominem, quem poſſedit aliquando, & pulſus ab eo per pœnitentiam fuit, rurſum valeat poſſidere.

Ideo obturandæ ſunt tibi omnes rimæ, magna eſt neceſſaria cuſtodia, ne rurſum prolabaris in crimina.

POſt pulſum ex homine diabolum, adhuc inſtat certamini, non quieſcit; ſed alios nequiores ſe milites colligit, vt domum obſideat, & rurſum valeat poſſidere. Vnde monebat Doctor Angelicus, *Ex verbo iſto poteſtis colligere,* 32.

Thom.

quod ſi Diabolus aliquando expellitur ab aliquo, quia agit pœnitentiam: non totaliter dimittit eum; vt ſemper ſolliciti ſint homines, ne reuertatur.

33\. Paulo poſt delictum, cum homines propriam in domum Diabolum recepere, aſſerunt Doctores Adamum & Euam pœnitentia affectos Diabolum è domo cordis exturbaſſe. Tunc Dominus, *miſit eum de paradiſo voluptatis, eiecitque Adam.* Geneſ. 3. Cur eos è paradiſo Deus exturbauit? Exiſtimo, ne ligni vetiti occaſione Diabolus rurſum curaret domum, à qua pulſus fuerat repetere. Ideo prouidus conditor reuerſioni illius omnem recluſit aditum. Climacus de fuga inanis vitæ grad. 3. *Solent diu ſopita vitia reminiſcere. Eua a paradiſo munita exulat; rurſus enim ad concupiſcendum inobedientia lignum pertracta fuiſſet.* A quonam pertraheretur niſi à Diabolo expulſo totis viribus procurante rurſum admitti?

Poſt exturbatum Diabolum ex Adamo, Diabolus timet quarebas, quibus regrederetur. Geneſ 3. Climac.

34\. Preme Diaboli vocem, *Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Math. 12. Pertinacem Diaboli conatum verba inſonant. Liceat materna lingua exponere. *He de boluer, a vnque no quiera.* Eo enim ipſo, quòd ſe pulſum videt, pertinax curat reuerſionem. Toletum do cogitationis roboratorem ad cap. 11. Lucæ. *Perpende conatum, & ſtudium dæmonis ad nocendū hominibus, & quantum ſibi promittat in eo, quem ſemel ſubiecit.*

Diaboli ad regrediendum pertinacia, ſæpè non ſine effectu. Math. 12. Tolet.

35\. De peccato aut de Diabolo Salomon (ex Doctorum placito) profatus fuerat, *In nouiſſimo mordebit vt coluber, & vt regulus venena effundet.* Prouerb. 23. Cur Diabolus regulo comparatur? Ait Solinus, *Extinguit herbas, necat arbores, ipſas etiam corrumpit auras ita vt in aëra nulla alitum impunè tranſuolet infectum ſpiritu peſtilenti. Vis tamen ne defuncto quidem deeſt.* Vis defuncto Diabolo, vis excluſo è corde, vis iniquitati per pœnitentiam emortuæ. Quia eo ipſo, quod dæmon aliquando in corde fuerit commoratus, diligentiſſimè curat rurſum hominem inficere, ad priſtinúmque habitaculum remeare.

Diabolus Regulus, quia expulſus & victus, adhuc venenum habet, vt iterum victurus exſurgat. Prou. 23. Solin.

36\. Prouidus ergo homo aditum omnino Diabolo reuerſuro præcludat, imò domum priſtinam funditus euertat. Clamabat Dauid, *Lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Pſalm. 6. Hebraice, *mitthat.* Quæ vox accipi ſolet pro *domo idolo dicata.* At vox Rigabo, Hebraice ſæchach, id eſt, *mergere, obruere.* Igitur poſtquam Diabolum idolum è domo cordis exturbaui, curabo obruere, ſeu diruere domum, pelago lacrymarum demergi, ac omnino vetus habitaculum deperire; ne reuerſuro Diabolo locus habitationis adſit. Nyſſenus tract. 1. in Pſalm. *Lacrymarum flumine eluam ex peccato conſtructum lectum.* Quid eluere lacrymis conſtructum ex crimine lectum, niſi diruere exædificationem?

Omnino Diabolo reuerſuro aditus præcludendus. Pſalm. 6. Nyſſen.

37\. Pulchrum do Geneſeos teſtimonium. Abſtulit aliquando Iacob à ſuis idola ſiue dæmones, & ſimul inaures, omniaque ſepeliuit. *Dederunt Iacob deos, quos habebant: & inaures; at ille infodit ea ſubter terebinthum.* cap. 35. Vbi D. Bruno aſſerit myſtice inauribus ſignari ſenſus hominis, quibus veluti oſtiis patet aditus Diabolo. Iam requiro, cur non ſolùm dæmon, ſed & oſtia ſepeliuntur? Quia qui expellit è domo idola, ſeu diabolum, & ſepelit, debet ſimul ſepelire oſtia domus, emortua videlicet; ac ſi diceret: *Y a no ay puertas, por donde boluer a entrar.* Sic Diuus apud Tilm. *Iacob & Deos, & ſimul inaures terrâ infodit; vt & mortui intelligantur dæmones, & ſenſus* (animi oſtia) *& ad homines decipiendos vlterius non appareant.* Nam eo ipſo quod appareant ſenſus, Diabolus qui non moritur, licet ſepeliatur, quærit ſollicite aures, (ex. gr.) queis ad animum relabatur. Quare, ait, *inaures cum idolis infodit? Vt nullus Diabolus vlterius aures hominum* (domus oſtia) *ſollicitare præſumat.*

Senſus omnes claudendi, ne Diabolus expulſus, oſtium inueniat. Geneſ. 35. Bruno.

Observat. V.

Ad illa verba.

Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe.

Hæc Diaboli nequitia eſt, non poſſe quieſcere, niſi noceat.

Quam quidem conſuetudinem imitantur homines, qui lætantur, cum delinquunt, nec eis niſi in nequitia gaudium.

DE quanam dæmonum nequitia Dominus loquatur? Certè de conſtantia ad nocendum hominibus, de proteruia ad impugnationem. Aſſeruit Euſebius Emiſſ. Spiritui ſancto tribuendam conſtantiam ad benefaciendum hominibus, Diabolo autem ad nocendum. Vnde aduerſus Spiritus ſancti cuſtodientes ſeptem ſpiritus, Diabolus à domo pulſus ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe adducit. *Quia enim ſeptem ſunt gratiæ Spiritus ſancti, quibus omnis anima ad fidem conuertitur, & defenditur: ideo iniquus ille ſeptem ſpiritus illis contrarios aſſumit; quibus aduerſum eam domum tueatur,* &c. Nullum non mouet lapidem Diabolus, vt hominibus noceat. 38.

Emiſſen.

39\. Premo verba illa noſtri Matthæi: *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit.* cap 12. Et quænam, precor, Diaboli requies? An poteſt requie frui, qui æternis eſt addictus cruciatibus? D. Thomas reſpondet, *Hæc eſt conſuetudo dæmonis, quod non poteſt quieſcere, niſi noceat.* Adeo ei ſapida iniquitas.

Dæmon non quieſcit, niſi noceat. Math. 12. D. Thom.

40\. An non Diabolicam conſuetudinem imitantur homines, qui cum malè fecerint, lætantur: nec arbitrantur ſe requie potiri, niſi quando nouis criminibus implicantur? Cum delinquunt, conquieſcunt. Fatur Salomon, *Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Prou. 18. Græcè vox, *Profundum*, (expoſitore Salazario noſtro ſapientiſſimo) idem eſt ac *Centrum. Impius cum in centrum peccatorum venerit.* Tunc *contemnit*, nulla formidine fatigatur, nullo metu iudicij afficitur. In *centro* eſt. Num non corpora in centro quieta, & ab omni contrario tuta, atque munita? Tunc ergo impij iucunditate vberiori fruuntur, cum ſe iniquiores contemplantur.

Diabolum homines imitantur exultantes in crimine. Prou. 18.

41\. Quam ſimilis dæmoni, qui delictorum fœtore delectatur, & delicias reputat volutabrum. *Deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introëamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus; & exeuntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia: & ſuffocati ſunt in mari.* Marc. 5.

Similis dæmoni, qui delictorum delectatur fœtore.

Chryſol. Marc. 5. Ad quæ Chryſologus ſerm. 17. *Sic eſt odor eius* (Diaboli) *tartareus, & crudelis, vt eum nec porcorum natura potuerit ſuſtinere. Denique demergi in mare, & fluctibus maluit deperire, quam eius immunditiam pati, & putredinem tolerare.* Vndenam Diabolo tam peſtilens odor, niſi à peccato. Porci non potuere Diaboli fœtorem tolerare, & tu nunquam non cum Diabolo degis, & ipſo fœtore horribili delectaris: Diabolus procul dubio es, qui quaſi neceſſariò te ipſum debeas ſuſtinere.

42. *Penè deſperatus, qui delectatur in crimine commiſſo.* Pſalm 37. Ambroſ.

Iam cauſa tua quonam modo deſperata eſt. Nec enim remedij ſpes ei, qui ſolummodò delectatione fruitur, cùm peccatis hæreſcit. Dauid, *Putruerunt, & corrupta ſunt cicatrices meæ.* Pſalm. 37. Fœtore peccati non delectatur Rea, ſed cruciatur? Saluti reſtituendus obijcitur. Pulchrè Ambroſius, *Eſt ergo ſanctæ Dauid ſpes, & remedium ſanitatis; quia iniquitates non vnguentum redolent, ſed fœtorem.* Id eſt, quia non vtitur vnguentis, vt perſiſtat in vulnere? Minimè, ſed quia non delectatur fœtore, ac ſi ſuauiſſimam perciperet vnguenti fragrantiam: ſed fœtorem reputat intolerabilem, perſpicuum exhibet ſalutis documentum.

43. *Actum de illo, cui ſuauis peccatorum fœtor tartareus.* Chryſoſt.

O deſperatam ſalutem eius, qui delicias reputat apud volutabrum reperiri. *Graue malum eſt* (ait D. Chryſoſtomus ad Prou. 18.) *Hominem capi laqueis Diaboli. Anima enim poſtea quaſi in retibus comprehenſa trahitur: & ſicut ſus in luti volutabro immergitur; ſic & iſta à mala conſuetudine obruta, ne ſenſit quidem peccatorum ſuorum fœtorem.* Porrò odoris ſenſu corrupto, in iis ſordibus tanquam in balſamo maximè delectatur.

Auguſt. Auguſtinus lib. 2. confeſſ. cap. 3. *Et volutabar in cœno Babylonis tanquam in cynamomis, & vnguentis pretioſis.*

44. *Qui fœtore criminum delectatur, vti Diues Epulo, damnationi eſt obnoxius.* Ezech. 17. Ambroſ.

Hinc Ezechiel, *Replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritandum me, & ecce applicant ramum ad nares ſuas.* cap. 17. Pagninus, *Et ecce mittunt fœtorem ad nares ſuas.* Id eſt, delictis delectantur. Ambroſius ad Pſalm. 37. *Corruptum ſanguinem fluit peccator, nullum tamen fœtorem ſua cicatricis accipit. Obſtructas enim cœno nares habet.* Ideo vt diues Epulo ſalutem inuenire non potuit. Deſperati enim quodammodo documentum eſt, hominem iniquitatum fœtore delectari.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Quæ eſt Mater mea, aut qui ſunt fratres mei?

Dominus aſſerit Matrem, & fratres profiteri eos, qui Patris cœleſtis gerunt voluntatem.

Conſanguinitas enim poſthabenda Religioni eſt.

45. Guarric.

AN Deiparæ Filius duriuſculè reſponderit? Guarricus ſerm. 4. de Aſſump. *Abſit, vt Matrem aſpernatus ſit, qui tanta cura de parentibus honorandis legem dedit. Imò potius ordinabat in nobis charitatem, vt carnalium neceſſitudinum affectibus non ſolum Dei preponamus dilectionem, ſed etiam eorum qui Dei faciunt voluntatem.*

46. *Chriſtus Patris negotia propinquitatis affectui.* Luc. 2.

Quæritur Virgo poſt Ieſu abſentiam. *Quid fecisti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Cui Dominus, *Et quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis, quod in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Luc. 2. Ad quæ Bernardus ſerm. 2. de Nupt. Canæ, optimè nos docuit Dominus, ne ſolliciti ſimus ſuper propinquos carnis, pluſquam Religio poſtulet. Quando ipſe Matri, & tali Matri reſpondit, Neſciebatis, &c. Et, quid mihi, & tibi eſt, mulier? *Et, quæ eſt Mater mea?* Guarricus citat. *Illi, qui ſermonem Euangelij parentem annunciando interrumpebat, melius reſponderi non poterat. Vt ſcilicet ſpiritualia carnalibus Chriſtus præferenda monſtraret. Ac ſi more ſuo diceret parentibus quærentibus ſe occupatum in negotio Euangelij, quid eſt, quod me quæritis? Neſcitis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Guarric.

47. *Gedeon poſtpoſuit Dei præcepto propinquorum reſpectus.* Iudic. 6. Philoſtr.

Olim Gedeon Dux fortiſſimus, *Timens domum patris ſui, omnia nocte compleuit.* Iudic. 6. Annon parentum ius læſum eſt, dum filios idola comminuit ſine parentum venia? Porrò conſanguinitas poſthabenda erat Religioni. Philoſtratus hær. 95. *Gedeon nocte incendens idola, & frangens, à Deo tantum virtutis meruit impetrare, vt cum paucis ſuis infinitos vinceret inimicos.* Conſecutus tantam à Deo gratiam fuit, quia noctu curauit idola ſuccendere. Cur autem noctu? Timuit parentem, & conſanguineos, ne ſibi impedimento forent.

48. *Aſa iuſtè Chriſti parens, quia cognationem poſtpoſuit religioni.* 2. Par. 15.

De Aſa Rege ſic textus ſacer, *Maacham matrem Regis Aſa ex auguſto depoſuit imperio, eo quod feciſſet in luco ſimulachrum, quod omne contriuit.* 2. Par. 15. An boni filij facinus, matrem ſuam ab imperio exturbare? O Regem auguſtiſſimum! meritò Chriſti parens efficeris, qui cognationem poſthabes Religioni. Theodoretus, *Adeo ardenter diuinas leges eſt amplexus, vt etiam matrem ſuam, quæ maluit colere Aſtartem, Regno priuauit.* Ac ſi diceret de more Ieſu futuri filij, *Quæ eſt mater mea?* Haud mea mater, quæ Patris cœleſtis voluntatem non gerit. Pulchrè Hieronymus, *Idcirco non dixit, Matrem Aſa, vel matrem ſuam, ſed matrem Regis; quia non ambulabat viam rectam, ſicut filius eius.* Hieron.

49. *Rachel religionem prætulit parenti.* Gen. 31. Ambroſ.

Rachel patri Laban aduentanti minimè aſſurrexit. *Ne iraſcatur Dominus meus, quod coram te aſſurgere nequeo.* Gen. 31. Cur nequibat aſſurgere parenti? Quia cauſa Religionis agebatur, cui poſtponenda cognationis authoritas. Ambroſius, *Vbi cauſa agebatur Religionis, fides debuit habere ſedem iudicij, & quaſi rea ſtare perfidia.*

50. *Impietas eſt nimia in ſuos pietas.* Ioſ. 22. Theodor. Hieron. Ambroſ.

Cum filij Iſraël audiſſent, filios Ruben & Gad ædificaſſe altare in terra Chanaam, *conuenerunt omnes in Silo, vt dimicarent contra eos.* Ioſ. 22. An non impiè ô Hebræi in fratres inſurgitis? Theodoretus, *Statuerunt antepoſita Religione cognationi contra illos bellum gerere.* Hieronymus, *Grandis in ſuos pietas impietas in Deum eſt.* Ambroſius, *Præferenda eſt Religio neceſſitudini, pietas propinquitati.* Meritò igitur Dei Filius negotio Euangelij intentus Religionem præferens cognationi, ait, *Quæ eſt Mater mea?*

LIBER QVARTVS.

IESVS IMPOENITENTIAM IVDÆORVM PRÆSIGNAT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput octauum Ioannis.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu Ieſu prophetantis FRVCTVS QVARTVS.

PRÆDICIT Dominus Iudæorum impœnitentiam, qui Abrahamum factis non referentes, Diabolum inconuertibilem imitarentur. Mox quis eſſet oſtendit, fruſtrà tamen ob duritiem auditorum. Audi horribilem Chriſti comminationem: *Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Quia videlicet minimè inuenietis. Proh peccatoris miſeriam! Non inueniemus? Profectò miſericorditer addidit rogantibus, *Tu quis es? Principium, qui & loquor vobis.* Vultis quæſitum inuenire, ne in peccato veſtro moriamini? Principium hoc in Maria quærite, inibi commoratur. Belle Richardus lib. 1. de Laud. Virg. *Vis adire illud Principium, qui dixit, Ego principium qui & loquor vobis. Ioan. 8. Stella Maria illud habet intra ſe. Vis audire, quod non poſſit ab illa diſcedere? Audi ipſam in Canticis: Tenui eum, neque dimittam. cap. 3.* Ergo reuocabiliter Chriſtus excedit, ope Mariæ.

Richard. Laur.

IOANNES CAP. VIII.

VERS. 21. EGO vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire.

22. Dicebant ergo Iudæi, num-

PARAPHRASIS.

21. VADO (*ait Dominus*) *ad eum, qui me miſit, ac tum me fruſtra quæretis; & abſentem deſiderabitis, quem præſentem inceſſitis, & inuidetis. Si perſtiteritis in incredulitate, in peccato moriemini. Vado non quo me veſtra impellit impietas; ſed volens pergo, quos vos inſequi non poteſtis.*

22. *Hoc ſermone territi Iudæi non intelligentes*

quid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quo ego vado, vos non poteſtis venire?

telligentes inter ſe muſitabant: Quid eſt, quod iſte non ſemel nobis ſeſe minatur abiturum, quo nos inſequi non valeamus? An ipſe ſibi vim inferet, & mortem conſciſcet, vt ſe nobis ſubducat?

23. Et dicebat eis, vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo.

23. *Craſsis mente reſpondit, vos ex hoc mundo profecti, mundum ſapitis, & iuxta carnalem mundi ſenſum loquimini. Ego non ſum ex hoc mundo profectus, & ſublimiora loquor, quæ non aſſequemini, niſi, relicta infidelitate, vos dociles præbueritis.*

24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis, quia ego ſum: moriemini in peccato veſtro.

24. *Vnica (dixi vobis) via eſt effugiendi peccatorum tenebras, ſi lucem recipiatis; vnica eſt via ad vitam, ſi agnoſcatis eum, qui ſolus per fidem Euangelicam à morte liberat. Quod ſi pertinaciter, me eſſe illum, credere recuſetis: veſtra culpa veſtris in criminibus moriemini,*

25. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principium, qui & loquor vobis.

25. *Porrò malitiosè Iudæi quaſi nihil hactenus viderint, aut audierint. Tu quis es? aiunt. Chriſtus autem reſpondet, A principio ſum, qui loquor vobis. Et hoc ipſum, quod loquor de Diuinitate mea, ad cumulum veſtræ damnationis accedet.*

26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare; ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

26. *Alioquin multa poſſum loqui de vobis, multis que nominibus condemnare. Sed non ita viſum eſt Patri, qui me miſit in mundum non iudicem, ſed ſaluatorem ab hominibus iudicandum.*

27. Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum.

27. *Tam erat craſſa Iudæorum cæcitas, vt cum toties memoraſſet Patrem ſuum, vnde miſſus eſſet, & ad quem iret: nondum tamen intelligerent, quod de Patre cæleſti loqueretur: quia nihil in eo credere poterant ſupra hominem.*

28. Dixit ergo eis Ieſus, cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil; ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor:

28. *Cum cruci, ait, addixeritis Filium hominis, tunc demum intelligetis, qui ſim: poſteaquam extinctum putabitis, tunc denique virtutem meam agnoſcetis. Reſerabitur ſiquidem, rem non humano more geri: ſed Patris virtute, ex cuius arbitrio gero, quidquid in terris facio ad hominum ſalutem: neque quidquam loquor niſi ex ipſius animo dictatore*

29. Et qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum; quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

29. *Quamquam autem ab eo miſſus ſum in mundum, non tamen ab illo deſeror; ſed ille ſemper adeſt mihi, per me vobis loquens & operans. Summus enim inter nos conſenſus eſt. Cæterum optima fide fungens mea legatione, quæ ille mandauit, quæque ſunt ab illo decreta, perpetuo faciam.*

SECTIO PRIMA.

Chriſti ad Patrem Profectio.

TEXTVS.

VERS. 21. EGo vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire. 22. Dicebant ergo Iudæi, numquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quo ego vado, vos non poteſtis venire? 23. Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum, &c.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De profectione Ieſu, & Iudæorum requiſitione inutili.

1. *Cur dixerit Dominus ſe vadere?* EGo vado.] Vanus eſt conatus veſter, quo me quæritis apprehendere. Nihil enim in me poteritis perficere, quod meæ voluntatis prætextum effugiat. Vado ad Patrem per mortem, & Reſurrectionem meam; me volente profectio præparatur. Cur Dominus verbo hoc, *Vado*, frequenter ſuam mortem ſignarit? An vt ſuam mortem voluntariam, & non vt cæterorum hominum eſſe indicet? Sic *Tolet.* Toletus, *Vt ſcilicet, non Iudæorum poteſtati, ſed diuinæ diſpenſationi aſſcriberetur.* Certè ſi potuiſſent Iudæi, iam pridem Dominum occidiſſent.

2. *Quomodo quæſierint Iudæi Ieſum, & non inuenerint.* *Quæretis me.*] Quomodo Chriſtum Iudæi quæſierint? Auguſtinus tract. 38. Poſt Aſcenſionem in membris Chriſtum Iudæi quæſierunt, dum perſecuti ſunt Apoſtolos, & fideles. Sic Paulus ante conuerſionem fideles, *vt vinctos perduceret*, requirebat. At Chryſoſtomus, & Euthymius quæſiiſſe aiunt Iudæos Chriſtum, quando tempore captiuitatis tribulationibus acti Chriſtum auxiliatorem habere deſiderarunt. *Auguſt. Chryſoſt. Euthym.* *Authoris ſententia.* Non probo priorem expoſitionem, quia ſequentia verba, *Et quo ego vado vos non poteſtis venire*, non de myſtico corpore, ſed de ipſo vero Chriſto procedunt. Nec poſteriorem, quia vt Hieronymus aduotat ad illa verba, *In generatione vna deleatur nomen eius.* Pſalm. 108. omnes, qui Chriſtum ſuffixere, eo tempore, quo Romani venerunt, iam è vita receſſerant. *Quæretis* ergo *me*. Expono Chriſtum quærendum à Iudæis in ſua incredulitate perſiſtentibus, dum negato vero Chriſto quærerent, & expectarent adhuc venturum, indéque ſemper in errore verſarentur.

3. *Iudæi propter peccatum, & cum peccato moriuntur.* *Et in peccato veſtro moriemini.*] Nemo enim peccatorum ſuorum poteſt frui remiſſione, niſi credat in Chriſtum. Duobus modis *in* accipi aſſolet. Cauſaliter, Chriſtus *captus eſt in peccatis noſtris.* Thren. 4. Id eſt, propter peccata noſtra. Et concomitanter, *In peccatis natus es totus.* Ioan 9. Id eſt, cum peccatis, ſeu habens peccata. *Thren. 4. Ioan. 9.* *In peccato moriemini*, id eſt, aut propter peccata, aut cum peccatis. Mortui ne Iudæi propter peccata, an cum peccatis? Euthymius; *Propter peccatum morte eſtis puniendi.* Auguſtinus, *Cum veſtro peccato moriemini, nulla obtenta remiſſione.* Vtrumque affirmo & propter peccata, & cum peccatis Iudæos morte affectos. Multi enim Iudæi à Romanis tempore captiuitatis fuere occiſi, de quibus, *Ad terram proſternent te, & filios tuos, qui ſunt in te, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Luc. 19. Ergo & propter peccatum occiduntur, & incredulitate preſſi *in peccato*, ſeu peccatis (poſito ſingulari pro plurali vt paulo inferiùs expoſuit, *Dixi vobis, quia moriemini in peccatis veſtris.*) Miſerabiliter damnandi æternùm obiere. *Luc. 19.*

Et quo ego vado, vos non poteſtis venire.] Chriſtus ab illis occidendus vadit, Iudæi etiam morientur; ſed diſſimilis terminus; neque enim venire poterunt quo Dominus vadit. Ac ſi diceret, Ea via, quam nunc ſequimini, me perſequendo, & incredulitatem continuando, non poteſtis venire quo ego vado. 4. *Iudæi Ieſum ſequi non poterant.*

§. II.

Suam ſententiam haud cognitam à Iudæis amplius Chriſtus exponit.

DIcebant ergo Iudæi, numquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quo ego vado, &c.] Auguſtinus ait Iudæorum ſtultam fuiſſe interpretationem. Stulta planè extitit, ſed non quo ſenſu Doctor intendit. An, inquiunt, interficiet ſemetipſum, & ſic euadet manus noſtras, nec poterimus eum inuenire, nec à loco, quo vadit, extrahere, vt mortem, quam intendimus, ei inferamus? Tanto deſiderio Ieſum occidendi flagrabant, vt non aliter eorum manus Chriſtum euadere poſſe crederent, quam per mortem ſibi à ſe ipſo illatam. Quid ſi in *diſperſionem gentium abiret*, vt Iudæorum miniſtri interpretati ſunt hoc cap. 8. Adhuc ibi ſe comprehenſuros eſſe ſperabant. 5. *De erronea Iudæorum interpretatione.*

Et dicebat eis, Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Euthymius putat Iudæos de deorſum vocati, quia ſecundum carnem ſentiebant. Non improbo, ſed addiderim aliud quoque Dominum intendiſſe, nempe illos eſſe naturæ inferioris, & corporeæ, quorum locus proprius eſt terra, nec eis vlla eſt naturalis facultas in cœlum aſcendendi. Inſinuat itaque Iudæos nihil in ſe habere cœleſte, ſed in terrena ſua ſubſtantia relictos, ideo non poſſe in cœleſtium 6. *Cur Iudæi de deorſum appellentur, & Chriſtus de ſupernis?*

Tertull. locum aſcendere. Tertullianus lib. de Trin. Sic legit, *Vos de inferioribus eſtis, ego de ſurſum ſum.* Chriſtus de ſupernis dicitur propter perſonam, & propter Diuinam naturam vnitam ſuæ humanitati; eſt enim vnica perſona vtramque habens naturam.

7. *Ibi de mundo, loſue minimè.* *Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de mundo.*] In illa ſententia, *Vos de deorſum eſtis*, naturam expreſſit illorum, quæ terrena eſt, nec valet cœlum aſcendere. In hac exprimit qualitatem. De mundo ergo dicuntur, quia quæ mundi huius ſunt ſapiunt, quærunt, & ambiunt: ſpretis iis, quæ ad Deum pertinent. Propterea, quo Chriſtus ibat, ipſi venire nullo modo poterant.

8. *Exponit Dominus ſententiam ſuam.* *Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.*] Dominus abſolutè dixerat, *Moriemini in peccatis veſtris*, nunc adiunxit, *ſi non credideritis, quia ego ſum.* Cur id addidit? Tum vt explicet cauſam, quare in peccato moriantur, nimirum quia in ipſum non credunt. Tum vt liberum eorum arbitrium ſignificet: nempe ipſos ſibi eſſe cauſam, quod in peccatis moriantur: quia non credunt; poſſeque efficere, vt in peccato non moriantur, ſi credant.

An liberum hominis arbitrium à præſcientia Dei cogatur? Quæ ab hominis pendent arbitrio, & prius quam fiant, prædicta ſunt; non ideo ſunt, quia prædicta fuere; ſed quia futura erant, ideo prædicta ſunt. Quia Petrus voluntate ſua ter erat Dominum abnegaturus, idcirco Chriſtus trinam prædixit abnegationem. Præſcientia enim non quod futurum eſt determinat; ſed oſtendit, quod fiet. Adnoto in textu Græco vtrobique eſſe in plurali, *In peccatis veſtris moriemini*, &c. Chryſoſtomus, & Euthymius: inter Latinos autem Auguſt. & Cyprian. 9. *Num à præſcientia Dei, noſtrum cogatur arbitrium?* Chryſoſt. & alij.

I N
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM,
EX PROFECTIONE AD PATREM.

Observat. I.

Ad illa verba:

Ego vado.

Voluntariè Chriſtus pergit ad mortem, ei renuenti nulla vis poterat ad exitium inferri.

Innuit planè nullum poſſe ſe ſubire periculum, dum curas alios ad ſalutem adducere. O Prædicatorum incolumitatem.

10. *Ieſuita inter peccatores deterrimos ſemper puriſſimi apparet; quia proximorum ſaluti vacant.* Anſelm. ANSELMVS ſic exponit, *Vado ſponte, & ideo fruſtra laboratis.* Quam aptè Ieſu incolumitas oſtentatur, quum proximorum ſaluti prædicando vacabat! *Hæc verba* (Ioannes) *locutus eſt Ieſus in Gazophylacio docens in Templo.* Pulchrè infert, *Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Ieſus, Ego vado.* Vadit ſponte, à nullo opprimitur, quia *docens* loquebatur. Qui docendis proximis vacat, nulli periculo ſubiacere poteſt. Audite Societatis Ieſu operarij.

11. *Religioſus cellulam relinquens, à contemplatione abſtractus ſecurus inter cadauera, deuotior inter fluctus mundiales.* Geneſ. 8. Religioſus cellulæ addictus ob mundi pericula vitanda, poteſt ne redire ad ſæcularem conuerſationem ſine contrahendæ maculæ periculo? Poteſt planè, ſi ad hominum vtilitatem procurandam procedat. Emittitur olim coruus ad aquas diluuij, & periit; emittitur columba, vt experimentum caperet, num aquæ exitiales hominibus receſſiſſent? Periit ne? *At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Geneſ. 8. Mirum planè, quod ramum oliuæ ſalutis ſignum portet volucris, quæ inter cadauera putrida commorata eſt. Non periit, potius nouæ pacis affert ad cellulam inſignia, qui ad hominum vtilitatem receſſit. Haud læditur contemplationis ius. Dionyſius Carthuſ. *Quandam obſcurationem ſplendidæ contemplationis quandoque incurrunt ſerui Dei. Sed redeuntes ad Dominum, mox recuperare amiſſa conantur, & magis quam antea illuminantur.* Apud aliquod exemplar pro *amiſſa* legi *admiſſa.* Neque enim exiſtimo huiuſmodi viros amittere aliquid de iure contemplationis, ſed admittere noua ſpiritus incrementa, dum vtilitati proximi curam impendunt; quæ quidem adhuc recuperant, ſiue accreſcere faciunt redeuntes ad contemplationis exercitamenta. Carthuſ.

12. *Vel hauſtum venenum prauū colloquij & adhortationum peccatorum nocet Euangelico operario.* Marc. 16. Nihil nocere poteſt eis, qui negotio Euangelico vel inter peccatores morantur inſignes. De Apoſtolicis viris Dominus, *In nomine meo dæmonia eiicient, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Marc. 16. Liberati inter venena ambulantes, ne comedant, ne bibant, egregium erat protectionis diuinæ documentum. At promiſit egregius Dominus: *Nec ſi biberint eis nocebit.* Dum edocent peccatores, à peccatoribus peruerſis audiunt velut à ſerpente noxias perſuaſiones; nec tamen alliciuntur ad piacula; quia rei Euangelicæ ſine periculo ſeruire neceſſum eſt ex Domini promiſſione: *Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* D. Gregorius apud D. Thom. in Cat. *Dum bonis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, ſerpentes tollunt. Et dum peſtiferas ſuaſiones audiunt, ad operationem prauam* Gregor.

minimè

minimè pertrahuntur. Mortiferum eſt, quod bibunt; ſed non eis nocebit.

13. An Diabolos ſerpens horribilior humanis? Adamus teſtetur, qui peſtiferæ eius ſuaſioni ſuccubuit. Serpentes vinces, Diabolum ſuperabis, dum ſcripturæ teſtimooiis concionator curaueris eius confundere iniquitatem, homines ad virtutem alliciendo. Gerens Dominus tentandos à Diabolo peccatoris perſonam, hoſtem tartareum ſæpe ſoperauit, proferentibus Angelis triumphum: *Reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* Math. 4. Vndenam Chriſto hominum gerenti perſonam tam illuſtris victoria? Quia concionator egregius ſcripturæ teſtimoniis vtilibus, non ſapientiæ prophanæ næniis vtebatur: *Scriptum eſt, Non in ſolo pane viuit homo. Non tentabis Dominum Deum tuum. Deum tuum adorabis.* Diabolus (Auſonius ait) *omnium ægritudinum, & vulnerum colligatio.* Ergo inficiet concionatorem. Minimè infici poteſt, qoi munere fungitur noo vt ſeruiat vanitati, aut cupiditati; ſed ſoli gloriæ Dei. Strabus ait de Chriſto Diabolum ſuperante ſcripturæ iaculis: *Non concupiſcentia oculo ſicut nos: ſed ſicut medici vident morbos ſine læſione.* Noo læditur, qui curare intendit, non plauſu potiri.

Nec Diaboli nocere poterit concionatoribus vtilia proferentibus conſubernium.
Math. 4.
Anſelm.
Strab.

14. Quid ſi aliquod ſpiraculum vanitatis attrahatur? Non nocebit Prædicatori, Dei gloriam requirenti. Phariſæus ſe ſanctum iactitabat, *Ieiuno bis in ſabbato*, &c. Dominus autem ait, *Amen dico vobis, Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo; quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur.* Luc. 18. At Iobum audio ſui eximiè commendatorem, nec læſo Numine, legi eum confuſione affectum. Quare? Quia Iob curabat ſermone gloriam Dei promouere, proximoſque ad frugem meliorem adducere; vnde vel verba vanitatem olentia, ei mioimè nocuere. Theodorus apud Thom. in Cat. *Phariſæus talia dicebat criminando alios, nulla ratione cogente. Iob verò vrgentibus eum amicis, & preſſuris prementibus coactus eſt, proprias virtutes, referre ad Dei gloriam, ne homines deſiſterent à profectu virtutis.* Paulus ſe ipſum videtur commendare. *Hebræi ſunt? & ego*, &c. *Plus omnibus laboraui.* Num tribuendum eſt inani gloriæ? Minimè. Nam quæ vaoitas cedros Libani aſſolet confirmare, coocionatoribos gloriam Dei requirentibus, proximorumque vtilitatem procurantibus nocere non poteſt.

Nec, ſe dum laudat, poteſt infici vanitate, qui concionatur ad proximi vtilitatem.
Luc. 18.
Theodor.

Observat. II.

Ad illa verba:

Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.

Deus, qui ouiculas quærit errantes, aliquando à requirentibus ſe, minimè inuenitur.

Quia in tempore quærendus, vt inueniri poſsit.

15. Vidi Dominom vnicam requiſiſſe ouiculam ingenti labore, reliquis dimiſſis, quaſi totus periiſſet grex. Video autem multas oues Paſtorem quæritantes, nec tamen iouenientes. Quomodo ergo, qui fugientes quærit, à quærentibus fugiens non inuenitur? Reſpondet Origenes, *Verbum autem præſens, & quod apparet, cum minimè approbatur, ſe abiturum minatur, Ego vado. At ſi cum abierit, ipſum quæramus, illum non inueniemus, ſed moriemur in peccato noſtro. Scit autem à quo diſcedat, & apud quem maneat nondum inuentum, & quæſitum.* Quia ergo in opportuno tempore non quæritur, minimè à requirentibus inuenitur.

Luc. 15.
Origen.

Monebat Iſaias, *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt.* cap. 55. An non dum vita fruimur, poteſt Dominus inueniri? Abſolutè loquendo poteſt. Attamen non inuenietur, niſi cum gratia dooabimur ea occaſione, qua Deus ſcit, nos operatione efficacem reddituros. Vulgariter expooam, *Para allar à Dios es meneſter buſcarle en occaſion.* Vnde vel gentilis Seneca aiebat Epiſt. 22. *Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt, occaſionem obſeruare properantem. Itaque hanc circumſpice; & ſi videris, prende.* Preme verba illa: *Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt.* Etiam cum occaſio eſt præſens, debent homines vigilare, vt occaſionem obſeruent: quid ſi occaſio præſens non adſit, ſed expectetur? Addit Iſaias, *Inuocate eum, cum prope eſt.* ibid. En vigilantia obſeruatoris, precati Dominum præſentem, ne ſibi elabatur pœnitentiæ occaſio: *Non tantum præſentis, ſed vigilantis eſt.* O Chryſoſtomo aut Auguſtino digna ſeotentia. 16.

Deus in opportunitate quærendus, vt inueniri poſsit.
Iſai. 55.
Senec.

De Piſcinæ incolis ægrotantibus ait Ioannes, *Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in Piſcinam, & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat.* cap. 5. Græcè pro particula, *Secundum tempus*, ſcribitur, κατ' καιρόν, id eſt, vt legit Maldonatus, *Certis, & opportunis momentis temporis.* Euthymius ait, ſi conſtitutum tempus fuiſſet, quo Angelus erat deſcenſurus, non eſſet ibi reliquis temporibos tanta ægrotantium multitudo *expectantium aquæ motum.* Ergo non certis temporibus Angelus deſcendebat. Certè illam particulam, *Certis momentis*, ſic expono, *Vaxaba el Angel en ciertos tiempos ò momentos:* Certis quidem momentis noo ægrotis, ſed Deo Angelum immittenti. Non ait, *Certis horis*, ſed *Certis momentis.* Si momentum prætetlabatur, non ſanabor? O ineffabilis diligentiæ opus, accedere illo momento, qoo ſaluti præſentatur occaſio. 17.

Deus quærendus certis temporibus cognitis ſoli Deo.
Ioan. 5.
Maldon.
Euthym.
In momentis quære Deũ, non in diebus, aut horis.

Diem, ais, obſeruo opportunitatis. Noo ſufficit, niſi momentorum ſis obſeruator. Salus penditur in momento, & tu dierom integrorum obſeruator tardus obiiceris? Pelago damnationis miſere obruetis. Apud Matthæum Dominus, *Sicut in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in Arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium: & tulit omnes; ita erit & aduentus Filij hominis.* cap. 24. Preme illam particulam: *Vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in Arcam.* In cuius expoſitionem recurro ad Geneſim, vbi Moyſes ait, *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & filij eius in Arcam.* cap. 7. *In articulo diei*, id eſt, *in particula temporis.* En totam eorum qui periere, calamitatem. Expectauerunt deſides,

Salus in momento penditur, non quæratur in die, aut hora.
Matth. 24.
Gen. 7.

vſque

vſque ad diem & perierunt, quia non expectabant articulum, aut particulam diei, ſed diem totum. Profectò noſtra ſalus oon penſatur diebus integris, ſed articulis diei, ſed particulis, ſed inſtantibus.

18. Aliquando Dominus inclamabat, *Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.* Luc. 12. Ad quæ D. Ephren ſer. 1. de pœnit. *Ignoras qua hora cæleſtis Medicus oſtium medicina ſua claudi iuſſurus ſit, feſtina vt curras.* Horam promittit Dominus? Non ergo debemus obſeruare momenta. Profectò qui dicit, *Qua hora non putatis Filius hominis veniet,* non promittit integram horam ſe moraturum, vt oſtium ineas miſericordiæ: ſed aſſerit venturum in articulo horæ illius; quia ſolum promittitur tempus dum non iubet *oſtium medicina claudi.* At ad clauſulam oſtij minima temporis particula ſufficit. Affirmat Paulus iudicem in *ictu oculi*, mundum eſſe iudicaturum, vt temporis inſtantiæ exprimat breuitatem. Quid ictus oculi niſi tempus illud, quo lumina à palpebris expediuntur, & clauduntur. *En vn abrir y cerrar de è jos.* Haud aliter datur tibi occaſio pœnitentiæ in *ictu oculi. Mientras ſe cierra la puerta.* Recordare virginum imprudentum de quibus Matthæus, *Dum irent emere, venit ſponſus, & clauſa eſt ianua.* cap. 25. Conqueruntur, & clamitant, *Aperi nobis.* Miramini, quod oſtium tam citò fuerit clauſum? In momēto claudi poteſt, vt momentorum ſitis ô imprudentes animæ obſeruatrices: *Ignoras, qua hora Medicus oſtium medicinæ claudi iuſſurus ſit.*

Quare Deũ in tempore illo, quod ſufficit ad claudendum oſtium.
Luc. 12.
Ephren.
Salus in ictu oculi.
Virgines fatuæ in ictu oſtij ſalutem amiſerunt
Matth. 25.

19. Huic ſenſui do illud Apocalypſeos: *Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum.* cap. 18. Si vna hora venit iudicium, hora integra peccatori promittitur. Certè licet integra daretur hora, nimium ſtrictum tempus longæuæ & diuturnæ actorum eius ſeriei adſcriberetur: vt prius poſſet ipſa de tot flagitiis pœnitudinem agere. At nec integra hora promittitur, ſed aſſeritur vna, id eſt, certæ horæ iudicium præſentandum particula, ſeu articulo. Vnde pulchre additur, *Repentinus tibi ſuperueniet interitus.* ibid. Quomodo repentinus, ſi vna exhibetur hora peccatori? Porrò horæ articulo venit iudex, inſtans datur ſolummodo, quia repentinus ſuperuenit interitus. Alibi plura.

Vnius horæ articulo venit peccatori iudicium.
Apoc. 18.

OBSERV. III.

Ad illa verba:

Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.

Quærens peccator Dominum non inuenit, quia non verè requirit.

Nec enim omnes quærentes verbo inueniunt; ſed qui, ſegnitie ablegata multiplicatis virtutis actionibus quærere ſatagunt.

20. DOminus dixerat Matthæi ex ore, *Omnis, qui quærit, inuenit.* cap. 7. Quomodo ergo Chriſtus à quærentibus Iudæis non inuenitur? Origenes reſpondet, *Dicitur iis, qui non rectè quærunt, Quæretis me. Quod non pugnat cum illo: Omnis, qui quærit, inuenit. Semper autem diſſimilitudines ſunt eorum, qui Ieſum quærunt; quod non omnes verè, & ſalutis ſuæ cauſa, & vt ab eo adiuuentur, eum quærunt.* Qui ſegniter requirit, qui ſolis verbis profuſis clamitat; *Domine, Domine, aperi nobis*, Matth. 25. Haud verè requirit, & ideò non inuenit; quia quod non quæritur, non inuenitur.

Matth 7.
Origen.

21. Paulus ait, *Sequor autem, ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto.* Philip. 3. particula, *Comprehendo* ab aliis pro *Apprehendo* ſumitur. Quid apprehendere, niſi toto conatu rem tenere? Innuitur circa ſalutis negotia debere nos omnem lapidem amouere. D. Hilarius legens *Apprehendo*, inquit, *ſic Paulus currit, vt apprehendat dicens: Sequor autem, vt apprehendam, in quo apprehenſus ſum à Chriſto. Non lento gradu properat, neque otioſe ſequitur procurſu; apprehenſurus enim ſequitur. Et ſatis quidem dixiſſe videretur, ſi conſecuturus ſequeretur; ſed vim & ipſe afferre optat, & apprehendere properat.* Vt autem exaggeret, quam operoſa ſequendi ratione debeamus negotia ſalutis gerere, addit, *In quo & comprehenſus, ſiue apprehenſus ſum à Chriſto.* An Chriſtus nos otioſo procurſu ſequitur? *Cucurri*, ait, *in ſiti.* Et Ioannes, Fatigatus ex itinere, *Sedebat ſic ſupra fontem.* Ioan. 4. Ad quæ Auguſtinus, *Currit & ſitit, & nunquam erit ſine ſiti.* Quænam Chriſti defatigatio niſi operoſa hominum fugientium inſecutio, vt apprehendat? *Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Sicut ergo apprehendor à Chriſto, Chriſtum apprehendam. Id eſt, me non oſcitantem, ſed diligentiſſimum oſtendam circa ſalutis negotia, ſeu erga Chriſtum inueniendum, curans ipſius Chriſti quærentis me diligentiam ineffabilem imitari.

Apprehendenda ſalutis negotia toto cordis affectu.
Philip. 3.
Hilar.
Quo conatu ſe quærit errantem Paſtor Chriſtus, requirit ſaluatorem.
Ioan. 4.

22. Conteſtatur alibi Apoſtolus, *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es.* 1. Timoth. 6. *Apprehende*, inquam, id eſt, totis viribus procura negotia ſalutis, ſiquidem æternitas tibi aut felix, aut miſera apponitur. Ambroſius, ſeu potius Proſper Epiſt. 84. ad illud: *Es lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Luc. 12. aiebat, *Superno igne accenſus, animus non tepeſcat, ſed ſtudeat ſemper ardere; ac ſi vigorem eius aliqua turbabit aduerſitas, vnde cœpit inflammari, inde poſcat igniri.* An ſic curamus negotia ſalutis exercere? Chryſoſtomus hom. 23. in Matth. *Nos ergo nos ipſi cauſa noſtræ perditionis exiſtimus. Non enim inſtanter ad eum quærendum accedimus, non interpellamus aſſiduè, non rogamus; quemadmodum pro tanta eſt dignum cauſa rogare. Sed & ſi eum adeamus aliquando, ita facimus hoc, quaſi non deſideremus accipere neque cum ea fide, qua congruit deprecantes; ſed oſcitantes potius, ac tota mente torpentes, ea, quæ videmur poſtulare, negligimus.* Dum quærere videmur, negligimus inuenire? Minimè igitur inueniemus; quia à non quærente non inuenitur; nec verè quærimus, dum quærimus oſcitanter.

Totis viribus apprehendamus æternam vitam, vt inueniamus Ieſum
1. Tim 6.
Ambroſ.
Chryſoſt.

23. Ioannes clamat in deſerto operibus ipſis egregiis, ieiuniis, vigiliis, nuditate, ſolitudine, oratione, quærendum Dominum toto cordis affectu. Vnde Dominus, *A diebus Ioannis Baptiſtæ Regnum cælorum vim patitur, & violenti*

Quanta operum vis adhibenda, ad Regnum cælorum

rapiunt

conſequendum Matth. 11. Antioch.

rapiunt illud Math. 11. Vbi Antioch. hom. 130. tom. 2. Biblioth. Pat. *Regnum temporarium amabit quis? Hic neceſſe eſt, vt exeras, atque oſtentet ſtrenuitatis plurimum in bellis, periculis, excubiis, anxiis ſollicitudinibus, laboribus perplexis.* Subdit opportonè, *Quanto agone opus? quo ſtudio? quam exprompta animi alacritate? quibus vigiliis? ſollicitudinibus? periculis? tribulationibus? tentationibus arcanis quidem, & vix vlli compertis? ærumnis; imò & quot mortis ſpecies vndeunde vrnient, et, qui cum Chriſto æternùm cupit regnare? Ob hoc vnum ſancti omnes, qui noſtrum hanc antecerterunt ætatem, viri, mulieres, imo & pueri ad mortem vſque ſtrenuè decertarunt; quo vel tandem Regno perfruerentur cœlorum. Regnum ſiquidem cœleſte vim patitur. Illud enim piè rapiunt, qui in omnibus ſuam indolem ad vitia propendentem ſtudent vi quadam intellu ſua naturæ euincere.* Sic quærendus Dominus.

24. Dauid ad hæc, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Pſal. 1. Certè ſolummodo hi exquirunt, aut quærunt Dominum, qui toto corde exquirere probantur. Hilarius, *Non negligentem autem teſtimoniorum Dei oportet eſſe ſcrutationem. Ob quod dictum eſt, in toto corde exquirunt eum. Non pro parte ſtudium cœleſti doctrinæ inueniendæ.* (ſeu inueniendo Domino) *adhibendum eſt; ſed toto corde Dei teſtimonia inquirenda ſunt.*

In toto corde exquirendus Dominus. Pſal. 1. Hilar.

25. Dauidis exemplum exhibeo Saulis profanum in conſpectu. *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis. Et perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámque eos.* 1. Reg. 17. Impigrum Paſtoris miniſterium inouiiur temporale. O ſi ad ſpiritus, ſaluiſque æternæ negotia ſic animus exſurgeret: poſtquam *Regnum cœlorum vim patitur.* Hilarius ad Pſal. *Non tepore fidei in huius obedientia obſeruatione contenti, ſed ardorem ſpiritus in apprehendendi auiditate deſiderant. Sic in rapiendo Regno cœlorum raptore Dominus delectatus ait: Regnum cœlorum vim patitur.* Sic exemplo Dauidis circa temporarij miniſterij toto ex conatu adminiſtrationem ad Regni cœleſtis apprehenſionem hortatur.

O ſi ad ſaltem tantum æternum oſtendas affectum, quantum temporariis exhibes negotiis. 1. Reg. 17.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.

Nondum venerat hora apprehendendi, ac violandi in Templo Saluatorem. Poſtea quæſitus in Templo eſt ab impiis Templi violatoribus, queis ſupplicium impœnitentiæ prædicit.

Immediatè enim Chriſtum in Templo perſecutione afficere, ſignum eſt damnationis.

26. DOcet Chriſtus *in Templo & nemo eum apprehendit, quia nondum venerat hora eius* apprehenſionis in Delubro. Poſtmodum venit hora cum Chriſticolæ Ieſum quærunt in Templo. Quonam modo quærunt? Anſelmus, *Quæretis me, perſequendo.* Templum ingredientes videntur Chriſtum requirere, vt colant orando, ſacrum audiendo, aut concionem. At interea & aſpectu & lingua grauia piacula perpetrant. Hi planè Deum *perſequendo* quærunt. Queis dicitur, *Et in peccato veſtro moriemini.* Mox explicat in plurali. *Dixi vobis, quia moriemini in peccatis veſtris.* Si in peccato perſecutionis in Delubro moriuntur, cur dixit in peccatis morituros? Certè quia vnum illud crimen pluralia piacula perpetranda connotat, ex quibus damnatio irreparabilis quodammodo. Difficillimè enim frugem ineunt meliorem qui in Templis materialibus delinquunt aut ſpiritualia Dei Delubra, hoc eſt ſanctimoniales prophanare non verentur.

Templi violator multa crimina facilè perpetrabit. Monialiũ prophanatores difficillimè conuertuntur.

CAPVT I.

Quam difficilis ſalus eius, qui violat Templum materiale, vbi Deus colitur.

DIfficillimè conuertuntur, qui audent apud Delubra piacula perpetrare. Hi enim Chriſtum immediatè perſequuntur. Et quomodo non grauiſſimo hoc ſupplicio afficiatur, qui circa Dei ſacrificium delinquit prophanas immiſcendo affectiones? *Factum eſt poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.* Geneſ. 4. Ager ſit tibi Templum vbi Cain de terræ fructibus Deo munera offert; nec enim aliquid inibi non terrenum, cum ſacrificium ſolummodo viſibili reuerentia litatur, animo quidem ad auaritiam intento. Myſtico miſer deliquit in Templo. Deus eſt perſecutus, vbi colendus maximè obiicitur? In tot delicta prolabitur, vt quaſi irreparabilis ſit ruina. *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & occidit eum.* Quid plura? Extrema deſperatione punitur: *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Sic expoſuit Chryſoſt. Vndenam miſero deſperatio, & quaſi irreparabilis ruina? Certè quia Deum immediatè in Templo, ſeu in ſacrificio perſequendo, & non colendo requiſierat. 27.

Cain in plurima peccata lapſus eſt vſque ad damnationem, poſtquam myſtico deliquit in Templo. Geneſ. 4.

Vidiſti peccatorem facilem admodum in delicta? Inuidia afficitur, ita accenditur, fit homicida. Profectò non mirum in tot crimina tam facilè prolabi, qui circa ſacrificium Domini deliquerat. Audi Ambroſ. lib. 2. de Abel, cap. 7. *Etenim impietas ad Deum mater eſt delictorum: & qui grauiora peccauerit, in cætera facilè prolabitur. Quomodo enim poteſt ab humanis temperare, qui diuina violauit; & hominibus bonus eſſe, qui Deum læſit? Atrociorem ſcelerum reatum vitia reliqua ſequuntur; quoniam quo flagitioſiora propenderint, eò inclinant cætera.* Violationi enim ſacrificij, ſeu Templi agnata eſt omnium criminum perpetratio: *Impietas ad Deum mater eſt delictorum.* Non vidi Templi violatorem qui effrænata conſcientia non eſſet, plurimis piaculis illigatus. 28.

Facillimè aliis prolabetur in crimina, qui delinquit in ſacrificium, aut in Templum. Ambroſ.

29. *Non imperatur homini ſacrificium, nè ſine reparatione delinqueret quodammodo.* Gen. 2. Chryſoſt.

Adamo Dominus, *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Gen. 2. Cur nnn diuiniora illi imperauit, nempe vt ſeſe ad primum pararet ſacrificium in gratiarũm actionem, vt principium obſequij ab Ioue ſummo? Certe nè ſi Adamus circa ſacrificium delinqueret, eſſet ruina irreparabilis. Pulchrè Chryſoſtomus hom. de Adamo. *Deus noſter faciens hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, dedit præceptum in creatura, id eſt, in arbore: eligens, vt per tranſgreſſionem in creaturam peccaret, quam ſine mandato in Creatorem offenderet.*

30. *Angelis imperatus ſacrificij humiliatione, & delinquere irreparabili ruina.* Iſa. 9.

Anoon Angelis præceptum circa ſacrificij obſequium impoſuit, iubens genua coram Agno curuare? Ita planè. Ideo enim damnatur Angelus, quia cum deberet ſe ſe ſcabellum Chriſti conſtituere, ſuperbè protulit, *Ponam ſedem meam in monte Teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo.* Iſa. 9. Profectò Angeli ruina reparanda non erat, & ideo permittitur piaculo contra Chriſtum ſe contaminare. At, hominis reparanda ruina Deus prouidit, nè delicto in Deum immediatè contaminaretur, Ambroſius ad hæc. *Et ſicut Angelus qui elatus cecidit, ita & homo ſi præceptum illud* de non abſumendo pomo *non acciperet*; ſed alio ſacrificio gerendo (verbi gratia) illigaretur: *aquè & ipſe diceret, Pono ſedem meam in Aquilone & ero ſimilis Altiſſimo; & caderet irreparabiliter.* Delinquere enim circa ſacrificium, efficit quodammodo irreparabilem ruinam. *Ambroſ.*

CAPVT II.

Quam difficilis ſalus ei, qui Templum violat ſpirituale, id eſt, ſanctimoniales prophanare non veretur.

31. *Grauius delinquit Templi ſpiritualis prophanator.*

GRauius adhuc delinquit qui Templum ſpirituale, qui ſponſi cœleſtis aulam, ſanctimoniales ſcilicet prophanare non timet. Quid ſperet venia donari, qui ipſum ſponſum Iudicem ſortiturus eſt? Quonam modo affabilis Iudex, qui vendicat læſum coniugij ſpiritualis ius. Liceat vulgariter mentem exponere: *Que perdon ſe puede eſperar, quando Dios es Iuez, y es Parte?* Spiritus ſancti ſponſam, Chriſti ſororẽ & vxorem Agni immaculati prophanare veritus non es? Spiritum ſanctum læſum habebis Iudicem vindicatorem, Chriſtus ſponſus Iudex vindicator exſurget.

32. *Quaſi negat Spiritum ſanctum eſſe qui audet violare eius Templũ, & ſponſam.* Mat. 12. Ambroſ.

Fatur Dominus, *Qui dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſeculo, nec in futuro.* Matth. 12. Irremiſſibile piaculum in Spiritum ſanctum? Quodnam illud? Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 3. *Qui non confitetur Spiritum ſanctum ſacrilegij reum, ſine venia damnatur.* Itaque qui reus eſt ſacrilegij, Spiritum ſanctum non confitetur, ſed negat. Quomodo enim profiteri poteſt Spiritum ſanctum eſſe, qui tam impudẽter audet Spiritus ſancti Templum, & ſponſam ſacrilegij reus prophanare. Huius quodammodo deſperata ſalus: *Sine venia damnatur.* Inſipiens fatur in corde ſuo. *Non eſt Deus.* Huiuſmodi iuris Spiritus ſancti violator manifeſtè (non in corde) proclamat, *Non eſt Spiritus ſanctus. Eius igitur iniuria æternis ſupplicijs expiatur.* *Huius deſperata ſalus.*

Non ſint tibi ſanctimoniales Spiritus ſancti Templa, Chriſti Agni ſponſæ, ſed ſolummodò Dei aſſiduè laudatrices. Ex eo, quod curas lædere laudatrices Sacras, lepra æterna percutieris. Murmurat contra Moyſem ſoror eius Maria, & ſtatim percutitur lepræ fœditate Num. 12. Amici Iob murmurant contra Iobum, & non percutiuntur: potius à Deo edocentur, quonam modo poſſint veniam impetrare c. 42. Quare non omnis plectitur murmuratio? Crediderim, quia ſoror Moyſis Maria eum læſit, qui Deum continuo voce laudabat. Audi Nicetam in Cat. Græca apud Comitol. *Quid eſt, quod cum Maria Moyſi obtrectaſſet lepra infecta eſt: Iobi verò amici nihil mali ſunt paſſi? Nimirum quia illa non tantum Moyſem, ſed Dei etiam Moyſem voce laudatorem violauit.* Si ſic increſcit iniuria contra Dei laudatorem, quonam afficietur ſupplicio non ſolum laudatricis Dei, ſed ſponſæ Dei ſacrilegus læſor? 33. *Licet ſanctimoniales ſponſæ non eſſent, eo quod ſaltem ſunt Dei laudatrices, à Deo grauiſſimè puniuntur earum læſores.* Num 12. Iob 42. Nicetas.

Serpenti Dominus, *Super pectus tuum gradieris.* Gen. 3. O ſerpenti horribile illatum ſupplicium! *Viuiras arraſtrada.* Hoc vel in præſenti ſeculo ſupplicio affici aſſolet, qui ius ſpiritualis coniugij ſanctimonialium violauit, innumeris temporariis incommodis atteruntur, ſpiritualibus vulneribus delinquendo ſine fræno ſauciantur, & demum inſtar tartarei ſerpentis tartaro addicuntur. Vndenam, precor, tantum ſerpenti ſupplicium? Pulchrè Chryſoſtomus, *ſuper pectus tuum gradieris, quia ſtatura tua, & formatione abuſus es, & in familiaritatem rationalis animalis à me conditi venire non formidaſti.* Si quia non formidauit ſerpens in familiaritatem venire animalis ratione præditi immedicabili ruina afficitur: quonam ſupplicio plectetur, qui audet familiaritatem inire cum dilectiſſima Dei ſponſa? *Que mucho que vina arraſtrado?* 34. *Calamitatibus vel hic atteruntur ſanctimonialium prophanatores, colloquio.* Gen. 3. Chryſoſt.

Colloquium ſerpentis cum creatura rationali tam acriter punitur? Quid ſi contigiſſet creaturam? O quam horribili ſubiacent iudicio, qui ſponſæ I E S V manum attingere non verentur? Non veſtiti nuptiali indumento illigantur. *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras.* Matth. 22. Quare manus ligantur? Cyrillus, *Ligate manus, quæ ſplendide illum neſcierunt ornare veſtitu.* Si manus non ornantes hominem ad Agni Nuptias celebrandas, colendas, æternùm illigantur: quid manus ſacrilego auſu Nuptialem veſtem ſponſæ comminuentem, conſputeantem? O quodammodò ſine ſolutione manus conſtringendæ? 35. *Illigandæ æternum manus Nuptiarum ſpiritualium iura violantes.* Matth. 22. Cyrill.

SECTIO II.

Non agnitus à Iudæis.

TEXTVS.

VERS. 25. DIcebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis IESVS, Principium, qui
& loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare,
ſed qui me miſit verax eſt: & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.
27. Et non cognouerunt, quia Patrem eis dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis
IESVS, Cum exaltaueritis Filium hominis tunc cognoſcetis, quia ego ſum:
& à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me miſit,
mecum eſt. 29. Et non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio
ſemper.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Chriſto Principio.

1. *Iudæorum quæſtio.* D*Icebant ergo ei, Tu quis es?*] Sæpè dixerat Dominus, ſe immiſſum à Patre, ſe Dei Filium, ſe eum, qui in Prophetis, & lege prædictus eſt, ſe mundi lucem. At Iudæi occaſione illius verbi: *Niſi credideritis, quia ego ſum*, ac ſi nihil vnquam audiuiſſent, quiſnam eſſet interrogant. Dicis, oportere, vt credamus, te eſſe: expone quiſnam ſis in particulari?

2. *Varietas lectionum ex Græco.* *Dixit eis* IESVS, *Principium, qui & loquor vobis.*] Expoſiturus Chriſtus amplius prædictum verbum, *Quia ego ſum, Principium*, inquit, *ſum.* Græca verba Latinæ verſioni non reſpondent. Nam in Græco *Principium* in accuſandi caſu habetur. *Qui* autem Græcè habetur ὅ τι, quod eſt relatiuum neutrius generis, ſi ſic diuidatur: ὅ τι. Aut eſt coniunctio cauſalis, ſiue declaratiua idem ſignificans, quod Latinè *Quia*, ſeu *Quòd* ſi non ſit diuiſa, nempe ὅτι. Vnde alij legunt *Quod*, alij *Quia*; nec referri poteſt ad *Principium* Græcè, quod eſt fœminini generis. Iuxta varietatem ergo lectionum variè ſententia à Doctoribus explicatur.

3. *Prima expoſitio. Chryſoſt. & alij.* Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, *Principium* aduerbium eſt *Sanè*, aut *Omninò*. Senſus eſt: *Sanè indigni eſtis audire, quod vobis loquor.* Violenta nimis explicatio.

4. *Secunda. Nonus.* Nonus Græcus Auctor, id eſt, *Primò*, ſeu *Prius. Sum, quod ab initio ſeu prius vobis dixi, & ſæpius inculcaui.* Iuxta hunc ſenſum extra rem reſponſio obiicitur, Dominúſque videtur ſubterfugere edocere, quis eſſet.

5. *Tertia.* Alij aſſerunt Dominum non reſpondiſſe, ſed quod dixerat, ſi non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris, confirmaſſe. *Omninò ſic eſt, vt loquor vobis, quia moriemini in peccatis veſtris.* Senſus hic non poteſt verbis accommodari, vt conſideranti patebit.

6. *Quarta. Ambroſ. & alij.* Ambroſius, Beda, Rupertus, Bernardus, *Ego ſum principium, quod & loquor vobis.* Sum, (ac ſi diceret,) principium, & initium rerũ omnium, quia Deus erat. Quod Principium loquebatur etiam cum illis per humanitatem aſſumptam.

7. *Auctoris ſententia.* Profectò lectioni Græcæ, & Latinæ verſioni, remotis omnibus detorſionibus, & locutionum improprietatibus, ſatisfacturus, aſſero Græcam lectionem, ſeruata ſermonis proprietate, idem ſignificare, ac ſi Latinè diceremus, *A principio, qui & loquor vobis.* A principio ego ſum, qui nullo concludor tempore, qui omnia præcedo apud quem non eſt fuiſſe, & fore; ſed ſemper eſſe. Qui & loquor vobis, id eſt, qui etiam hoc ipſum vobis annuncio, & prædico, quando dixi, *Ego ſum.* Certè particula, *A principio ſum ego* eſt phraſis Hebræa, *A ſæculo tu es.* Pſalm. 92. In Hebræo deeſt verbum *Es*, & dicitur, *Ab æterno tu*, id eſt, *ſemper tu es.* Sic in præſenti, *A principio ego*, id eſt, *ſemper ſum ego, nec mutor.* En illius verbi prædicti, *Ego ſum*, expoſitionem.

§. II.

De Patre, ac Filio plura.

M*Vlta habeo de vobis loqui, & iudicare.*] Suam Chriſtus Diuinitatem exprimere perſequitur. Quia dixerat, *Qui & loquor vobis*, nè quis exiſtimaret, nihil aliud loquendum, aut faciendum ſupereſſe, adiunxit: Habeo multa de vobis loqui, & iudicare. Quamuis me docentem audiatis, & peccata veſtra diſſimulantem videatis, ſcitote, multa me obſeruare peccata veſtra, quæ aliquando & manifeſtabo, & iudicabo. 8. *Chriſtus loquuturus, & iudicaturus.*

Sed qui me miſit, verax eſt.] Ac ſi Iudæi obiicerent, cur de nobis modo non loqueris, cur piacula non iudicas? Dominus reſpondit, Deus verax eſt, quæ promittit, facit. Promiſit, me prius mundum ſalute donaturum, non iudicaturum, cum mitteret. Cum ergo verax ſit, oportet me non iudicare, nec damnare, nec accuſare modò: ſed ſaluare, vt quod Pater promiſit, impleatur. Hæc eſt cauſa, cur modò non loquor, nec iudico multa, quæ de vobis habeo. 9. *De veraci Parente.*

Et quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.] Conuenit id Chriſto ratione Diuinitatis, inſinuat enim ſe audiuiſſe, antequam ad mundum aduentaret. Porrò ſi ratione humanitatis loqueretur, diceret, *Quæ audio ab eo, loquor in mundo.* At hæc locutio, *Quæ audiui, loquor in mundo*, indicat eum audiſſe prius quam in mundum veniret. Erit igitur ſenſus, Quæ audiui à Patre vt Deus, hæc homo factus loquor in mundo. 10. *Id Chriſto ratione Diuinitatis conuenit.*

Et non cognouerunt, quia Patrem ſuum dicebat Deum.] Euangeliſtæ verba ſunt aſſerentis Chriſtum verbis ſuperioribus ſignificaſſe Patrem ſe habere Deum: Iudæos vero non intellexiſſe. Græco in Codice non habetur *Deum*, nec *Eum*; ſed, *Non cognoſcebant, quia Patrem eis dicebat.* Exiſtimo cum Toleto & aliis legendum 11. *Euangeliſtæ verba.*

etiam

etiam *Deum: Quia Patrem eis dicebat Deum.* Illud enim, *Eum* corruptio planè eſt literæ.

12. *Dixit ergo eis* IESVS: *Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.*] Quando in Cruce me vt hominem exaltaueritis, tunc cognoſcetis me eſſe Dei Filium; humanitate enim mea per vos morti tradita, tunc velut reſerabitur Diuinitas mea. Certè à Cruce Dominica Iudæi inceperunt agnoſcere Filium Dei eſſe, quem ſuffixerant, ex ſignis mirabilibus, quæ in morte eſt operatus. An non multi *percutientes pectora ſua* reuertebantur? An non Centurio, & qui cum ipſo aderant, timuere dicentes; *Vere Filius Dei erat*? Luc. 23. Adde, ex Reſurrectione, Spiritus ſancti aduentu, Apoſtolorúmque prædicatione infinitam Iudæorum multitudinem Chriſtum Dei Filium cognouiſſe. Fuit tanta miraculorum vis, (adnotante Euthymio,) vt increduli etiam profiterentur.

Paſſio Crucis IESVM Dei Filium manifeſtauit.

Luc. 23.

13. *Et à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor.*] Poſt exaltationem quidem meam agnoſcetis, à me nihil eſſe factum; ſed quæ docet me Pater, hæc locutum fuiſſe. Præcedentem ſententiam refero ad perſonam, cognoſceris, quia ego ſum, id eſt, me Chriſtum eſſe vobis promiſſum. Hanc autem ad doctrinam pertinere exiſtimo. Cognoſcetis, me nihil eſſe locutum, quod non ſit à Patre. Quonam modo, rogas, Filius audiat à Patre: & Pater doceat? Vt homo, audit, quia ſcientia humanitati infuſa eſt à Deo. Vt Deus autem, quia vnà cum eſſentia ab æterno ſcientiam accepit.

Refero ad doctrinam.

Et qui me miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolum.] An putatis Filium à Patre diuiſum: & ita miſſum, vt à mittente ſit ſeparatus? Ita miſſus ſum à Patre, vt ſemper ſim cum Patre: ita vt Filius operor, vt ſimul mecum Pater operetur. Apertius expono: Sum, inquit, Filius Dei vnius & eiuſdem ſubſtantiæ, & potentiæ cum ipſo. Ne ergo quia me hominem intuemini Patre factum minorem putetis, Pater mecum eſt, mecum operatur. 14.

Pater cum Filio ſemper.

Quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.] 15.
Cum Auguſtino exiſtimo ratione Diuinitatis Chriſtum locutum, qui cum ſit Filius Dei, ſemper dicitur facere quod vult, & facit Pater, non ſolum quando in humanitate eſt, ſed antequam eam ſumeret. Dicit autem, *Facio, quod placitum eſt Patri*, & non dixit, *Quod facit Pater*, vt oſtendat, non ſolam operationis vnitatem, ſed etiam voluntatis; vt Iudæos doceret, ſe nihil gerere accuſatione dignum, ſed omnia ſecundum Deum: non vt illi calumniabantur.

An loquatur vt Deus, August.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM,

EX NON AGNITO DEI FILIO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Principium, qui & loquor vobis.

Cum Chriſtus ſit Principium, ſeu Princeps omnium, loqui comiter, & ſuauiter ſubditis, vel impiis non dedignatur.

Comitas etenim, & ſuauitas in Præſule efficit ſubditos promptiſſimè præceptis ſubiacere.

16. FATVR D. Ambroſius lib. 3. de fide, cap. 4. Chriſtum reſpondiſſe, ſe eſſe Principium & initium rerum omnium, quia Deus erat. *Quod Principium*, (ait Toletus,) *loquebatur etiam cum illis per humanitatem aſſumptam.* Dixerim & per humanitatem, comitatem, & manſuetudinem, qua Præſul egregius aſſolet ſubditos ad obſequium addocere. Nihil enim potentius Præſulis comitate, & ſuauitate ad ſubditos trahendos. Ac ſi diceret Dominus, Ego cum ſim Principium, ſeu Princeps omnium, blandè loquor vobiſcum: ergo deberis promptum mihi obſequium præſtare.

Ambroſ.

Tolet.

Huiuſmodi conſequentiæ vim exprimit D. Thomas. *Ego Principium, qui loquor vobiſcum, quia humilis propter vos factus, ad iſta verba deſcendi. Ergo credite, me eſſe Principium, quia vt hoc credatis, non ſolum ſum Principium, ſed & loquor vobis.* Si ſtulti non eſſent Iudæi illi, ſi inuidiæ affectu non excæcarentur, quonam modo poſſent hac conſequentia non illigari: Princeps cum ſit loquitur humiliter, & comiter nobis? Ergo debemus ei obſequium promptiſſimum exhibere. Impij cum ſint ſtultitia preſſi, non intelligunt. 17.

Prudens, ſeu iuſtus ſubditus vi conſequentiæ, non poteſt non obedire Præſuli comiter imperanti. D. Thom.

Videamus ergo, num vim conſequentiæ iuſti calleant? Concionaturus Dominus è naui velut è ſuggeſto turbis, *aſcendens in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas.* Luc. 5. Vbi pulchrè Theophylactus, *Vide Chriſti manſuetudinem, quomodo rogat Petrum; & Petri obedientiam, quomodo in omnibus fuit obediens.* Profectò iam video Chriſti manſuetudinem & comitatem rogantis ſubditum; ſed non video Petri obedientiam, nec enim Lucas adnotat Petrum obſequium præſtitiſſe. Iam apertè monſtrauit aſſerens, Dominum rogaſſe 18.

Rogante Domino, neceſſariò debuit iuſtus Simon obedire. Luc. 5. Theophyl.

Simonem iuſtum. Comitas enim Præſulis tanti viro iuſto vis erat potentiſſima, nè poſſet renitere. Preme particulam, *In omnibus fuit obediens.* Non ſolum puſillum reduxit à terra nauiculam Simon, ſed deinceps in omnibus ſe præſtitit obedientem; quia ſemel Præſule oſtentante comitatem ſubditis, ſi iuſti ſint, ſi conſequentiæ vim perpendant, debent in omnibus iam ſe obedientes præſtare.

Semel Præſule comiter iubente, quaſi tenemur ſemper obedire.

19\. Vis gladij potens? Rogat gladio euaginato Præſulis comitas & manſuetudo. Ioanni Dominus apparuit profatus, *Ego ſum α, & ω. Principium & finis.* Apoc. 1. Poterat adiicere, *Qui & loquor vobis*, ſi quidem ad ſubditos alloquendos comiter, & manſuetè deſcendit. Audi Apoſtolum, *Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis: Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Ibid. Vbi ex Alcaſaris, aliorúmque mente, ſtellæ ſubditi ſunt Epiſcopi ſeptem in manu Domini, ſubditi quidem & obſequentes. Quemadmodum *ad manum Regis* dicitur in Regum hiſtoria milites eſſe præparatos. *Ad manum*, ſiue obedientiæ præferentes affectum. At in gladio oris præcepta innuuntur, imperia potentiſſima deſignantur. Vndénam imperiorum acies, ſi rogat, ſi ſupplicat; ſi queritur humanus, *Vidi ſimilem Filij hominis*? Si in medio candelabrorum ſeu ſubditorum ambulat, vt emungat lucernas? Sic ait, *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam*, &c. *Sed habeo aduerſum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque, vnde excideris, & pœnitentiam age.* Apocal. 2. En aciem gladij manſuetudinem loquentis, comitatem imperantis. Rogare enim Præſulis violentia eſt vulnerantis gladij: *Et ex ore eius gladius vtraque parte acutus.* Liceat excogitationem pulchro Naſonis Carmine illuſtrare.

Iubet quaſi enſe ſtricto, vim infert qui rogat Præſul, qui ſupplicat comiter.

Apoc. 1.

Alcaſ.

Apoc. 2.

Ouid.

> *Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi,*
> *Et quaſi nudato ſupplicat enſe Potens.*

20\. Fatur Dominus, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Ioann. 3. Cur non Deus aut Angelum immiſit hominum Præſulem Redemptorem, aut hominem alium Imperatorem generis humani conſtituit? Reſpondet Rupertus lib. 2. de Vict. verbi, cap. 13. *Neceſſarium fuit, vt neque Angelus, neque homo quiſquam Principatum totius creaturæ adipiſceretur; ſed ſolus Deus ipſe qui veraciter poſſet dicere, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Sciebat apud ſe, neutrum poſſe in talis diſciplinæ magiſterio cæteris præſidere, vt diceret: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* An non Præſulis oſtenditur eminentia ex ſubditorum obſequio? Ergo ſolus Deus aptus eſt Principatui, quia ſolus mitis ad imperandum; vnde ſubditi promptiſſimè obedire cogantur. Cur ſolus Deus aptus ad Principatum, & non Angelus, neque homo? Quia ſolus Deus omnipotens vt attingat à fine in finem fortiter, & diſponit ad id omnia ſuauiter, leniter imperando, comiter iubendo. Quam quidem omnipotentiam Præſules homines imitantur, ſi benignè ſubditis imperent.

Solus Deus aptus vt Principium ſit, quia ſolus Deus humilis & mitis ſcit imperare, vt ſubditorum exigat obedientiam infallibiliter.

Ioan. 3.

Rupert.

21\. *Sciens* IESVS, *quia omnia dedit ei Pater in manus.* Ioan. 13. Vbi Gregorius hom. 40. in Euang. *Sciebat, quia omnia dedit ei Pater in manus, inter quæ omnia & ipſum traditorem, & eos quibus tradendus erat; vt de iis omnibus quæ vellet, ſi faceret: malúmque eorum ſua potentia conuerteret in bonum.* Quánam potentia (ſi vellet Chriſtus) conuerteret duriſſimum traditorem, & eos, quibus tradendus erat Pharaone duriores? Certè manuum comiter lauantium ſubditorum pedes. Ideò adiicit Euangeliſta, *Miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Diſcipulorum ſuorum.* In manibus hiſce abluentibus comiter pedes ſubditorum ineſt omnipotentia ad conuertendum, *ſi vellet*, Iudam, & Iudæos pertinacia preſſos. Comitas enim Præſulis omnipotens ſubditos attrahit ad obſequium.

Omnes ſubditi in manibus Chriſti Regis, quia manus eius in pedibus ſubditorum.

Vnico Carmine pulchrè Poëtarum Princeps collegit comitatis in Præſule potentiam ad ſubditos adducendos, lib. 4. Æneid. Iupiter inquit Mercurio, 22.

> *Vade, age, Nate, voca Zephiros, & labere pennis.*

Mittitur, vt Æneam moneat à Carthagine in Italiam proficiſci. *Vade*, obedientiæ prompta executio. *Nate*, comitas imperatoris. *Voca Zephiros, & labere pennis.* Quam agilis ad obedientiam præſtandam ſubditos, cum Principis imperia cum comitate temperantur. Adnotauit Cerda. *Vt celerrime mandata perferantur iubet, hortatur, blanditur.* Accepit ex Seruio. *Iubet cum ait, Vade; hortatur cum ait, Age; blanditur, cum ait, Nate.* Comitas etenim Principis efficacites præſtat, *vt celerrimè mandata perferantur.*

Comitas Principis efficaciter præſtat, vt celerrimè mandata perferantur.

Virgil.

Cerda.

Seru.

Observ. II.

Ad illa verba:

Ego Principium, qui & loquor vobis.

Chriſtus ſic à Principio eſt Principium, vt nullum ei virtutis opus vltimum ſit; ſed ſimul ſit dextera ſemper nouarum actionum operatrix.

Edocet iuſtos, nunquam ſiſtere in perfectionis via; ſed in vertice collocatos nouas perfectionis vias inchoare.

STrabus fatur, *Filius Principium eſt à Principio, & ſimul eſt manus dextera.* Quid Principio cum dextera manu? Porrò Dei Filius à Principio ſemper Principium eſt, quia nullum virtutis opus ei eſt vltimum. Ideo ſimul eſt *dextera manus* nouarum ſemper actionum virtutis operatrix. Ille egregius virtutum cultor erit cui conſummatio ſemper ſit inchoatio: cui ad finem ſeu ad gradum ſupremum aſcendiſſe, ſit rurſum principium inire. 23. Strab.

De Dei Filio Salomon ait, *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum antè quidquam faceret à Principio.* Prou. 8. LXX. *Dominus creauit me initium,* (ſeu Principium,) *viarum ſuarum.* Quænam illæ viæ? expreſſit Hieremias, *State in viis, & quærite ſemitas Domini ſempiternas, & cum didiceritis, quæ ſit via eius, ambulate in ipſa, & inuenietis munditiam animarum veſtrarum.* 24.

Dei Filius ſemper eſt in Principio viarū etiam eſt verticem tenet, quia ſemper incipit.

Prou. 8.

Iſa. 6.

veſtrarum. cap. 6. Ergo animarum munditia ex virtutum exercitamentis ſunt Dei viæ. Chriſtus viarum huiuſmodi *initium* ſeu *Principium eſt*; quia ita currit, ita terminum viarum attingit, ita progreditur ad auguſtiſſima viarum cacumina, vt ſemper ſit Principium viarum, ſiue in viarum oſtentetur initio. Nam terminus ipſe Chriſto Principium ſemper eſt. *State in viis, & cum didiceritis, quæ ſit via eius ambulate.* Si iam in viis iuſti commorantur, quonam modo diſcunt, quænam ſit via? Quia vero iuſtitiæ cultori illud ipſum ambulaſſe per virtutis vias eſt quodammodo non attigiſſe, nec cognouiſſe. Vnde denuò debet & inquirere, & per eas incedere.

Totius perfectionis vertex eſt Chriſto noua viarum inchoatio. Cyrill.

25. Confirmat excogitationem D. Cyrill. lib. 5. Theſ. cap. 5. *Creauit igitur, inquit, me, hoc eſt, fecit me ſuper legem, & Prophetas initium, hoc eſt, poteſtatem, vt non in verbis illorum ſiſtere faciam; ſed ad opera meliora traducam.* Exiſtimat Pater Prophetarum dogmata, ac legis præcepta vias Domini vocitari. Haſce vias Chriſtus init, conficit iter, terminum perfectionis attingit. Num ſedet fatigatus ex itinere? Minimè, ſed rurſum initio viarum hæreſcit ipſarum in termino. Vt totius perfectionis cumulus ſit Chriſto noua viarum inchoatio. *Principium* ſemper eſt.

David ſemper viarum Principium petebat, etiã cum in vertice morabatur. Pſalm. 118. Horat.

26. Clamat Dauid, *Legem pone mihi Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper.* Pſalm. 118. Si lex tibi ponitur iuſtificationum via, cur promittis te ſemper exquiſiturum eam? Si iam tenes viam, quomodo exquires? Certè quia totam viam perfeciſſe virtutis iuſto eſt Principium viæ petere, vt rurſum aſcendat. Vel prophanus Vates cecinerat, Epiſt. lib. 2.

> *I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fauſto,*
> *Grandia laturus meritorum præmia quid ſtas?*

Qui virtute ornatur, iam in via conſtituitur, ad terminum perductus eſt. At quaſi viam non iniiſſet, monetur inchoare: *Quid ſtas?*

Cum te conſummatum putas, tunc procura Principium capere. Eccli. 18.

27. Eccleſiaſticus appoſitè, *Cum conſummauerit homo, tunc incipiet; & cum quieuerit, operabitur,* cap. 18. Quomodo incipiet, cum conſummauerit? Quia cum verticem virtutis attigiſſe videbitur, quaſi vacuum ſe reperiſſet, debet viæ Principium arripere ad vias difficiliores, & eleuatiores, quæ quidem à termino priorum, & earum vertice incipiant. Hugo Cardinal. ex D. Gregorio, *Neſcit mens per temporem veteraſcere, quæ ſemper ſtudet per deſiderium inchoare.* Ad cumulum virtutum aſcendiſti, vſque ad diem perfectum lux tua peruolauit? Exiſtima tunc tibi volatum inſtituendum. (Gregor.)

Te mortuum iudico, cum in perfectionis via non progrederis. Apoc. 3.

28. De te actum eſſe puta, cum te exiſtimans meritis plenum, non procuras ad altiora eleuari. Sardicenſi Epiſcopo Dominus, *Scio opera tua, quia nomen habes, quod viuas: & mortuus es. Eſto vigilans.* Apoc. 3. Virtute erat ille præditus, & ſe putans plenum laboribus, non curabat Principio viarum hæreſcere, vt ex verticem nouum curſu eleuatiori volatu peragerer. Hunc licet ſanctum meritò habebant aſpicientes; Dominus ſolo nomine viuentem appellauit. *Eſto*, ait, *vigilans*, ex viarum termino nouum Principium cape, vt verè viuens poſſis oſtentari. Regulo Iesvs inquit, *Vade, filius tuus viuit.* Ioann. 4. Vbi pulchræ cogitationi anſam exhibet Theophylactus, *Vide, quid dicat ad illum Dominus, Vade, filius tuus viuit. Hoc eſt, nè ſis immobilis ad bonum; ſed vade, & inacceſſibilem promotionem oſtende ad bonum. Tunc enim filius tuus viuet. Si autem quieueris non ambulans, morietur planè mens tua, eo quod ad bonum te non promoueris.* Preme, *Inacceſſibilem promotionem oſtende.* Licet te ad cumulum poſſibilem virtutum videas eſſe eleuatum, & planè ſis collocatus in vertice. Adhuc *inacceſſibilem promotionem oſtende*, procurans Principium eſſe quaſi impoſſibilis viæ cumulum alterius. Sic viuens videberis verus. Alioqui nomen habebis quod viuas, & in Dei conſpectu inter mortuos annumeraberis.

Qui non progreditur mortuus eſt quodammodo. Ioan. 4. Theoph.

Licet inacceſſibilis tam via videatur, tetendum …

Paulus in via cumulo collocatus petit via Principium, vt viuens haberi poſſit. Phil. 3.

29. Bellè Paulus, *Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea, quæ ſunt priora, extendens me ipſum.* Phil. 3. Ac ſi diceret, Adhuc viuo, non ſum emortuus, nec cum comprehenſoribus adnumeror. Quare vt verè viuens oſtendar, poſt conſummationem, rurſum peto Principium ad nouas vias plus difficiles inſtituendas. Ille enim viuit, qui progreditur; ille mortuus eſt, qui ſtare comperitur. Dixit Chriſtus Samaritanæ fœminæ, *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* Ioan. 4. Quænam *aqua viua*? Porrò quæ non ſtat, ſed æternam proſilit in vitam. Perpulchram do Theophylacti ſententiam. *Aquam dicit non ſtantem, qualis eſt in puteis, & lacubus, putris, & corrupta: ſed viuam, hoc eſt, ſcaturientem, & quæ moueatur. Nam gratia ſpiritus ſemper agilem ad bonum facit animam, aſcenſiones ſemper diſponentem.* Talem aquam bibit Paulus, cum obliuiſceretur eorum, quæ poſt ſe erant: *& ad anteriora ſe extenderet.* In via virtutis ſtas? Viuus non es, velut aqua putris inter cadauera computaris. Si filius tuus viuit, *Vade*, progredere, quæ retro ſunt obliuioni committe, Principium pete nouæ perfectionis.

Ioan. 4. Aqua ſtans, viua non eſt. Sic ſtans animus mortuus habetur. Theoph.

Observat. III.

Ad illa verba:

Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.

Chriſtus Innocens cruci ſuffixus ſe ſe Dei Filium oſtentat.

Et quando patiens innocentia non exhibet documenta Diuinitatis?

Chriſtus ſuffigitur, & (vt in commentario vidimus) multi ex Iudæis crediderunt. Anſelmus, *Quaſi diceret, prius eſt paſſio mea implenda per manus veſtras, tunc ex vobis aliqui credent, me eſſe Dei Filium.* O crucem Chriſti, Deitatem hominibus reſerantem. Et quando innocentia patitur, & non quid in homine Diuinum oſtentat? 30. (Anſelm.)

31\. *Innocens virga percuſſus Cruci beroſcens, mox Chriſti Dei Filij agit perſonam, Deitate decoratur.* Iudic. 6. Ambroſ.

Rei huiuſce myſterium fuit in Gedeone figuratum. *Venit autem Angelus Domini, & ſedit ſubter quercum, quæ erat in Ephra: Cúmque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumentum*, &c. Iudic. 6. Gedeo tunc ab Angelo Iſraëlitarum Saluator deſignatur. Quare cum virga cedit triticum iuxta quercum Saluator eligitur? An non in quercu Crux, in virga frumentum excutiente innocentiæ innuebatur percuſſio? Cur ergo iuſtus Cruci myſticè illigatur, non vulgaris hominis perſonam gerit, ſed Chriſti Saluatoris Dei & hominis repræſentat imaginem. Ambroſius in Procem. lib. 2. de Spir. ſancto. *Gedeon cum ſub arbore quercu tritici meſſem virga cæderet, accepit oraculum, vt à poteſtate alienigenarum in libertatem Dei populum vindicaret. Nec mirum, ſi eſt ad hanc gratiam electus, cum ſub vmbra tunc ſacræ Crucis conſtitutus* virga cæſus *frumenta innocentia produceret.*

32\. *Ante paſſionem Chriſtum innocentiſſimum expreſſit dominii quam Reſurrectionis gloria.* Chryſoſt.

Paulus expreſſit, *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. *Vt in nomine* IESV *omne genu flectatur.* Phil. 2. Preme illud, *Propter quod.* Ac ſi diceret, quia innocens, id eſt, factus obediens vſque ad mortem, Crucis ſubiuit iniurias, ab omnibus tunc exaltatus obiicitur, dum Dei Filius agnoſcitur, & adoratur. Chryſoſtomus ſerm. 6. de Paſſ. *Non ſufficit paſſio communis, non mors ſecreta, non mors ſimplex; niſi vt quanta erat patientia ſingularitatis innocentiæ, tanta eſſet & ſingularitas paſſionis. Actum eſt, vt innocentiſſimus Author ſæculi, ſæculo teſte, moreretur; vt à mundo mundi Dominus antè per pœnam quam per gloriam cognoſceretur.* Itaque innocentia patiens mox Deitatem oſtentat: nec reſeruatur gloriæ Reſurrectionis aperire Deificum, quem iam innocentiæ patientia expoſuerat.

33\. *Qui obediens, ſeu innocens paſſus eſt, oſtendit Patris patientiam, id eſt, ſe Deū expreſſit.* Hebr. 4. Cyprian.

Alibi Apoſtolus, *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia.* Hebr. 4. Vbi Societatis grauis Interpres, *Tolle peccatum, & nullum tentationum, & acerbitatum genus inuenies quod* IESVS *innocentiſſimus non ſit paſſus.* Ergo innocentia vulnerata neceſſariò eum Deificum manifeſtauit. Cyprianus lib. de Pati. *Quia ad hoc deſcendiſſe ſe dixerat, vt voluntatem Patris faceret: inter cætera admirabilia virtutum ſuarum, quibus indicia diuinæ maieſtatis expreſſit, Paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore ſeruauit.* Patientiam Paternam? Quid magis à Patre alienum quam pati! Profectò patientia obedientiſſimi, ſeu innocentiſſimi Filij Paterna vocitatur, quia Deifica eſſe comperitur.

34\. *Vbi ſuffigitur innocentia nomine hominis non aſſignatur, ſed ad Deitatis iura tranſit.* Ioan. 19. Marc. 15. Origen.

Vbi Chriſtus ſuffigitur, *Erat*, (ait Ioannes,) *ſcriptum, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, cap. 19. Referens autem eundem titulum, ait: *Erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorum*, cap. 15. Nomen IESV poſitum in Crucis titulo Ioannes affirmat, Marcus ſine IESV nomine ſcripſit expreſſum. Cur ergo Marcus ſine proprio nomine IESV titulum ſcriptum adnotauit, Ioannes autem IESV nomen expreſſit? Ex Origenis hom. 35. in Matth. mente, Chriſtus repræſentabat & peccatoris, & innocentiſſimi Agni perſonam. Vbi peccatorem repræſentat ſub nomine proprio hominis in patibulo oſtenditur. Vbi autem innocentiſſimum Agnum exprimit iniuriis actum, nomen hominis ſilentio addicitur; quia iam non homo, ſed Deus debet appellari, qui innocens paſſus eſt. *In Cruce habet*, (ait Doctor,) *ſcriptum Rex Iudæorum. Aſcendens enim ad Patrem, & ſuſcipiens Patrem in ſe, pro nomine habet, quo nominatur.* Nam dum innocens patitur iam quodammodo hominem exuit, & Deitatem ſolummodo induit.

35\. *Peccator paſſionis humanæ nomine notatur, innocens autē nomen humanum non habet, quia Deus obiicitur.* 2. Reg. 21. Lyran.

Septem Saulis filij, à Gabaonitis crucifixi fuere: duorum nomina ponuntur, quinque autem ſine propriis nominibus præſentantur illigati patibulo. *Tulit quoque Rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli Armoni, & Miphiboſeth: & quinque filios Michol.* 2. Reg. 21. Duo filij Reſpha cum nomine, quinque adoptiui Michol ſine nomine ſuffiguntur. Quare, precor? Ex mente Lyrani duo filij Reſpha in culpa patri conſenſerant; at quinque alij innocentes Cruci fuere illigati. Vbi patitur peccator, nomine vti homo dignoſcitur. Vbi patitur innocentia, haud hominis nomen exanditur; quia ad Deificam quodammodo naturam eleuatur.

OBSERV. IV.

Ad illa verba:

Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.

Cum Chriſtus puris ab animis exaltatur, cognoſcitur.

Dei enim ſcientia & cognitio ab animorum puritate, & innocentia ortum habet.

36\. *Sanctitas conducit ad ſapientiam.* Nonn.

SCio exaltationem hanc Chriſtum in Crucem agendum ex Patrum communi placito prætendiſſe. At Nonnus Græcus Auctor de animorum munditia expoſuit ſatus, *Quando puris exaltaueritis animis Filium hominis, tunc cognoſcetis & ipſi, quod ſine Deo Patre nihil ago.* Tunc verè cognoſcimus, cum puritatis actionibus Deum exaltamus; ſanctitas enim ad ſapientiæ conducit aſſequutionem. Quidnam precor animis exaltare Filium hominis, niſi configurari eius mortificationi, & mundi contemptui?

37\. *Cum IESVM puritate viso imitamur, eius myſteria agnoſcimus.* Phil. 3. Primaſ.

Ad hæc Paulus, *Ad cognoſcendum illum, & virtutem Reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum illius, configuratus morti eius.* Phil. 3. Ac ſi diceret. Configurari curo me morti IESV, id eſt, eius abnegationem, & mortificationem imitari, vt poſſim cognoſcere illum, & Reſurrectionis eius virtutem, ſeu effectus circa fidei myſteria. Creſcit planè ſcientia in hominibus, cum contemptus mundi augetur in ipſis, & innocentia vitæ producitur. Primaſius, *Tunc erit apud homines eminens Chriſti ſcientia, quando fuerit ab eis propter Chriſtum mundus contemptus.* Liceat vulgariter expendere: *Al paſo que en nos otros crece la innocencia, crece la ſabiduria*; quia ſanctitas ſapientiæ mater eſt. Bellè Seneca epiſt. 2. *Proiice abs te omnia iſta, ſi ſapis, imò vt ſapias.*

38. Michæas Iſraëlitas admonet, *Decaluare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila*. cap. 1. Ad quæ Drogo Oſtienſ. lib. de ſacr. Paſſ. *Aquila decaluata perſpicuo ſole fruitur. Sic animæ caluities quanto dilatatur, tanto ſe prius in eam vera lux infundit. Qui autem ſibi comam nutriunt, cæcitatis, & grauitatis ſibi damnationem acquirunt. Propterea lucis huius beata viſionem perdidit Abſalon, quia grauabat eum cæſaries, & non niſi ſemel in anno tondebatur.*

Qui à cæſarie criminum expeditus eſt, perſpicuo ſole ſapientiæ fruitur.
Mich. 1.
Drogo.

Pulchrè! Qui cæſarie criminum minimè pergrauatur, perſpicuo velut decaluata aquila ſole ſapientiæ fruitur: peccata enim nos à veræ lucis participatione repellunt.

39. Appoſitè Dominus Diſcipulos docturus cœleſtia myſteria, fatur: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*. Luc. 12. Lumbos perſtringit vitæ puritas, lucernæ mox ſpeculationis accenduntur in manibus. *El que es puro y ſanto, haga cuenta, que tiene en las manos la ſabiduria.* Theophylactus, *Primo iubetur lumbos præcingi, ſecundò lucernas ardere. Nam primo quidem eſt operatio* virtutum, *deinde ſpeculatio.* Opportunè de huiuſmodi exaltatione IESV ex animorum innocentia ad ſapientiam conſequendam aiebat Origenes homil. 11. ad Gen. *Maior ad ſapientiam ſenſibus noſtris capacitas ineſt, cum mortificatio Chriſti circumfertur in corpore noſtro mortali.* Plutarchus apud Stobæum ſerm. 6. *Solem ſæpe nubes obumbrant, rationem affectus.* Vnde qui terrenis liber eſt ab affectibus, facilè ſuperni particeps eſt fulgoris.

Lux ſapientiæ ſequitur innocentiæ conſtrictionem.
Luc. 12.
Theoph.
Origen.
Plutarch.

40. Dignouerat planè ſponſa Chriſti myſteria cum inclamat, *Ecce tu pulcher es dilecte, & decorus*. Cant. 1. Vnde tam animatam dilucidè & perſpicuè Chriſti totius pulchritudinem attigit. Profectò ex innocentia. Vnde ſponſus ait, *Ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum*. Ibid. Quid mirum, tot pulchritudinis IESV myſteria ſponſæ fuiſſe reſerata, ſi tota pulchra ex innocentia adſtruitur? Oculi enim ex vitæ innocentia mirum in modum illuſtrantur ad cognitionem: *Oculi tui columbarum*. Nyſſenus hom. 4. in Cant. *Fertur de anima liberata à corporali affectione, quod habeat ſpeciem columbæ in oculis, hoc eſt quod character vitæ ſpiritualis illuſtretur perſpiciente animi facultate: Quoniam purus factus eſt* (ex vitæ innocentia) *oculus capax characteris columbæ: propterea in eam etiam cadit, vt contempletur ſponſi pulchritudinem. Nunc enim primum virgo in ſponſi formam intendit oculos: quoniam ſponſum* (ob innocentiæ imitationem) *habebat in oculis.*

Sponſa penetrat ſponſi Myſteria, quia in oculis ingenuè ipſum ſponſi innocentiam repræſentat.
Cant. 1.
Nyſſen.

David, *Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius*. Pſalm. 102. Vt audiatis Dei miniſtri vocem eius, & calleatis dictionum myſteria prius virtute egregij oſtendamini neceſſum eſt. Nazianzen orat. 40. *Deus ſummum, & inacceſſibile lumen eſt, quod nec mente percipi, nec verbis explicari poteſt. Eo ſe magis contemplandum nobis præbet, quo accuratius animos purgauerimus; eo magis cognoſcendum, quo magis amauerimus.* 41.

Vt poſſis penetrare Dei ſermones, eius fac voluntatem.
Pſ. 102.
Nazian.

Diſcipuli in Emauntem pergentes Chriſtum ex Prophetarum teſtimoniis non cognouerunt, quem poſtmodum *in fractione panis* agnoſcunt. Luc. 24. Certè opera charitatis animum exornantia faciunt oculos acui ad Myſteriorum cognitionem. Gregorius homil. 23. in Euang. *Menſam ponunt, panes ciboſque offerunt: & Deum, quem in expoſitione Scripturæ ſacræ non cognouerunt, in panis fractione cognoſcunt. Audiendo ergo præcepta Dei, illuminati non ſunt: faciendo, illuminati ſunt. Qui ergo vult audita intelligere, feſtinet ea, quæ iam audire potuit, opere implere.* 42.

Acuit oculos ſanctitas operum, ad intelligentiam.
Luc 24.
Gregor.

LIBER QVINTVS.

IESVS MORTEM SVAM RVRSVM PRÆLOQVITVR IEROSOLYMAM SCANDENS.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput vigeſimum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu Ieſu prophetantis FRVCTVS QVINTVS.

CVM iam tempus appeteret in Paſchate proximo paſſionis ſubeundæ, Dominus Ieroſolymam verſus iter aggreſſus, in via duodecim Diſcipulis ſeorſim acceptis, apertè iam omnia tertiò prædicit, quæ de ſua Paſſione, morte, & Reſurrectione obuentura erant; nec tamen intellexerunt, quæ dicebantur. Acerbam igitur ſibi paſſionem imminere, Diſcipulis prædicit: eiuſque præcipuas partes ac circunſtantias, & eiuſdem felicem exitum prænunciat. At Diſcipuli verbis illis in ſpem erecti futuri cuiuſdam Regni, ditionem affectabant; ac primi omnium filij Zebedæi ſimul cum Matre prima Dominici Regni ambiebant tabernacula. De quo tom. 4. lib. 5. Aſſerit Richardus lib. 5. de laud. Mar. Deiparam Ieroſolymam ſimul aſcendiſſe, eique aperuiſſe paſſionis myſterium eiuſque fructuum vbertatem. Quomodo enim paſſio Domini peccatoribus viuificandis erat applicanda, niſi ex piiſſimæ Matris reſpectu? Fatur Dominus, *Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ.* Cantic. 8. Aſcendit Dominus Ieroſolymam, aſcendit & Crucem: fructus paſſionis profluunt peccatoribus ex vberum Mariæ pietate. *Quaſi diceret* (inquit ille) *Dixi, quod aſcendam in palmam, id eſt Diſcipulis meis reuelaui paſſionem meam. Aſſumpſit* (*ait Matthæus*) *Diſcipulos ſuos ſecretò,*

Richard. Laur. — Cant. 8. — Richard.

ſecretò, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Satis etiam credibile eſt, quod ſimul Matri colloquens, etiam aperuiſſet Paſsionem, & Reſurrectionem. Dixi Matri meæ, quod aſcendam in palmam, exaltabor in Cruce: & apprehendam fructus eius, ſeu vtilitates prouenientes ex mea crucifixione, quæ ſunt Reſurrectio, &c. *Tunc erunt vbera tua, ſicut botri vineæ; recordabor enim, quod de te carnem aſſumpſerim, quod lac de tuis vberibus ſuxerim, & iſta recordatio tanquam vini potus præſentis irritationis, & indignationis obliuiſci me faciet.* Pulchrè.

MATTHÆVS CAP. XX.

VERS.17 ET aſcendens IESVS Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis:

18. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte.

19. Et tradent eum Gentibus ad illudendum; & flagellandum, & crucifigendum; & tertia die reſurget.

PARAPHRASIS.

17. SEDVCIT *Dominus Apoſtolos duodecim ſecreto, velut hos ſelectos daxiſſes idoneos, quibus myſterium cracis, quod turba non poſſet capere, crederetur. Iam aperuerat, ſed quoniam facilè obliuiſcuntur homines qaod non libenter audiunt, diſtinctius aperait.*

18. *Ecce, inqait, adimas Ieroſolymam, & Filius hominis prodetur primariis Sacerdotibus, ac ſcribis, qui iam dudum illi ſtruant inſidias; nec conquieſcent illum criminari, donec ad capitalem adigant damnationem.*

19. *Et tradent eum Gentibus, vt illudant illi, vt flagellent, vt conſpaant, & in crucem ſuffigant. Verum ille mortaas, ac ſepultas, die tertia reſurget. Haud facile in pectus demittitur, à qao abhorret animus? Pillula ergo Paſsionis Reſurrectionis auro condatur.*

20. Tunc acceſſit ad IESVM. *Ab hoc verſa vſqae ad 23. inclaſiuè Paraphraſim, & commentarios literales perqaire à volum. 3. lib.*

SECTIO PRIMA.

In Ieroſolymam Aſcenſus.

TEXTVS.

VERS. 17. ET aſcendens IESVS Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis. 18. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & ſcribis, & condembunt eum morte. 19. Et tradent eum Gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum; & tertia die reſurget.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quare Chriſtus Diſcipulis ſuam mortem prophetauerit.

1. *Hiſtoria contextus.* ET *aſcendens* IESVS *Ieroſolymam.*]Diſceſſit Dominus (vt conſtat ex Ioan. 11. in Regionem iuxta deſertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem,& inibi ſuis cum Diſcipulis morabatur. Profectò ibi moratum reor vſque ad tempus Paſſioni propiuquum. Cum iam tempus Paſſioni deſtinatum proximum eſſet, Ieroſolymam, ſuæ pugnæ paleſtram ſcandit.

2. *Quare reuelat Diſcipulis Paſſionē.* Hieron. Quorſum Diſcipulis Domious ſuam Paſſionem,& mortem prophetarit, ſi requitas, Hieronymus reſpondet, *Iturus Ieroſolymam, & ſecum ducturus Apoſtolos, ad tentationem eos parat, ne cum venerit perſecutio, & crucis ignominia, ſcandalizentur.* Sagitæ planè præuiſæ minus videntur vulnerare. Theoph. Theophylactus, *Prædicit Diſcipulis euentura, vt mentes eorum præparet, quo prius audita facilius ferant,& non repente percellantur animo.* Addit Pater, *Inſuper vt ſciant, quod voluntarius patitur. Nam qui prænouit, & effugere poteſt, & non fugit: manifeſtum eſt,quod voluntarium ſe paſſionibus exponat.* Chryſoſt. Chryſoſtomus autem, *Hæc prædicit, vt cum triſtia veniſſe viderint, certiore ſpe Reſurrectionem expectarent.*

3. *Auctoris ſententia.* Aſſero Apoſtolis Paſſionem Dominicam fuiſſe reſeratam, vt intelligeremus, illum ſponte ſua crucem ſubire, (vt Theophylactus.) Confirmat opere, qood verbo Iſaias protulerat, Iſai. 53. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* cap. 53.& quod apud Ioan. 10. Ioannem affirmarat, *Pono animam meam, vt iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo; & poteſtatem habeo, ponendi eam; & poteſtatem habeo, iterum ſumendi eam.* cap. 10.

4. *An Diſcipuli intellexerint?* Obiicis inutiliter Dominum prædixiſſe, quod Apoſtoli minimè intellexere. Ait enim Lucas cap. 18. *Et ipſi nihil horum intellexerunt.* Luc. 18. Reſpondeo, Eſto tunc nihil eos calluiſſe, poſtea explicatiſſimè cognouere. Sed & particula illa, *Nihil intellexerunt*, exponenda eſt. Matth. 17. Matthæus aotem ait cap. 17. *Conuerſantibus eis in Galilæa dixit* IESVS, *Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget: & contriſtati ſunt vehementer.* Mœror hic aſſerit, Diſcipulos verba Domiui intellexiſſe. Arbitratur Chryſoſtom. hom. 66. in Matth. Diſcipulos verba quidem intellexiſſe circa Paſſionem, ſed circa Reſurrectionem minimè. Alij aliter. Ego exiſtimo Diſcipulos verborũ Chriſti corticem amarum ediſſe, ſed oucleum dulciſſimum nõ attigiſſe. Paſſionis actiones illi calluerunt, vnde mœror; ſed Paſſionis dulce myſterium, & vtilitatem non perſpicuè aduotarunt. Chryſoſt. D. Chryſoſtomus, *Etſi Diſcipuli non clarè diſpenſationis huius myſterium ſciebant: intellexerunt tamen.* Poſtea autem cuncta myſteria intelligentes dilucidè coguouerunt Dominum voluntariè ſe ſe morti obtuliſſe.

§. II.

De ipſius Prophetiæ expoſitione.

ASſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò.] 5. *Cur ſecretò.* Ex Græco, *Separauit priuatim, ſeu allocutus eſt ſecreto & priuatim.* Nec enim tunc vulgandum erat Paſſionis myſterium. Theoph. Theophylactus, *Secretum myſterium erat Paſſio, quod familiaribus dumtaxat reuelandum erat.*

6. *An Iudæ reuelatum myſterium.* Num & Iudæ myſterium Paſſionis reuelatum? Affirmatiuè reſpondeo, credens, noudum hoc tempore proditionem animo concepiſſe. Origen. Origenes hom. 11. *Necdum arbitror immiſerat in cor Iudæ ſatanas, vt traderet* IESVM. D. Thomas, *ſciendum, quod Iudas nondum malum conceperat, ideo Dominus eum à ſocietate non repulit.*

7. *Alacritas* IESV *aſcendentis ad Paſſionem.* *Ecce aſcendimus Ieroſolymam.*] Fatur Marcus, Marc. 10. *Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos* IESVS, *& ſtupebant.* cap. 10. Alacritas aſcendentis ad mortem ionuiuit. Theophylactus, *Per hoc, quòd Chriſtus Diſcipulos omnes præcedit, & præuenit in via, oſtendit, quod ad Paſſionem accurrat, & non fugiat mortem propter noſtram ſalutem.* Imitator Domiui Paulus, *Ecce*, Act. 20. inquit, *alligatus ego ſpiritu vado in Ieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans: niſi quod Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur dicens, quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent; ſed nihil horum vereor.* Act. 20.

8. *Aſcenſus ad Ieroſolymā.* Luc. 10. *Aſcendimus.*] Erat loco in excelſo Ieroſolyma. In parabola Domious, *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho.* Luc. 10 Deſcendebat vtique, quia Iericho in inferiori aderat loco; quia verò Ieroſolyma in editiori eminebat, Chriſtus dicitur aſcendiſſe.

9. *Traditus Principibus.* *Et Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte.*] Quonammodo Principes & ſcribæ damnarint, quem Pilatus occidit? Traditus quidem eſt Chriſtus à Iuda Sacerdotum Principibus,& ſcribis; illi verò mortis in eum tulere ſententiam, quam Pilatus Ethnicus Iudæis imperans executioni mandauit.

10. *A Gentilibus occiditur.* *Et tradent eum Gentibus, ad illudendum,& flagellandum, & crucifigendum.*] Romani gentiles Chriſtum illuſiooibus affecere, flagellis vulnerarunt, crucique confixere.

11. *De Reſurrectione.* *Et tertia die reſurget.*] Nec enim Dominos ſolam mortem Diſcipulis voluit prophetare, ſed & Reſurrectionem. Apud Lucam addit à Prophetis hæc eſſe prædicta, adeſſeque tempus, quo ſiot perficiendæ prophetiæ: *Et conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.* cap. 18.

12. *Ex Patribus roboro totũ commentarium.* Roboro totam expoſitionem Patrum placitis. *Ecce iam tertiò* (Chryſoſtomus) *prædico vobis Paſſionem meam, vt altius inſideat mentibus veſtris ſæpius repetita.* Chryſoſt. Hieronymus, *Ducturus Apoſtolos Ieroſolymam, ad tentationem eos parat.* Hieron. *Aſcendimus*, Chryſoſtomus, *Id eſt, voluntariè vado ad mortem.* Chryſoſt. Origenes, *ſæpe oportet ſe offerre perſecutionibus, & periculis.* Origen. *Traditur Chriſtus Pilato*, (Anſelmus ait) *& Militibus Romanorum.* Anſelm.

rum. Illuditur cum aiunt, Aue Rex Iudaeorum. Flagellandum, &c. Cur Dominus tam grauiter voluit vulnerari? Rabanus, *Ideo voluit Dominus grauia pati, vt oſtenderet, qui per delectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus.* Auguſtinus, *Paſſione oſtendit, quid ſuſtinere pro veritate; Reſurrectione, quid ſperare in aeternitate debeamus.*

Raban. Auguſt.

I N
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX ASCENSV IN IEROSOLYMAM.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Aſſumpſit IESVS *duodecim Diſcipulos ſuos,* &c.

Et Iudas vnus de duodecim aſſumptus in Ieroſolymam poſt paruum temporis interſtitium Dominum traditurus.

Monemur, ne in vertice ſanctitudinis collocati, gloriemur, nec immobiles reputemus futuros. Cedrus Libans cadit.

13. *Religioſi eleuatioris virtutis de caſu ſemper ſint ſolliciti.* Thom. VIDIMVS ex D. Thoma Iodam cum duodecim Diſcipulis ad arcani participationem aſſumptum, quia tunc mente noo gerebat proditionem. Attamen ait Dominus. *Et Filius hominis tradetur.* Anſelmus, *à Iuda.* Tam citò ne Iudas è vertice cecidit io baratrum? Quis cordatus non timeat excidere, licet ſe videat in ſanctitatis cumulo conſidentem?

14. *Nec glorietur in craſtinum.* Prou. 27. Origen. Monet Sapiens, *Ne glorieris in craſtinum.* Prouerb. 27. Hodie gratus Numini degis? Non glorieris inaniter; craſtina qui die pores à dextera Dei deturbaros ipſum Dominum auaritiae, aut libidiois vili pretio tradere. Origenes homil. 12. in Math. *Adhuc Iudas forſitan dignus erat cum caeteris ſeorſum accipi, & audire, quae paſſurus erat Magiſter. Adhuc neſciebat Iudas, quid eſſet facturus. Sed nec aliquis noſtrum ſcit. Nam & omnibus dictum: Noli gloriari in craſtinum; nec enim ſcis, quid ſuperuentura pariet dies.*

15. *Stellae ſub ſignaculo, ſeu Religioſi cadunt.* Apoc. 12. Ioannes, *Viſum eſt aliud ſignum, & ecce draco magnus rufus habens cornua decem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum.* Apocal. 12. Itáne? Stellae *ſub ſignaculo* commorantes, & caeleſtem fulgorem immittentes caudae draconis trahuntur impulſu, & è vertice in baratrum deturbantur? Certè vel Religioſi virtutis eleuatioris ſubiacent excidendi periculo. Auguſtinus lib. Soliloq. cap. 29. *Vidimus multos ex Patribus noſtris (quod ſine magno tremore non recolo) aſcendiſſe vſque ad caelos, & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe: poſtmodum cecidiſſe vſque ad abyſſos. Vidimus ſtellas de caelo cecidiſſe ab impetu ferientis cauda draconis.*

Auguſt.

16. *Dauid aſcendens in verticem, ſe deiectum clamitat in abyſſum.* Pſ. 138. Pſ. 141. Ambroſ. Dauid ad ſuperos aſcenſurus, vt ſtellarum domicilium ſortiretur, pennas exerit: *Si ſumpſero pennas meas diluculo.* Pſalm. 138. Ambit ſedem illius, qui *mane* ſeu diluculo *oriebatur?* Cupit in virtutum vertice collocari. Profectò paulò poſt inclamat, *Periit fuga a me.* Pſalm. 141. Icari ſum aemulatus exitium. Quaerit Ambroſius lib. de Fuga ſec. cap. 5. *Quomodo dicit, fugam à ſe periiſſe, qui dixerat, ſi ſumpſero pennas meas,* &c. *Nunquid contrarium eſt?* Reſpondet, *Abſit; multa enim iuſtorum certamina. Nunquid ſemel athleta luctatur? Quotiens poſt coronas multas vincitur in alio certamine? Quotiens qui ſaepe vicerat, interdum fluctuat?* Voluptatum volutabro addicitur Dauid, qui in firmamento rutilauit ſtella.

17. *En vno momento in aliud hominum genus immutari ſolet. Petri teſtes.* Ioan. 21. Auguſt. O Petre ſtella fulgentiſſima, an ex vertice in abyſſum aliquando fueris exturbata? Poſtquam Petrus ter Dominum moriturum abnegauit, cum iam non moritur rogitat Diſcipulum, *Petre amas me? Petre amas me? Petre diligis me plus his?* Ioan. 21. Quare triplex de dilectione geſſit periculum? Reſpondet Auguſtinus ſerm. 149. de Temp. *Noli tadio affici, impleatur numerus dilectionis, vt deleatur numerus negationis.* Apte quidem. Attamen aptius quaeſtioni & argumento reſponderim, Domioum hominis inſtabilitatem innuiſſe. Rogat Dominos, *Petre amas me;* & tunc Apoſtolus verè reſpondit, *Etiam Domine.* At mox poteſt IESVS interrogare, *Petre amas me,* & Petrus poteſt mente inutata reſpondere, *Minime.* Facilis etenim vel ſtellae deſcenſus Auetni. Vnde pulchrè Auguſtious aſpiciens Petrum intrepidè reſpondentem, *Etiam Domine,* adiicit, *Quid contriſtaris Petre, quia reſpondes amorem, oblitus tuum timorem.* Reſponſione ex prima in ſecundam poteſt iam animus vota dilectioois immutaſſe.

18. *Iob ſtella timet obrui fluctibus ſicut Icarus.* Iob. 31. Prudena Iob, *Semper quaſi tumentes fluctus ſuper me timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* cap. 31. Non poteſt Iob Dei pondus ferre, Id eſt, caeleſtium beneficiorum, & illuſtrationum vim tolerare. Aliquando enim tanta aſſolet eſſe Diuorum illuſtrium apud Deum gratia, vt ſit eis quodammodo intolerabilis gloria. Tertullianus, *Quorumdam bonorum ſi.uti & malorum intolerabilis magnitudo eſt.* Ego igitur qui adeò ſum vertici addictus ſtella *ſirnui Deum*

Tertull.

quaſi

quaſi tumentes fluctus, ne ſcilicet Icario volatu decidens in pelagus fluctibus tumentibus obruar; ſiue ne tempeſtas obruat tranquillitatem. Seneca Epiſtol.4. *Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur, eodem die vbi luſerunt nauigia, ſorbentur.* Nauem vidiſti aura propitia cum fluctibus roſtro læto, colludentem, & repentè, turbato æquore, iacentem in profundo? *Momento vertitur.*

Senec.

19\. Scalam Iacobæam expono huiuſce teſtem veritatis. *Angelos aſcendentes, & deſcendentes, & Dominum innixum ſcalæ*, vidit. Geneſ.28. Homines Chriſti ductu ad verticem aſcendunt Angelici. Nimium ne fidas ſublimitati; nam & Angeli quoque deſcendunt è cœleſti Ieroſolyma. Paſchaſius adhæc, *Et ideò, quia neſcimus de nobis, quid futura pariet dies, conſideranda eſt illa ſententia Apoſtoli: Vt cum timore, & tremore noſtram ſalutem operemur; cum Iacobo inclamantes, quam terribilis eſt locus iſte?* Nec Angelus ſecutus eſt? Nec æternùm conſiſtit Apoſtolus?

Angeli à vertice deſcendunt? Gen. 28. Paſchaſ.

20\. Quam charus Patrifamilias frugis filius, cui dixerat, *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Luc.15. Si ſemper cum Deo, haud timeat excidere. Porro ille conqueritur, *Nec mihi hædum dediſti, vt cum amicis epularer.* Ad quæ Pater, *Fili tu ſemper mecum es.* Hugo Cardinal. *Poſſet ei Pater dicere, Mentiris*, (auguſtiora etenim mnnera accepiſti, agnnm ſcilicet innocentiæ.) *Sed ex benignitate parcit ei, ad perſeuerantiam inuitando; quaſi diceret, qui ſtat, videat, ne cadat.* Cadétne qui ſemper adeſt cum Parente? O quam facile frugis filius prodigi veniet ad ſtabulum!

Filius, qui ſemper cum Deo moratus fuerat poteſt excidere. Luc.15. Hugo.

21\. Lex indicit Hebræis, *Tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas: iuxta quem ritum tolletis & hædum.* Exod.12. Hædusne aptus ſacrificio Paſchali? Profectò deficiente agno, aſſolet hædus adſumi, vt dexteræ teneat verticem, quum agnus è dextera præceps agitur in ſiniſtram. Strabus, *Sumetis & hædum, cum vt nemo de venia deſperet, tum vt nemo de ſtatu ſupremo, aut de iuſtitia confidat.*

Agnus poteſt deficere, vt hædus aſcendat? Exod 12. Strab.

22\. Ouiſne poteſt è cœleſti monte in abyſſum detrudi? *Sicut oues* (ait Vates) *in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Pſalm.48. Hugo, *Illi ſic ſe iactant, poſtea in ore ſuo complacebunt. Mihi iam conſtat, quod illi iam ſicut oues in inferno poſiti ſunt.* Non dixit *ſicut hædi*; Vt agnoſcas etiam eos, qui in grege ouium cœleſtibus graminibus ſatiabantur, qui paſcebant ſtellas: poſſe è cœlo turbari cauda draconis, & æternùm in tartaro à morte depaſci. Qui ergo ſtat, videat, ne cadat. Iudæ vigil ruina.

Ouis poteſt in infernum detrudi? Pſal 48. Hugo.

Observat. II.

Ad illa verba:

Aſſumpſit Iesvs *duodecim Diſcipulos ſuos ſecretò.*

Vt Crucis myſterium arcanum non vulgaretur vſque ad opportunitatis inſtantiam, Chriſtus id ſelectioribus Diſcipulis commendat.

Ad ſecreti enim cuſtodiam ſanctitas agnata obiicitur.

23\. Chryſoſtomus innuit Dominnm Apoſtolos præceſſiſſe, (vti adnotat Marcus) vt Diſcipulos duodecim ſemoueret à turbis. Quare aſſumit Apoſtolos? Vt ſecretum eis Paſſionis, quod tunc reliquis aperiendum non erat, ſanctioribus reuelaret. *Semper pretioſior theſaurus* (ſecretum ſcilicet) *in melioribus vaſis includitur.* An Iudas iuſtus? Origenes, *Cum vndecim adhuc erat Iudas ſorte dignus, audire cum aliis ſeorſum,* (ſeu ſecretò) *quæ Chriſtus eſſet paſſurus.* Aptè quidem quæ vulganda non tunc erant ſanctis reuelantur, quia ſanctitas ad ſecreti cuſtodiam agnata.

Sancti viri ſecreti cuſtodes. Chryſoſt. Origen.

24\. Vidiſtine virum ſanctitate egregium, qui ſacramentorum, quæ ſibi fuerint commiſſa cœlitus, egregius cuſtos non extiterit? Paraturus Abrahamus tribus Proceribus ſupernis hoſpitium, Saræ inquit, *Accelera, tria ſimila commiſce, & fac ſubcineritios panes.* Geneſ.18. Vbi Ambroſius myſticè contemplatur tribus farinæ ſatis cœleſtia myſteria, ineffabilia arcana Abrahæ reuelata tnnc aſſignari: quæ quidem ſubcineritia eſſe ſiue abſcondita iubet: *Fac ſubcineritios panes.* Græcè, *Abſconditos.* Mirum fuiſſet, ſi ſanctiſſimus Abraham non conſequenter eſſet accuratus ſecreti obſeruator. Fatur Doctor lib.1.de Abrah.cap.5. *Conſperge tres menſuras ſimilaginis, & fac ſubcineritia, Græcè abſcondita: eo quod latere debeat omne myſterium, & quaſi operiri Dei ſilentio, ne prophanis temerè diuulgetur auribus.*

Abraham ſanctus accuratè ſecretorum cuſtodit, reddens myſteria. Gen 18. Ambroſ.

25\. Poſt præceptum de Iſaaco immolando, *Abraham de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum.* Geneſ.22. Origenes, *Alia litera habet, ſurrexit Abraham mane. Quod addit, Mane, oſtendere fortaſsè voluit, quod initium lucis ſplenderet in corde eius.* Surgit ergo *de nocte* Diuus, ne ſcilicet lux arcani illius, quod ſibi commiſſum fuerat, vlli mortalium reuelaretur. *Strauit aſinam ſuam, ligna præparauit, aſſumpſit filium, non detrectat, non communicat cum vllo homine conſilium.* O ſanctitatis veræ documentum!

Nulli de immolando filio reuelauit arcanũ. Gen.22. Origen.

26\. Vidit (textus ait) *die tertio locum procul.* Ibid. An aut famulis, ant filio trium dierum æterno amanti immolaturo ſpatio, ſecretum reuelarit? Ao poſſet iuſtus non eſſe arcani cuſtos egregius? Chryſoſtonius pulchrè, *Cogita quod certum fuerit, triduo illo ſuſtinuiſſe iuſtum. Reputabat enim ſecretum ſibi præceptum eſſe, quod ſuis manibus tam dilectum filium occidere debeat; & neutrum illi communicare, & derogere non audet.* Preme illud: *Reputabat ſecretum ſibi præceptum eſſe, quod ſuis manibus tam dilectum filium occidere debeat.* Vndénam reputare poterat ſibi imperatum ſecretum? Quia tam dilectum filium immolaturus erat. Tam ſanctus eſt Patriarcha, vt ob Numinis dilectionem vnigenitum dilectiſſimum filium offerre non dubitet? Igitur quaſi præceptum illi ſecretũ erat; ſanctus enim nunquam non myſteria ſilentij velamine cuſtodit. *Obſtupeſce* (addit Doctor) *pium, religioſumque, & prudentem animum. Prorſus ſecretum non ſignificauit neque pueris, nec Iſaac; ſed ſolus ſecum agonem illum decertabat.* An tota religio, pietas, ac prudentia animi Abrahami in ſola ſecreti cuſtodia oſtentatur? Certè tam agnata eſt omnimodæ

Eo ipſo, quod iuſtus erat, putabat ſibi præceptam fuiſſe ſecreti cuſtodiam. Gen.22. Chryſoſt.

pietati,

pietati, ac ſanctitati ſecreti cuſtodia, vt qui ex obſeruantia ſecreti laudatur, ex euoctis ſanctitudinis documentis coonſequenter commendabilis obiiciatur.

27. Moyſes ſic Ægypto renuociarat, vt apud deſerta ſolummodo & cœleſtium contemplationi, & ouium ſoceri curæ ſtuderet. Apparet ei rubus ſine combuſtione flagrans. *Ibo, & videbo viſionem hanc magnam.* Committitur ei à Deo munus educendi Hebræos è Pharaonis ſeruitute, pergit Moyſes ad ſocerum, & ait: *Vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam, ſi adhuc viuant.* Exod. 4. Cur non ei totum myſterium aperuit? Certè quia Diuus qui Deí ſolius gloriæ ſtudebat de more ſanctorum, quonammodo poſſet Dei ſecreta vulgare? Rupertus lib. t. in Exod. cap. 19. *Abiit Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro. Non dixit, Vadam, vt fratres meos educam de Ægypto iuxta Dei imperium, qui mihi apparuit. Vadam, ait, ad fratres meos in Ægyptum, vt videam, ſi adhuc viuant.* Vndénam ſecreti cuſtodia tanta? *Non enim ſuam Diuus ſed Dei gloriam quærebat, quam ille ſatis opportune tempore ſine præcurrente vocis ſuæ nuncio viſurus erat.* Qui ex ſanctitatis præſcripto Dei ſolius gloriam quærit, natus eſt ſecreti obſeruator.

Moyſes, quia ſanctus, ſecretum minimè violauit.
Exod. 4.
Ropert.

28. Dixit Dominus ad Samuëlem, *Ecce ego facio verbum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia, quæ locutus ſum ſuper domum eius.* Rogat enixis precibus Heli, vt ſibi Samuël viſionem reuelaret. *Et Samuël timebat indicare viſionem Heli.* 1. Reg. 3. Vndénam timet ſecretum reuelare? Quia donis ſanctitatis fultus erat, cui adnata ſecreti obſeruatio. D. Gregorius lib. 2. *Inter dona ſublimia electa mens eo cautius compeſcitur, quo per omnipotentis Dei iuſtitiam illos repulſos aſpicit qui ſublimioribus donis fulti eſſe videbantur. Et timuit indicare viſionem Eli.* Decidunt à ſanctitate qui iodicant cœleſtes fulgores? Ergo electa mens ſemper debet eſſe ſecreti cœleſtis obſeruatrix.

Quia Samuël donatus erat ſanctitatis muneribus, ſecreta non aperuit.
1. Reg. 3.
Gregor.

29. E duodecim adhuc ſelectiores, & ſanctiores Dominus aſſumpſit ad Transfigurationis gloriam, *Apoſtolos Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.* Matth. 17. Seorſum ducuntur, ne & aliis ſecretum ante tempus reſeraretur. Denique Dominus, *Nemini,* inquit, *dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.* Addit Lucas cap. 9. *Et ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex iis, quæ viderunt.* Iam quæris, cur Dominus ſanctiores Diſcipulos ad Transfigurationis myſteria ſeiunxerit? Quia ad ſecreti cuſtodiam, ad tam profundum ſilentium indictum obſeruandum auguſtior ſanctitas erat requirenda. Sanctitas enim ſelectior labia fortius adſtringit, ne ſecretum euulgari queat. Pulchrè Gregorius citat. *Illa maieſtatis ineffabilis pulchritudo electam mentem, cui ſe delectabiliter oſtendit mirabili pauore concutit, ne de viſionis magnitudine proſiliat ad elationem publicam.* Frænat etenim electio ipſa labia.

Ad ſecretã Transfigurationis ſelectiores ſanctitate Apoſtoli aſſumuntur.
Matth. 17.
Gregor.

Auguſtius electior ad ſanctitatis
gloriam, profundiori ſilentio ſecretum
obfirmat.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos.

Omnes aduocantur Apoſtoli, nec Iudas excluditur, quando Dominus ſe ſe Ducem ac Præſulem oſtentat.

Quia Princeps debet indifferentem erga omnes ſubditos benignitatem exhibere.

Vidimus in Commentatio ex Marco, Christum præceſſiſſe Diſcipulos, vt eos à turbis ſequeſtraret. Tunc cunctis Paſſionis myſteria manifeſtat. Cur non ſelectioribus ſolummodo aperuit Petro, Iacobo, & Ioanni, quos ſpeciatim aſſumpſerat ad Transfigurationis gloriam? Certè quia *Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos* IESVS. Marc. 10. Præcedit Dominos? Se ſe Ducem ſubditis manifeſtat? Aptè igitur cunctos aſſumit ad myſterij manifeſtationem, indifferentem erga omnes exhibet benignitatem. Annon cæteris fidelibus ſeruis detrahitur, quod alicui ſpecialiter impenditur. 30.

Taxantur Principes vnius ſolum famuli honoratores.
Marc. 10.

Modernos quidam Euangeliorum Interpres aſſerit ideo Chriſtum liberum inter mortuos vocari: *Inter mortuos liber*, quia Rex eſt omnium ſeruorum, qui in Domini obſequio moriuntur. Liber quidem, qui voluntariè morti ſe tradidit. Dominus ſe contulit in Bethaniam, vt Lazarum à mortis poteſtate eriperet. IESVS *ergo vt vidit eam* (Magdalenam) *plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum?* Ioan. 11. Quare Dominus lacrymas profudit? Certè quia ſe inter mortuos viuentem ſiue Principem mortuorum aſpectans mœrore afficitur, quod non omnes eripiat à mortis poteſtate: ſed vni ſpeciatim gratiam impendere tunc temporis teneatur iuxta diuinæ prouidentiæ diſpoſitionem. Chryſologus ſerm. 64. *Fremit ſpiritu* IESVS, *& tota ſe viſcerum commotione conturbat; quia* adhuc ſolum Lazarum, *& non omnes mortuos* ſubditos *ſuſcitabat.* 31.

Chriſtus plorat, quod cũ ſit Princeps mortuorum nõ omnes ſubditos mortuos ad vitã reuocarit; ſed vni gratiã Principatus oſtenderit.
Ioan. 11.
Chryſol.

In rerum exordio, *Fecit Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Geneſ. 1. Preme particulam, *vt præeſſet.* Cur ſol ſub Præſulis nomine deſignatur, & non potius famuli, ſi ad vnius hominis cum reliquis creaturis deputatur obſequium? Crediderim, quia ſol inter reliquas creaturas perſpicuum Principis exerit ſimulachrum. Non vni exoritur creaturæ ſol, ſed indifferenter cunctis præſentatur: nec ſolum terras, ſed ſimul pelagus, aëremque illuminat; cunctos homines vbique terrarum exiſtentes fouet: nulli præſentior obiicitur, à nullo abſentior oſtentatur. Ambroſius Examer. *Luminare maius ſol appellatur, quem ſibi tantum adeſſe ſinguli populi credunt,* 32.

Sol omnibus impertiens lucẽ indifferẽter, aptè Præſes creaturarum.
Geneſ. 1.
Ambroſ.

cum ſimiliter luceat vniuerſis. Europæ incolæ ſibi credant ſolem ſolummodo lucere. Indi ſibi perſuadeant Planetam ſolummodo ſibi radios emittere; quia ſol probi Principis typus lucet omnibus, vt ſingulis proficere videatur.

33. *Luna typus non probi Principis, quia non præſtat lucē indifferēter omnibus.* Geneſ.1. Baſil.

Expende iam illud: *Et luminare minus, vt præeſſet nocti.* Geneſ.1. Si Luna minus luminare eſt non ſolum reſpectu ſolis, ſed & Planetarum (aliquem ſi demas) cur Præſes noctis aſſignatur? Quid cum Principatu Lunæ minimæ? D. Baſilius in Exam. *Non ſemper Luna conſpicitur magnitude; ſed nunc tota inſinuata in orbem, nunc accreſcens aut decreſcens haud tota conſpicitur, id altera parte, quo deeſt, aſſerens ſemper.* Ac ſi diceret, Præſidens Luna non ſemper vna lucet omnibus, ſed dum Europæi pleno ſydere fruuntur, Indis ſe ſe deficientem oſtentat. Si ergo indifferenter fulgorem ſubditis ſingulis non ſpargit, quare Præſes noctis exſurgit? Ex Berchorio reſpondeo, vt typum improbi Præſulis agere poſſet. Sol ergo probum, Luna autem improbum Principem repræſentet.

34. *Chriſtus ſol in meridie, vt æqualiter omnia foueat.* Cant.1. Iuſtus.

Proclamat ſponſa, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant.1. Quare iuſtitiæ ſol non expetatur ab ſponſa cubans in matutino, aut in occaſu: ſed in meridie? Vidiſti ſolem ex oriente procedentem plagam proximam orientalem plena luce complentem, dum occaſus adhuc vix ſe à tenebris expediuit? Vidiſti Planetam occidentalem montem illuſtrantem dum orientis cacumina iam vix conſpiciuntur? Haud expetitur Princeps ſol iuſtitiæ, qui indifferenter omnibus non appareat, ſed qui meridianus æqualiter cunctis ſubditis plagis illuceſcat. Pulchrè Iuſtus Orgelit. *Chriſtus ex ea charitate, qua orbem vniuerſum irradiat, credentes in ſe populos quotidie paſcit.* Preme, *Ex ea charitate, qua orbem vniuerſum irradiat.* Id eſt, fulgore meridiano cunctos ſubditos fouet, vt indifferenter omnibus appareat, & ſingulis illuceſcat. Inibi aderit Chriſtus, vt cunctos poſſit ſubditos confouere.

35. *Sol Chriſtus nō quærendus hic, aut illic ſed in meridie, vt omnibus æquè ſuccurrat ſubditis.* Matth.24. Iuſtus.

Monet Dominus, *Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Si dixerint vobis ecce in deſerto eſt, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite quærere.* Matth.24. Preme particulas *Hic, illic, in deſerto, in penetralibus.* Dominus omnium non hoc aut illo loco moratur, ſed vbique præſens & cunctos fouet ſolis in morem, & ſingulis meridianus illuceſcit. Iuſtus ad hæc. *Legimus in Euangelio, ſi dixerint, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic; nolite exire. Hic enim, atque illic partes eſſe noſcuntur: Chriſtus autem in Eccleſia Catholica tanquam in meridie cubans, mundum vniuerſum ſuo fulgore perfudit.* Pulchrè!

36. *Præſes ſit, vt fulgur omnibus ſimul lucem impartiens.* Matth.24.

Adiicit Dominus fulguris comparationem. *Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret vſque in occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.* Matth.24. Si nec in Oriente, nec in Occidente cupit ſponſa ſolem iuſtitiæ accubare: ſed cœlo meridiano fulgere: quonammodo ſe aſſerit Dominus in morem fulguris ab Oriente in Occidentem deferri plagam? Vidiſti fulgur orbem illuminans? Repente præfulget, ſimul quodammodò & Orienti & Occidenti ſui fulgoris radios emittit. Quam perſpicuum ſolis Præſulis documentum. Periander, *Omnia fulgur æthera complet, Princeps ſic omnibus* (ſubditis) *eluceſcit.* Periand.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur, &c.

Si ad Paſſionem acerbiſſimam pergit, quare tantam oſtentat alacritatem.

Quia promptitudo ad labores ſuſtinendos, ipſos mirum in modum imminuit.

Recolo quod ex Marco adnotaui, *Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos* IESVS. cap.10. Si ad mortem aſcendit ſubeundam, cur tam alacer præcedit? An præcedendo innuit alacritatem? Theophylactus, *Per hoc, quod Chriſtus Diſcipulos omnes præcedit in via, oſtendit, quod ad Paſſionem accurrat propter noſtram ſalutem.* Num non ſcit, *quia hora venit*, nec vllus poſſit temporis terminus præcurrere? Ita plane. Attamen nos edocet Dominus curſu velociſſimo ad ſuſtinentiam laborum deferri; quia ſpontanea operantis promptitudo, laborum difficilia aſſolet eleuare. 37.

Præſul curet ſe inclinationi ſubditorum accōmodare. Quod enim ex inclinatione, aut propenſione fit, facilius perficitur. Theoph.

Veni (ait Chriſtus) *in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Pſalm 68. Vbi ex Patrum mente Chriſti acerbiſſima Paſſio deſignatur. Si mergendus erat, cur non dixit, traditus ſum à Iuda in pelagus, raptus à Iudæis in Paſſionis iniurias? Apte ait, *Veni*, vt alacritas, ſpontaneaque eius ad Paſſionem profectio innueretur. Et quonammodo mergendus ſufferre potuiſſet, ſi difficultas Paſſionis ex alacri promptitudine non alleuaretur. 38.

An Paſſionem volenti, alacriter pergentis facilior? Pſalm 68.

Præmiſi Dauidicum Carmen, vt locum darem Ionæ naufragio. Turbato æquore nautæ Ionæ profantur, *Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare a nobis? Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare.* cap.1. O Prophetæ præcordia robore prædita ineffabili! Non audeor acti pelago nautæ ſe à re expedire cauſam tempeſtatis obortæ: & tu precaris tuam in pelagus immiſſionem? Profectò videns Propheta difficillimum ſibi obiici præcipitium, vt alleuare poſſit difficultates, ſe ſe alacrem ad mortem ſubeundam oſtentat. Alacritas enim difficilia aſſolet exarmare. Aſſeruerim Chriſti venientis alacriter in pelagus Paſſionis Ionam typum geſſiſſe. Bellè Chryſologus ſermon.37. *Quod autem Ionas auctor ſuæ demerſionis extiterit, cum dicit: Tollite me, & mittite in mare, voluntariam Domini indicat Paſſionem: Sic hic vbi totum Domini geritur, in figuram, expectatur morientis auctoritas, vt mori non ſit neceſſitas, ſed poteſtas.* Quonammodo quis poterit ſe ſe in difficile laborum pelagus immittere? Voluntas adſit, alacritas 39.

Facile fuit Ionæ promptè pergentū in mortem, in pelagus iactari, vt Domini Paſſionem referret. Ioan.1. Chryſol.

actionem

actiooem comitetur; facilis laborum ſuſtineo-tia: *Mors non ſit neceſſitas, ſed poteſtas*, & facilis proculdubio mors. Nam prompta voluntas patieodi laborum alleuat acidi-tatem.

38. Ex dæmonis actionibus ſalutare accipe documentum; vt ſalus ex inimicis. Exturbandi è miſero corpore dæmones *rogabant* Dominnm, *ne imperaret illis, vt in abyſſum irent.* Aderat grex porcorum. *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum & ſuffocatus eſt.* Luc. 8. Vbi Auguſtinus lib. 22. cont. Fauſt. cap. 11, aſſerit abyſſum eſſe ingentem aquarum profunditatem. Vnde Caietanus ſic locum expoſuit: *Non quod timerent dæmones ſubmergi, aut ſuffocari in aquis: ſed ne in locum carceris, vbi omnino eſſe ligata eorum potentia, mitterentur.* Nam in aquæ regione (vbi hominis habitatio non erat, ſed piſcium patria) ligata eſſet dæmonum potentia ad homines lædendos. Cur igitur tam facile merguntur in aquis, qoeis obrui ante timebant? Profectò quod coacti tam difficile iudicabant, voluntariè iam exequentes facile omniò videntur executi. Adde petiiſſe in porcos deturbari, vt poſſent animantiũ dominos ſimul diuexare ex agnata ad nocendum propenſione. Vode qui alacres ad nocendum hoioioibus pergoot, facile obruuntur in pelago, licet inibi eorum eſſet potentia religanda.

Diabolus voluntariè mergitur facilius, quam coactus eodem in pelago mergeretur! Luc. 8. Auguſt. Caietan.

39. Tertulliano aliquando fuit admiratinni Phœoicē Arabicorum culminum incolam ſibi mortem inferre, quæ cunctis mortalibus tam horribilis præſentatur. A facie ignis animantia diffugiont, & Phœnix pennis à rogo ſolis exquirit incendium? Imò, ait, crediderim, quod facillima volucri conflagratio ſit, eo quod promptè & alacriter, & ex ioclinatione accurrat ad ipſam. *Semetipſum* (inqoit lib. de Reſurr. carn. cap. 13.) *libenter funerans renouat.* Quod libenter fit, facile admodum perficitor.

Phœnix facile ſe rogo addicit, quia voluntariè pennas exerit ad incendium. Tertull.

40. Nihil difficilios, quàm Dei Filium pati, & mori. Ideo Chriſtus viſus ad omnipotentiæ facinora id remittere, ait: *Poſſum animam ponere, Poſſum deſtruere Templum hoc.* Ac ſi diceret, omnipotentiæ meæ opus erit efficere, vt Deus immortalis vtique moriatur, obeunte Saluatore. Quonammodo opus tam difficile præſtabitur? Certè ſi Dominus alacriter, & voluntariè pergam in Paſſionem. Pulchrè Arnoldus Carnot. de verb. Dom cap. 1. *Abiectio voluntaria non expers eſt omnipotentiæ.* Id eſt, dum voluntariè, & alacriter pergit ad Paſſionis abiectionem, omnipotens ad ſubeundam mortem, ſimulque cunctas difficultates ſuperaodum oſtentatur.

Dum Ieſus voluntariè & alacriter pergit ad mortem, omnipotens ad moriendum, victis difficultatibus, oſtentatur. Arnold.

* * *

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Et Filius hominis tradetur, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.

Videns & ſciens Dominus cuncta, quæ inſtabant tormenta, neceſſariò grauiori vulnere ſauciatur.

Certè intellectus acumini præſtantiori agnatum, plus affici iniuriis, plus laboribus vulnerari.

EX Prophetia Dominum grauiſſimè fuiſſe vulneratum quis addubitet? Ao non *qui dat ſcientiam, addit & laborem*? Ergo qui cooctas laborum partes penetrauit, qui iniuriarum tenorem aſpexit, qui Principum Iudæorum ingratitodinem ponderauit, qui adnumerauit flagella, qui illuſiones aſpexit, mirum in modum ſauciatur obiectu, Pauloque aptius poterat proclamare, *Quotidie morior.* 41.

Qui dat ſcientiam, addit & laborem.

Ait Zacharias, *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Ecce ego calaui ſculpturam eius.* cap. 3. Vbi D. Hieronymus aſſerit Domioicæ Paſſioois ſingula deſignari tormenta. Alia litera, *Ego ſculpam aperturam eius, id eſt, ſpinis, flagellis, lancea militis, clauis crucis faciam vulnerari.* Cur autem ſeptem oculi ſuper lapidem conſpiciuntur? Signantur, eodem Auctore, Chriſti Prophetæ præuiſiones Paſſioois. O quam durom omoia præuidenti ad tot vulnera præparari! 42.

Chriſtus præuidens Paſſionis vulnera ſingula, vehementè afficitur dolore. Zach. 3. Hieron.

Seneca Epiſtol. 76. aiebat, *Audiuimus aliquando voces imperitorum dicentium: Neſciebam, hoc mihi reſtare. Sapiens ſcit omnia ſibi reſtare. Quidquid factum eſt, dicit ſciebam.* Quare? Certè quia humanis nihil calamitatis non agnatum. *Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Si contingentia illa: *Puede ſer* neceſſario ſapientem cruciat: qui ſciebat proculdubio futura certamina, qui videbat, qui cunctarum paſſioonum circunſtantias ponderabat: quomodo poſſet non vehemeotiſſimè commoueri? Apprehenſio illa, qua apud hortum factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguiois decurrentis in terram vicit ex Doctorum placito multorum dolorum experimenta. Exiſtima Chriſtum (ſioe ſudoris ſaoguinei documento) ſemper fuiſſe appreheoſionis huiuſcemodi ſaucium. *Sapientiſſimus ſciebat omnia ſibi reſtare.* 43.

Sapientiſſimus Ieſus ſciebat omnia vulnera ſibi reſtare! O quã ſaucius dolore! Senec.

Sapientiam Iobus quærere ſatagebat, & nullum lapidem non amouit, vt inueniret. *Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ?* Ad abyſſum pergit; *Abyſſus dicit, Non eſt in me; & mare loquitur, Non eſt mecum. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.* A terra ergo & aqua in æthera auola, volucres interroga; *Volucres quoque cœli latet.* Quid plura? Tantom à Iobo ſapientia inueoitur. Vbinam precor commorabatur? *Perditio, & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famam eius* 44.

Sola mors de ſapientia annunciat. Iob. 28.

cap. 28. O ſapientiæ agnatos dolores! Soláne mors, & exitium potuerunt ſapientiæ quærendæ reddere indicamenta? O Iob Chriſti Domini paſſionibus acti typum gerens, cum quotidie morieris, famam ſapientiæ exaudis. Vera profectò mortis experimenta ſolus ille capit, cui vniuerſæ Paſſionis notæ particulæ: *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.*

45. *Sapientia crudelior Martyrio.*

Vulgare illud: *Sagitta præuiſa minus feriunt,* neſcio, quonammodo poſſit accommodari experimento. Exiſtimo enim hominem ex periculi, aut tribulationis præuiſione magis vulnerari; toties enim percutitur, quoties in mentem ſubit futuri laboris recordatio. Vnde ſæpe Martyrem dixero Deiparam, cui Simeon, *Et tuam ipſius animam gladius pertranſibit.* Luc. 2. Crediderim igitur cognitionem vulneris acrius ipſo gladio hominem vulnerare. *Eiecit Deus de paradiſo Adam, & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladiū.* Gen. 3. Ad quæ elegans Bachiarius epiſtol. ad Ianu. de recip. lap. *Eo vſque de ligno vitæ, id eſt, Chriſti participio exules ſimus; donec ad eum per romphæam flammeam, id eſt, ignitam Martyrij paſſionem: aut per Cherubim,* (creſcit oratio) *qui interpretatur multitudo ſcientiæ, remeamus.* Difficile homini, romphæa vulnerari; ſed difficilius ſapientiæ vulneribus diris afficietur. Nam ſapientem eſſe Liborum, ac iniuriarum ponderatorem, grauior tortura eſt, quam igneæ romphææ aciem ſuſtinere.

Luc. 2.

Geneſ. 3. Bachiar.

46. *Solum mihi in ſuperna ſapiētia vita alligata eſt, hic morti.*

Fatur Georgius Nicomed. orat. de Deip. exitu. *Accipe menſam, quæ portat vitam, in qua vita noſtra panis propoſitus ambroſia panis eos, qui illius fuerunt participes: ex qua crateres ſapientiæ impertur batum, & puriſſimum effundunt cognitionis poculum.* Premendæ particulæ, *Menſa, quæ portat vitam, ex quo crateres ſapientiæ.* Quia cum vita ſapientiæ, cuius famam perditio & mors peruulgarunt? Profectò apud menſam Marianam dum in ſeculo morabatur, ſapientia & mors. Cum autem ſapientia & vita colligantur in menſa, & Deipara probatur è ſeculo egreſſa, & apud æterni ſponſi thalamum collocata.

Georg.

47. *Chriſti mors & ſapientia idem eſt.*

Olim *immiſit Dominus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius. Et ædificauit Dominus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Gen. 2. Ad quæ Auguſtin. de Gen. ad lit. lib. 9. cap. 19. *Immiſit Dominus Deus extaſim. Soporatus fuit Adam, vt particeps fieret Angelicæ Curiæ.* Putat ergo Doctor ex ſeptuaginta Interpretum lectione Adamum extaſi affectum ad Curiam Angelorum raptum fuiſſe, vt cum Angelis ſaperet. Cur autem Adæ tanta ſcientia cœlitus exhibetur? Crediderim, vt in conſpectu ſapientiæ Chriſti mors crudeliſſima figuraretur. Audi Tertullianum lib. de Anima, c. 25. *Somnus Adæ mors erat Chriſti.* Ergo mors crudeliſſima debebat eſſe cognitionis, ac ſapientiæ exceſſus. *Vt de iniuria perinde lateris eius vera mater viuentium figuraretur Eccleſia. Ideo ſomnus tam ſalutaris, tam rationalis* fuit. Ac ſi diceret, quia in ſomno Adami figurabatur IESV mors, debuit eſſe ipſe ſomnus typicus valde rationalis, vt ſcilicet ſapientiæ aut cognitionis abundantiæ mortis Dominicæ crudelitas reſponderet.

Gen. 2. Auguſt.

Tertull.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Tradetur ad illudendum, & flagellandum.

Flagellationis IESV grauiſſimum improperium ipſe ponderandum ſpecialiſſimè expoſuit.

Vbi de lanceæ vulneris opprobrio. O quam horribile nobile cordi, opprobriis affici!

APud Lucam Dominus, *Tradetur Gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtquam flagellauerint, occident eum.* Cur bis geſſit flagellorum memoriam? Crediderim quia tam horribile improperium, vt de cordis abundātia lingua eructaret, *ſaturabitur* (ait Propheta *opprobriis.* Eructatio ſapit cibum, quem ſtomachus haud potuit digerere? Liceat ergo exponere. *No pudo digerir Chriſto el auer de ſer azotado.* O ineffabile Saluatoris opprobrium! 48. Luc. 18.

Vel gentilis cecinit ne an plorauit? *Omnium conuitiorum, & opprobriorum maximum flagris virum percuti.* Vir dolorum IESVS ſeſe cunctis tormentis præparatum oſtendit. At qui ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit ægrè tulit conuitia, & opprobria. Proclamat Saluator, *Erue a framea Deus animam meam.* Pſal. 21. Vbi Lorinus noſter, *Poſſumus accipere deprecationem iſtam, (Erue a framea Deus animam meam) ne vulnus lateris infigeretur. Quod etiam aliqui putant infixum, quia verebantur ne non mortuus eſſet, aut ne aliqua arte euaderet.* Totam Chriſtus Paſſionis atrociſſimæ calamitatem ſuſtinet, & vulnus poſt mortem ſic futurum acerbum manifeſtat? Quidnam id vulnus horribile obiiciebat Saluatoris menti? Profectò quia milites conuitij & opprobrij affectu latus erant vulneraturi. Pulchrè Chryſoſtomus, *Quia mortuus erat Chriſtus, eius crura non fregerunt. Sed tamen placere volentes Iudæis, aperuerunt eius coſtam lancea, etiam mortuo corpori conuitiantes.* Si vulnus illud cadaueri inflictum adeo acerbum Domino, quia conuitium, & opprobrium ſapiebat: quam horribilia flagellorum vulnera, quorum vel vnum vincit omnium opprobriorum colligationem? 49. *Nihil Chriſto acerbius, quā opprobrium. Opprobrij lancinationus duriſſimum IESV, quid flagella?* Petrand. Pſalm 21. Lorin. Chryſoſt.

Pluſquam quinque millia Chriſtus flagellorum vulnera ſuſtinuit? Exiſtima totidem lancea latus eius compunctum fuiſſe ad opprobrium, *Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.* Pſalm. 34. Ad quæ Bellarminus, *Pro aduerſum me S. Hieronymus vertit; Et in infirmitate mea. Vox enim Hebraica* בְצַלְעִי*, tſalhi poteſt ſignificare latus meum, & infirmitas mea. Priorem ſignificationem ſecuti ſunt LXX & ideo verterunt, Aduerſum me, quod ferè idem eſt,* quod ad latus meum. Aduerſum me igitur ſiue ad latus meum lætati ſunt. Id eſt, conuitiis 50. *Pluſquam quinque millia lancinationes IESVS ſuſtinuit.* Pſalm. 34. Bellarm.

me

me & opprobrijs affecerunt, cum congregarentur ſuper me flagella, ac ſi cadauer meum vulnerarent diro lanceæ mucrone. Toties igitur Chriſtus lancea perforatur, quot flagella ſuſtinuit. Si ergo vulnerandus vnico lanceæ ictu, proclamat enixè; *Erue à framea, Deus, animam meam*: quid non tot flagellis cædendus clamores emitteret?

51. Porro per *Frameam* Euſebius, Theodoretus, Didymus, Nicephorus, & Baſilius diabolũ interpretantur. *Erue, Deus, animam meam à diabolo.* Euthymius autem *Frameam* inquit eſſe *milites Romanos Chriſti latus percutientes.* Quid percuſſioni illi cum diabolo? Quia Romani milites conuitiantes cadaueri id vulnerauerunt, id Domino adeo horribile tormentum excitat, vt poſtulet à lanceæ conuitio, & opprobrio liberari, ac ſi poſtularet animam è poteſtate diaboli eripi. *Que es vn opprobrio como condenacion* Opprobriorum itaque nomine Chriſti flagella deſignantur. Tot multiplicatis flagellorum vulneribus, tot tartari, tot dæmones replicantur. *Erue à frameas Deus animam meam.*

Sic poſtulat Iesvs ab opprobrio lanceæ liberari, ac ſi peteret à diabolo eripi.
Euſeb. & alij.

52. Premo particulam, *Et ignoraui.* Quam ſic exponit Bellarminus, *Pro ignoraui S. Auguſtinus legit ignorauerunt; & refert ad perſecutores, qui verè ignorauerunt, quam magnos viros percuterent, cum Chriſtum, vel ſanctos flagellarent. Sed quamuis vox Græca ſit ambigua, tamen Hebraica non eſt ambigua, nec poteſt reddi niſi in prima perſona iadabhti ignoraui.* Quonammodo Chriſtus Patris ſapientia potuit ignorare, ſe flagellandum? Profecto qui ſciebat prædictum, *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, quodammodo ignorabat fore vt ſuper eum tot flagellorum vulnera congregarentur. Vis vulgariter expendam? *No puede creer que auia de ſer Dios azotado.* O flagellationis ineffabile opprobrium!

Quodãmodo ignorauit Iesvs. ſeſe in vnum congregari flagella. Tam ineffabile opprobrium.
Bellarm.

53. Certè inde horribilis maximè Chriſto flagellatio, quia peccati lepræ eſt documentum: vnde flagellari Iesv idem ſonat quodammodo ac eum meruiſſe. Dauidis ore clamat, *Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo.* Pſal. 37. In Hebræo eſt vox *zelagh*, quam aliqui vertunt *claudicationem.* Alij putant verti debere *zeragh*, id eſt, *lepram.* In claudicationem, in lepram paratus ſum, cum ad ſuſtinenda flagella me paratum oſtendo. Quid cum lepra aut claudicatione flagellis? Quia iis, qui claudicant mente, aut lepra criminum plurimorum afficiuntur, flagella præparantur.

Dum Iesvs flagellatur, flagitioſus apparet. Quid vilius.
Pſal. 37.

Cum ergo me ad obediendum Parenti ad flagella præparo ſubit mentem meam horribilis planè cogitatio, habendus ſum criminoſus. *Iniquitatem meam annunciabo.* Bellarminus, *Quoniam confiteor, me peccaſſe & flagella commeruiſſe.* Aptè aſſerit Dominus hunc dolorem *in conſpectu ſuo* æternùm verſari, quia nihil Chriſto innocentiſſimo acerbius, quam ab hominibus ſceleratum haberi: *No puede echar eſta pena del penſamiento.*

Bellarm.

54. Semel Dominus ſudore ſanguineo tinctus in horto. Vnde nam nouus ſudor? Ait Euangeliſta, *Factus eſt ſudor eius quaſi gutta ſanguinis decurrentis.* Matth. 26 Nõ ait, *Paſſus eſt ſanguineum ſudorem*, ſed *factus eſt ſudor.* Dominus vehementi appreheuſione ſudoré effecit. Quánam precor? Num ingratitudinis hominũ? Num criminum totius humani generis? Certè Bernard. ſerm. in Fer. 4. Hebdom. pœn. ait, *Flagellis caſus eſt, hinc ſanguinis gutta decurrentes in terram.* Ac ſi diceret, apprehenſio flagellorum, quibus erat percutiendus illum mirum ſudorem excitauit. Iam requiro, ſi Dauid fatur, *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper*, cur Dominus ſemper illo haud madeſcit ſudore? Porrò quia ſemel voluit externo illo affectu exprimere dolorem ſemper cordi præfixum.

Ex apprehenſione opprobrij flagellationis ſudor ſanguinis erupit.
Matth. 26.
Bernard.

55. Hinc clamitat, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. Vbi Hieronym. aſſerit, ſignanter à quodam liberari cruciatu, Dominum poſtulaſſe: *Calix iſte.* An petit à Iudæis non trucidari? Sic idem Hieronymus. At accommodatius ex Bernardo affirmo petiiſſe Dominum à flagellorum vulneribus ex opprobrio diris liberari. Non poteſt iuxta Patris diſpoſitionem calix iſte tranſire? *En gutta ſanguinis decurrentis in terram.*

Petit Iesvs, ab opprobrio iſto liberari, qui auidè Paſſionem expetebat.
Matth. 26.
Hieron.
Bernard.

56. Flagellatus fuit ergo Dominus, Cruci ſuffixus, & Patrem moriturus exorat, *Pater, ignoſce, illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Matth 27. Ac ſi diceret ex aliquorum mente, congregata ſunt ſuper me flagella, *& ignorauerunt, quam magnum virum percuterent.* Ponderat Bernard. citat. ineffabilem Chriſti patientiam, qui tot vulneribus flagellorum actus pro vulneratoribus exorat. *Flagellis caſus eſt, & tamen immemor omnium dolorum, ait: Ignoſce illis.* Preme, *Immemor omnium dolorum.* Cur non dixit, *Immemor flagellorum.* An quia flagella pro doloribus omnibus reputabantur alta planè. Vnde miratur iuſtè Abbas Domini charitatem, qui omnium immemor dolorum, dũ obliuiſcitur flagellationis, adhuc Patrẽ enixè pro militibus flagellatoribus deprecatur.

Mirabilis hinc Iesv charitas, qui pro flagellatoribus exorauit ſpecialiter.
Matth. 27.
Bernard.

SECTIO SECVNDA.

Zebedæi Filij petentes.

TEXTVS.

Vers. 20. TVnc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo. 21. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi: Dic, vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo. 22. Reſpondens autem Iesvs dixit: Neſcitis, quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. 23. Ait illis, calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam, & ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

I N
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM.

EX FILIORVM ZEBEDÆI PETITIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Acceſsit ad IESVM *mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis*, &c.

Adorante, & petente Matre, filij adorauerunt, & poſtularunt.

Cuncta etenim filiorum actiones aſſolent parentibus tribui, quaſi indiuidua filij ac patris eſſentia.

1. MARIA Salome *cum filiis* accedit ad Chriſtum *adorans & petens.* Dominus autem non petenti matri, ſed filiis reſpondet, *Neſcitis quid petatis.* Si petiere filij, quomodo Matthæus aſſerit, matrem poſtulaſſe? Si mater petiit, quare Dominus filios reprehendit? Profectò accedente, & petente matre filij poſtulant; & taxatis filiis, mater reprehenſione afficitur aptè; quia filij actiones aſſolent parentibus tribui. Paſchaſius, *Quaſi ipſi per ſe acceſſerunt, cum mater pro ipſis interceſſit.*

Paſchaſ.

2. Poſtquam Petrus Chriſtum Dei Filium profeſſus eſſet, gratitudinis ergo Dominus profatur, *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi*, &c. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. Vbi Abbas Ericus, *Bariona eſt Filius Columbæ, Filius ſcilicet Spiritus ſancti.* Quare Simon Spiritus ſancti filius appellatur? Profectò Chriſtus Simonem mutarat in Petrum, id eſt in ipſum Chriſtum, & ideo idem quaſi Parens cœleſtis erat adſcribendus vtrique; Petrus enim filius ſpiritus, Chriſtus item Spiritu ſancto cooperante conceptus. Atque ideo quaſi vnica eſſentia parentis ac filij, quodammodo exponitur.

Cum Petrus mutatur in Chriſtũ cõſequenter Dei filius appellatur, quia vna debet eſſe patris ac filij eſſentia. Matth. 16. Ericus.

3. De Enos Moyſes ait, *Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos; iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Geneſ. 4. Hebraicè, *Hic ſperauit inuocari nomine Domini.* Vndénam viro tam auguſta ſpes? *Dei nomine appellabor.* Reſpondet Euſebius Emiſ. Expectauit Dei nomine honorandum, quia futurus erat Pater Saluatoris, *qui fuit Enos.* Luc. 3. Cur autem non mox Dei nomine vocitatur, ſed ſperat appellandum nomine Domini? Quia nondum aderat Chriſtus filius Deus vtique & homo, vnde illicò Pater Deus denominari poſſet. Sperat appellandum Dei nomine, quia ſperat futurum ſibi filium qui ſit Deus. An implicat, filium haud cum parente eſſentia eadem inſigniri?

Vt Seth filiũ haberet Deum, debebat Deus appellari, ob ſimilitudinẽ parentum ac filiorum. Gen 4. Euſeb.

4. De eleemoſynario Dei filio Iſaias, *Fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis.* c. 68. Quidam expoſitores, ſuſcitabis virtutes, quæ ſuperioribus temporibus germinarunt. Alij autem. Pauperibus ſubueniendo duplex generationis fundamentum excitabis. A Veneto Deus creaturarum *fundamentum* appellatur, id eſt, qui omnia producit, omnia generat. An non ſufficeret virum huiuſmodi vnicum ſibi Deitatis fundamentum ædificaſſe? Cur duplex ſuſcitaturum aſſeritur? Quia dum pauperibus ſuccurrit ſemetipſum conuertit in Deum. At ſi Deitate condecoratur, filius quodammodo Deus, Patrem Deum neceſſariò connotat; quia parentis ac filij vnica quodammodo oſtentatur eſſentia.

Eleemoſynarius eſt quaſi Deus, & Deũ patrem habet. Iſai. 68. Venet.

5. Abrahæ Deus, *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Geneſ. 12. Leuitici ordinis perfectionem Deus ab Abrahamo exigit. Quare? Pulchrè Ambroſius lib. de Fuga ſec. cap. 2. *Leuitæ relinquunt parentes, filios, omnem cognationem, vt adhæreant vni Deo. Et Abrahæ dictum eſt, Exi de terra tua, & de cognatione tua.* Quidnam Abrahæ cum Leuitis? Profectò futurus Leuitarum pater, debebat iam Leuitarum legibus ſubiacere, vt filij exſurgerent paternarum actionum imitatores. *Abraham* (adiicit Doctor) *Leuita non erat, ſed habebat in lumbis Leui.*

Vt Abrahã ſit Leuitarũ parens, eò induuntur Leuitarum actiones. Gen. 12. Ambroſ.

6. Haud aliter improbi filij aſſolent improbitatem imitari parentum. Cain clamat, *Ecce eiicis me a facie tua: omnis ergo qui inuenerit me occidet me.* Geneſ. 4. A quónam timet Cain nece afficiendum? An à parentibus? Parcent fratricidio, ne in natum exſurgant. Quam vera fratricidæ formido! Putat ſe à parentibus occidendum, dum ſe fratricidam agnoſcit: ac ſi facinus illud filij deberet in parentibus impietatem ſimilem connotare. Ad hanc mentem Ambroſium allicio, *Anguſtæ mentis homo! Sed à quo timebat occidi, qui ſolos parentes habebat in terris? Potuit & parentes timere, qui docuerat parricidium poſſe committi. Potuerunt & parentes de filio diſcere, quod didicerunt poſteri de parente.* Porrò Cainum non cruciabat timor ex poſſibilitate, ſed ex actu. Non timet, quia videt poſſe parentes de filio diſcere; ſed quia videns ſe fratricidam, indicat è parricida parente didiciſſe: quemadmodum è Caino fratricida poſtmodum parricidium poſteri didicere. Fratricida ſum? A parente parricida proceſſi; quia vnica patris ac filij quodammodo eſſentia.

Cain fratricida patrem cõnotat eadem immanitate profeſſum. Gen. 4. Ambroſ.

Audi Dominum, *Vos ex patre diabolo eſtis,* 7.

&

Adam quodammodo ab initio homicida erat, quia homicida filius. Ioan.8. Auguſt.

& deſideria patris veſtri facitis. Ille homicida erat ab initio. Ioan.8. Quonam modo diabolus fuerit ab initio homicida? Auguſtinus tract. 42. *Diabolus homicida erat ab initio in primo homine, in quo & fieri potuit homicidium.* Imo & quodam modò factum. Quando nam precor? Cum Caïn filius Abelem occidit, Adam parens quodammodo occiſor exſurgit; quia vnica patris ac filij actio.

8\. *Appellatur Cain diabolus, quia eius actiones imitatus eſt.* Ioan.8. Auguſt.

Aptius dixeris, Caïnum non tam Adamo, quam patri diabolo geſſiſſe morem. *Ille homicida erat ab initio.* Vtique quia homines occiderat exitiali verbo. Sic Auguſtinus citatus, *Non ferro accinctus diabolus ad hominem venit, verbum malum ſeminauit, & occidit.* At poſtmodum Eua Cainum peperit, hominémne? Aptius dixeris diabolum, quia diaboli homicidæ filius eius imitatur actiones. Pulcbrè Tertullianus, *Eua nihil concepit ex diaboli verbo? Imo concepit; nam exinde abiecta, vt pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli ſemen eius fuit; enixa eſt denique diabolum fratricidam.* Cur non dixit Caïnum fratricidam, ſed diabolum, niſi quia Caïn fratricida diabolum fratricidam parentem ſortitus diabolus debebat appellari. Vnica namque quodammodo parens & filius conſtruuntur eſſentia. Auguſtinus de qq. noui Teſt. q.90. *Quia Cain imitator diaboli eſt, patrem eius diabolum dixit, cuius opera ſecutus eſt.*

Tertull. Auguſt.

Observat. II.

Ad illa verba:

Acceſſit ad IESVM *mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis.*

Licet ſtulta petitio, parce matri pro filiis poſtulanti.

Affectus merita minimè diſcutit.

9\. Chryſoſt.

Fatur D. Chryſoſtomus, *Hæc eſt Salome, cuius magna laus, quod etiam ipſa virum reliquerat, Chriſtum ſecuta. Contulit autem ſe diabolus ad conſueta arma, volens, vt Adam per mulierem ſpoliauit, ita iſtos per matrem ſpoliare.* Quonam modo autem tam laudabilis fœmina tanta laborauit imprudentia, vt meritorum immemor præcipua apud ſuperos tabernacula filiis poſtularet? Vnico verbo reſpondet Ambroſius, *Conſiderate matrem.* Et Chryſoſtomus, *Fecerat ad petendum audacem natura affectus.* Quid non mater poſtulet filiis? quid non iudicet affectus dilecto deberi.

Ambroſ. Chryſoſt.

10\. *Infantem filium putat parentes iam virum eſſe. Nunquam filius paruus parentum affectui.* Gen.4.

Olim *Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Gen. 4. Vbi Chryſoſtomus, *In huius nominis impoſitione parentum monſtratur pietas, & affectus.* Quid Enos niſi *Vir? Vocauit virum?* Quonam modo vir ſi exoritur infans? Nunquam filius paterno affectui, & æſtimationi paruulus eſt. Vix naſcitur, & iam æſtimationi parentum eſt vir.

11\. *Paruulus parentibus reputatur dignus Tabernaculo.* Gen.4.

Imò vir throno dignus Deifico. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Alij ex Hebræo, *Iſte cœpit vocari nomine Domini.* Iam parentes puerum, quem *Virum* appellarunt, cœperant ſimul eum Dominum vocitare. Quid Enos cum Deifico throno? An poteſt parens non æſtimare filium ſuum dignum eſſe throno ſupremo? Quid mirum igitur matrem Salomem ſupremas ſedes ſuis natis iam viris, iam Apoſtolis poſtulare?

12\. *Exiſtimant parentes, filios ſuos dignos Regio throno.* Gen.4. Lippom.

Rurſum Moyſes, *Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis.* Gen. 4. Ex Hebræo, *Qui fuit Princeps*, Chaldaïcè, *Habitantium in Tabernaculis.* Quinam hi qui in tabernaculis habitabant? Lippomanus, *Qui poſſidebant pecora.* Quid paſtorum parenti cum Principatu? Quid paſtoribus in tugurio degentibus cum tabernaculo Regio? Eſt ne filius tam vilis, qui parenti non videatur throno Regali dignus? Adæ matri Iabel Princeps oſtenditur, Iabel ſe putat Principum eſſe patrem. Quia nullus tam abiectus natus, qui parentis affectui dignus tabernaculo non appareat. *Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo.* En duos filios throno Regali agnatos.

13\. *Non patitur mater vllum filium ſine ſede, duas duobus ſedes expetit Rebecca filiis, altera Salome.* Gen.27. Ambroſ.

Dum Iſaac procuraret Eſau primatum, ac benedictionem impendere, mater Rebecca filio Iacobo fatur, *Nunc ergo fili, acquieſce conſiliis meis, & pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quas cum intuleris, & comederis, benedicat tibi, priuſquam moriatur.* Gen. 27. Vbi Ambroſius ponderat incredibilem erga filios matris affectum. *Hinc cauendum docemur, ne quis vnquam inter filios non habeat iudicium.* Quid agis mater? An non tuo filio Eſaü præparatur imperium, quem Dominum parens appellabit, *Eſto Dominus fratrum tuorum?* Cur ergo procuras Iacobo benedictionem impertiri? Quia etiam meus eſt natus. Nec mater poteſt inter filios iudicare, vter ſit dominatu dignior: quæ nullum parit filium, quem non reputet Tabernaculo agnatum. Sit Dominus Eſaü, ſed & Iacobo thronus apponatur: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei.* Vni & alteri filio & Rebecca & Salome curat Tabernaculum præparari. Matri ergo parcendum.

Observat. III.

Ad illa verba:

Acceſſit mater filiorum Zebedæi, adorans, & petens.

Vt à Domino Salome impetret facilius, quod poſtulat, adorationis opus præmittit.

Opera enim efficacius, quàm verba proclamant.

D. Chryſoſtomus, *Petit illa opere reuerentia exhibito, vt impetret.* Prudens fœmina difficillimam filiis gratiam impetratura, curat opus vocem comitari; opera enim pia plus quam voces Numini exaudibilia ſunt: *Adorans, & petens.* 14.

Chryſoſt.

Sic olim Iſraëlitæ clamauerunt, ac petierunt. 15.

Filij Iſraël & adorauerunt, & petierunt. Iudic 4. Ferre.

Clamaueruntque filij Iſraël ad Dominum. Iudic. 4. Addiderant filij Iſraël *facere malum in conſpectu Domini*, idolis adorationem libantes. At *ad Dominum clamauerunt.* Num voce ſolummodo perſonante? Grauis Societatis Interpres ait, *Clamauerunt ad Dominum non ſolum voce, ſed etiam affectu, & bonis operibus. Niſi enim idolis vale iuſſis ad Dei cultum ſe tranſtuliſſent, non exaudirentur.* Adorauerunt ergo Dominum, & petierunt: *Adorans, & petens.*

16. *Chriſtus adorans petit à Patre mundi ſalutem.* Matth 26. Salmer.

Sic Chriſtus oraturus acceſſit ad Patrem. *Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam orans, & dicens.* Matth. 26. Cur procidit in faciem cum oraturus erat? Salmeron tom. 10. tract. 12. *Deum oraturus procidit in faciem, ſiue adorat. Sic Publicanus apud Lucam.* Dum enim non audet ille faciem leuare, procidere in faciem reuerentiæ, & adorationis ergo videtur. Credite mihi, opera eleuatiorem cunctis clamoribus, vocem edunt in conſpectu Numinis.

17. *Suſanna adorat, vt petat efficaciter.* Dan 13. Hieron.

Petit Suſanna à iudicum impudicorum iniquo iudicio liberari, dum inſtaret lapidatio. Vocem extollit, & adorationem præparat vocis comitatricem. *Exclamauit voce magna Suſanna.* Dan. 13. Audita planè vox, quam pudicitiæ adoratio comitabatur. Hieronymus, *Magna vox non aëris percuſſione & clamore faucium ſolum, ſed pudicitia magnitudine, per quam clamabat ad Deum. Mentis pura* humilis *confeſſio*, (en adorationem,) *vocem eius fecerat clariorem.* Adorat, & petit.

18. *Moyſes adorans, & petens, impetrauit Hebræis victoriam.* Exod. 14. Ambroſ.

Ideò Deus ad Moyſem, *Quid clamas ad me?* Exod. 14. Non dicitur Moyſes ad Dominum clamaſſe. Vnde Ambroſius ad Pſalm. 118. *Sonum eius*, inquit, *non audio, vocem eius agnoſco: ſilentium eius lego, clamorem eius in opere deprehendo.* Aſſerit aliquis Interpres Moyſem poſtquam Hebræis locutus eſt, *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*, illicò in terram procidiſſe, vt oraret; ideo Dominum protuliſſe: *Quid clamas ad me?* Ac ſi diceret, Dum te adorantem ſimul & orantem vidi, populum decreui liberare. Fruſtra iam clamitas! O quam facilè impetrat qui adorat, & petit!

19. *Dauid multiloquus non impetrat, niſi quum adorans petit.* Pſalm. 5.

Dauid cecinit, *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis mea Rex meus, & Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine, Domine, mane exaudies vocem meam. Manè aſtabo tibi, & videbo.* Pſalm. 5. Proh Deus immortalis! Quam ſurdum te tot clamoribus exhibes? An tam clari clamores te ô Domine Nili fecere habitatorem. Sæpè clamat Diuus, *Verba mea percipe, Intellige clamorem, Intende voci orationis, Ad te orabo, Manè exaudies, Aſtabo tibi.* Cur non exaudiſti? Porrò quia Dauid non ſe adhuc præſtiterat adoratorem. *Ego autem*, (adiicit,) *in multitudine miſericordia tua introibo in domum tuam; adorabo ad Templum ſanctum tuum in timore tuo.* Ibid. Iam ô Rex poteris obticere poſtquam clamori adorationem humilem addidiſti. Mox enim à Domino conſequeris poſtulationis effectum, ſi adorans & petens acceſſiſti. Sic Salome quæ *adorans & petens* acceſſit, vt filij Regno Crucis donarentur, mox à Domino conſequuta eſt. *Calicem quidem meum bibetis.* Chryſoſtomus ad Pſalm. 4. *Non ſolet Deo perſuadere verborum multitudo, ſed humilis anima.* id eſt, quæ adorans petit. *Perſuadet rectè factorum, ſeu bonorum operum oſtenſio; & ideo non dixit Dauid, Exaudi me multa loquutum, Percipe verba, Intellige clamorem, Intende voci, &c. Sed Iuſtitiam meam.*

Chryſoſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Adorans, & petens aliquid ab eo: Neſcitis quid petatis.

Iacobus, & Ioannes ſubornant matrem petituri dexteræ ac ſiniſtræ locum.

Quia nobilibus ingeniis præcipuè virorum, grauiſſimum eſt, petere.

QVæritat Maldonatus, cur filij Salome correptione à Domino afficiuntur, *Neſcitis, quid petatis*, ſi mater ſedes poſtulauerat? & reſpondet fratres duos matrem ſubornaſſe, vt ipſa peteret. *Vt ſcilicet pudorem effugerent.* Grauiſſimum eſt ingeniis nobilibus petere, ſpeciatim virorum; fœminis enim non tam moleſtum eſt dare operam petitioni. 20. Maldon.

21. *Axam rogat vir vt petat pro ſe, pudorem petendi fugiens.*

Othonieli traditur vxor Axa. *Quam pergentem in itinere monuit vir ſuus, vt peteret a patre ſuo agrum.* Iudic. 1. Quare vir non petiuit? Ex Abulenſis mente, quia grauiſſimum eſt nobilibus ingeniis ad petendum cogi. Ideo vtitur ad petendum vxoris miniſterio, quemadmodum filij Zebedæi matris acceſſu. *Acceſſit mater adorans, & petens.*

22. *Suſpirat vel mulier nobilis, cum petere cogitur.* Iudic. 1. Abul.

At Axa id audiens à marito, illico ſuſpirauit. *Quæ cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino, dixit ei Caleb: Quid habes? At illa reſpondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dediſti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius,* &c. Iudic. 1. Vbi requiro, cur Axa ſuſpirauit. Crediderim, vt aptius petitionem exponeret, paterníſque moueret affectus. At aptius Abulenſis, *Suſpirauit Axa, quia petere cogebatur.* Quam graue viris petere, ſi vel fœmina, cui agnatum petendi ingenium, tam ægrè ad petendum præparatur? Addiderim ſuſpirium excitaſſe conſultò, vt rogata à patre, quid peteret, facilius reſpondere poſſet. Nec fœmina ſine magno pudore precatur, vt aliquid accipiat.

23. *Durum ingenuo viro, Rogo, in prima perſona.* Senec.

Aiebat Seneca, *Durum illud verbum ingenuis animis: Rogo.* Si *Rogo* generaliter, vt gratia, aut quid ſimile expendatur alicui, durum eſt: quid *Peto* vt aliquid accipiam. Preme verbum *Rogo* in prima perſona collocatum. Ac ſi diceret, durum eſſe me ipſum accedere immediatè vt rogem. Quare viri ingenui haud immediatè rogant, ſed amicos ad id muneris aſſolent ſubornare, ſicuti Zebedæi filij parentem. Teſtor Ioſephum Ægypti Proregem, Domini delicias, totius Regni facilè Principem.

24. *Ioſeph ingenuus vir erubeſcit potere in prima perſona, quod facilius impetraret, quàm petendo in tertia.* Gen. 50.

Qui quidem patris Iacobi cadauer patriæ ſepulturæ daturus, veniam prima in perſona *Rogo*, à Pharaone poſtulare non auſus, aulicos immittit precatores in tertia, *Ioſeph rogat. Si inueni*, (ait ad illos,) *gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, & reuertar.* Hæc diceris Principi. *Dixitque Pharao ei, Aſcende, & ſepeli patrem tuum.* Gen. 50. Quæſierim, cur per aulicos rogat, quod facilius per ſe impetraret? Si an licis

petentibus

petentibus pro Ioſepho, Pharao non reſpondet; ſed ipſum Ioſepbum quæritat probabiliter reſponſurus: *Aſcende, & ſepeli patrem tuum*: ſi adiret ipſe Regem, quidnam non ſperaret? Plures cauſas dant Doctores, quare Ioſeph immediatus non acceſſerit poſtulator. Quibus addiderim, ſeu potius elegerim eam, nempè abſtinuiſſe ob inſitam illam ingenuis animis petendi difficultatem.

25\. Hinc colligo, quàm iuſtè Dauid iis qui eleemoſynas largiuntur proclamat, *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* In die mala, id eſt, in die iudicij, cum iuſtis dicturus eſt, *Venite benedicti Patris mei, &c. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.* Matth. 25. Præcipuè enim præmio donabitur qui ſuper pauperem intellexit, id eſt, qui intelligens inopis egeſtatem, non expectauit donec ipſe peteret. Liberauit enim nobilem pauperem, egenum ingenuum à petendi verecundia. Vnde Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 3. *Conſideranda in largiendo ætas, atque debilitas; nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales.* Preme *Prodit*, Et ſcilicet mihi per te vulgariter expendere, *la verguènza del pedir llena vendido al noble.* O quot ingenui, quot nobiles, quia diues non intendit ſuper ipſos, quia Præſulum miniſtri, quibus impendet cura largiendi eleemoſynas, non intelligunt ſuper eos: fame miſera conficiuntur! Ergo *beatus, qui intelligit ſuper egenum,* nec expectat verecundè os pauperis aperiri.

Hinc nò expectes, donec pauper nobilis petat, intellige, & ſuccurre.
Pſalm. 40.
Ambroſ.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo. Qui dixit eis, Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem.

Petentibus Regni temporarij ſedes, Dominus ait, proculdubio illos calice paſſionis periiſſe potari.

Quia idem eſt Regno temporali potiri, ac cunctarum amaritudinum calicem exhaurire.

26\. NVm fœmina filiis Regnum temporarium expeteret? Ambiiſſe Diſcipulos hos temporarium Regnum aſſeruere Doctores. D. Chryſoſtomus, *Videbant ſe honoratos præ aliis, primatúmque Cathedra appetebant; timebant verò Petrum ſibi præferri. Non habebant autem intelligentiam Regni ſuperioris.* Dominus igitur reſpondit. *Neſcitis quid petatis. Poteſtatis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* O Diſcipulorum inſcitiam! Quid petiris? poteſtis amaritudinum cunctarum calicem epotare? Scirote, idem eſſe temporario Regno potiri ac paſſionis diræ exhaurire calicem. Adiicit Doctor. *Oſtendit eos non fuiſſe auſos talia petere, ſi ſcirent quid peterent.*

Regni onera.
Chryſoſt.

27\. Diabolus Christum, quem non potuerat è vertice templi deturbare, curat Regem curis, ac tribulationibus conficere, vt experiretur vtrum mortalis eſſet. *Hæc omnia tibi dabo,* Regna cuncta ſub tua viuent poteſtate. Matth. 4. D. Cyprianus ſerm. de ieiun. & tent. *Vt pateat nobis, quod ſicut peremptoria res eſt altitudo quæſita, ita periculoſiſſima eſt oblata.* Vnde nam id patet? Quia reſpondit repellens Dominns, *Vade Satana.* Idem eſt *Satan* ac *Aduerſarius, Hoſtis, Inimicus* ex Hebræo. Cum diabolus Christum lapidibus in panem mutandis oblatis tentaſſet, eum curauit ex Templi pinnaculo deturbare: non eum vocitauit Aduerſarium, Hoſtem, Inimicum: Sed cum ei Regnum obtulit poſſidendum. Igitur magna iniuria ſe affectum innuit Dominus, cum ad temporarium Regnum inuitatur. *Peremptoria res eſt.*

Diabolus inimicus verò oſtenditur Christo, cum ei Regnum offert.
Matth. 4.
Cyprian.

Circa urbis conditi exordia, *ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus,* Gen. 5. LXX. *Placuit Enoch Deo, & non inueniebatur.* Ergo quæſitus eſt; quia quod non quæritur non inuenitur. Ad quódnam, quæſo, munus Enoch requiſitus fuerit? Genebrardus, *Non apparuit vtique tanquam requiſitus ad ſupremum officium.* Ergo quia ſpecialiſſimè placens Deo, ab ipſo dilectus eſt, tulit eum Dominus, nè Regno potiretur, vnde cunctis potaretur amaritudinibus, Chryſoſtomus, *Quomodo ſi ie tranſlatum eſt Enoch* (vti inquit Apoſtolus,) *Quoniam tranſlationis cauſa fuit, quod Deo placuerit.* Cauſa fuit, quod placuit, cauſa fuit, quod ad Regnum requireretur. Tulit eum Deus quia placuit ſibi, nè ad Regnum inueniretur. Quemadmodum poſtea Chriſtum dilectiſſimum Filium fecit ad montem fugere, ne inueniretur ad Iſraëlis dominatum. 28.

Quia Enoch dilectum, tulit eum, nè ad Regnum inueniretur.
Gen. 5.
Genebr.
Chryſoſt.

Traditurus Chriſtus Petro Eccleſiæ Regnum ter interrogat, *Petre amas me, Petrè amas me,* &c. Ioan. 21. Cur ter? Paſchaſius, Vt triplex illud examen dilectionis triplici negationi reſponderet. Porrò cuilibet interrogationi *Petre, amas me?* adiicitur, *Paſce oues meas.* An neganti Dominum ter Regnum eſt committendum? O Regni amaritudo! Ac ſi diceret Dominus, O Petre, Regnum tibi amanti trado, neceſſarius enim ſpecialiſſimæ erga me dilectionis affectus, nè diffugias tantæ amaritudinis calicem haurire. At in memoriam adferas, te me ter abnegaſſe, & hanc pœnam humiliter ſuſcipe. 29.

In pœnam criminum, Deus aſſolet Regnum imponere aliquando.
Ioan. 21.
Paſchaſ.

Contemplatus nè es miſeri illius, qui incidit in latrones vulnera, à ſolo cœleſti Samaritano ſananda? En Præſulem. Nihil aliud Principatu potiri, quam exitialibus vulneribus affici. Pulchram do Bernardi Epiſt. 226. ſententiam. Dum agit de electione Athanaſij Abbatis filij ſui, qui poſtmodum Pontifex Eugenius III. fatur, *Currebat benè, quid vobis viſum eſt, ſepire vias eius? auertere ſemitas? greſſus inuoluere? Quaſi deſcenderet de Ieruſalem, & non magis aſcenderet de Iericho, ſic incidit in latrones: & qui ſe diaboli manibus, carnis illecebris, & gloria ſæculi potenter excuſſerat: non valuit effugere manus veſtras.* 30.

Qui Regno requiritur, in manus latronum incidit.
Luc. 10.
Bernard.

Vulgarem locum ſpeciali pondere effero. Clamat ſponſus, *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni; coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Cant. 4. Cur non illicò obediens ſponſa reſpondit? An quia à Libani requie ad montes aſperitate plenos vocatur, dum Regnum obiicitur? Sic Gillibertus, *Quid mirum, ſi moretur venire, cum & moleſtum ſit, de Libano deſcendere:* 31.

Cum ſponſa vocatur ad Regnum, nõ reſpondet illico, quia putabat ſe illudi ab ſponſo.
Cant. 4.
Gilleb.

deſcendere: & metuendum ſit, ad montes illos accedere. Attamen nec ad aſpera vocata, deberet ſponſa pigritare, cum Dominus dixerit, *Oues meæ vocem meam audiunt.* Imo ouibus ſufficit Paſtoris ſibilus. *Sibilabo eos, & congregabo eos.* Zach. 10. Exiſtimo ſponſam exiſtimaſſe tentaminis cauſa, non aſſertiuè ſe vocatam ad Regnum. Ac ſi diceret, Vocor ſponſa dilectiſſima, & ad Regnum inuitor? O repugnantiam ineffabilem! Quid ſponſæ cum Regno? quid dilectioni cum tortura? quid amori cum calice amaritudinis?

Zach. 10.

32. Vt cunctas Deus hominum amaritudines quaſi vno in calice propinaret Adamo, ait: *In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo.* Gen. 3. id eſt, terra tibi traditur excolenda. Profectò ille, cui datur Regnum, accipit iſtum amaritudinis calicem exhauriendum. Deus Ieremiæ, *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper Regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & plantes,* cap. 1. Rex conſtitueris? Tibi calix, quem hauſit Adamus, ebibitus eſt; quia tibi terra colenda eſt tradita. Liceat vulgariter expendere, *Mas es ſer azacan, que Rey.* Acutè Bernardus lib. 2. de conſid. *Quid horum factum ſonat? Ruſticani magis ſudoris ſchemate quodam labor ſpiritualis expreſſus eſt. Et nos igitur, vt multum cenſeamus de nobis, impoſitum ſenſerimus miniſterium, non dominium datum.*

Idem eſt regnare, ac amariſſimū Adami ſudoris calicem haurire. Siendo azacan. Gen. 3. Ierem. 1. Bernard.

33. Eligitur Saül, vt Regno Iſraëlitico potiretur, dum operam dat culturæ agri. At ille electus & inunctus minimè auolauit in ſceptrum; ſed arripuit aratrum. *Veniebat ſequens boues de agro.* 1. Reg. 11. Vbi Caietanus, *Quamuis electus eſt, quia adhuc regnare non cœperat, rurali operi incumbebat.* Ego tollerem à Cardinalis ſententia illam particulam: *Quia adhuc regnare non cœperat,* & ſic inuerterem, *licet regnare cœperat,* arripuit aratrum. Quod ſi obiicias, Cur Rex ruſtico adhuc operi inſudas? reſpondebit. O Regni amaritudinem! Non relinquo agriculturæ laborem ſed confirmor agricola, vt in ſudore voltus mei veſcar pane meo. Sudor meus mihi erit in calicem hauriendum omni plenum amaritudine.

Saül electus Rex adhuc putabat ſe boues ſequi. 1. Reg. 1. Caietan.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Sedere autem ad dexteram, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis.

Deus propitius non dat electis ſuis ſedere, commoditates temporarias non impertitur; ſed ſolummodo neceſſaria ad victitandum.

Contemplare, qualia temporaria bona, quæ Deus exhibet iratus?

34. QVonam modo ô Domine, aſſeris, tuum non eſſe ſedes impertiri terrenas, ſi Regnorum, omniúmque temporalium bonorum Dominus es? Bonorum ſum Dominus? Ergo meum non eſt vobis ſanctis, amicis, dilectis dare temporalia hæc quæ exiſtimatis bona, & verè mala exiſtunt. D. Cyrillus lib. 10. Theſ. cap. 5. pulchrè, *Inanis gloria motis, a dextris, & a ſiniſtris meis ſedere concupiſcitis? Id dare meum non eſt. Non enim dabo morbum alicui, qui doceo, vt à morbo caueatis.* A quonam morbo nos edocet Dominus præcauere? Ab iniquitate, quæ verè eſt animi morbus. An donans nos Chriſtus temporariis bonis, nos inficit culpæ malis? Certè dans Deus bona temporaria quodammodo daret mala ſpiritus; quia crimina temporariæ abundantiæ aſſolent alligari.

Cyrill.

35. Non eſt Deificum dare iuſtis morbi occaſionem. A Deo petimus, *Sanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra.* Tuæ omnino ditioni ſubdamur, ſis nobis in Deum, iuſtitia exornemur. Mox adiicimus, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Matth. 5. Cur tam parcum munus ab omnium Domino poſtulamus? Panem, & hodiernum? Vni diei ſufficientem panis particulam à Deo *tribuente omnia* capetimus? Ita planè. Dei namque munificentiſſimi munus eſt, è temporariis bonis nobis id ſolum tribuere, quod ſit neceſſarium ad vitæ rationem. Et non amplius? Equidem quod amplius eſt, à malo eſt; quia abundantior annona eſſet criminum patrandorum occaſio. Vt ergo fiat ſemper in nobis tua voluntas, ſiue vt iuſtitiam cuſtodiamus ſolummodo ex temporariis neceſſaria largire.

Dei eſt dare è temporariis ſolum neceſſaria, & non amplius. Matth. 5.

36. Pondero verba illa præmiſſis hærentia, *Et dimitte nobis debita noſtra.* Matth. 5. Quænam debita? Certè quæ ex acceptione doni huiuſce temporarij contraxerimus. Quid enim terrenum quantumuis exiguum bonum non eſt occaſio delinquendi? Tertullianus hîc, cap. 4. *Conſequens erat, vt obſeruata Dei liberalitate, (Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.) etiam clementiam eius precaremur.* Quare conſequens erat? Crediderim, quia vel parcus cibus, (quòd temporarius ſit,) aſſolet occaſionem delicti miniſtrare.

Ex quolibet paruulo bono temporali aſſolent ſpiritualia mala oriri. Matth. 5. Tertull.

37. Addat Deus alimenti abundantiam Hebræis, cur quaſi hodierno pane ſolummodo eos paſci decernit? Manna offert quotidianum, & illa ipſa die inſumendum. Exod. 12. Cur non cupientibus, & petentibus electis ſuis ciborum copiam elargitur? Ne ſcilicet abundantiori annona refecti Dei famuli, ſeu potius non apparerent filij, ſed potius viderentur tauri ad caritialem victimam ſaginari. Tertullianus citatus adnotauit. *Quid alimenta proderunt, ſi illis reputamur re vera quaſi tauri ad victimam?* Preme numero in plurali *Alimenta.* Ac ſi diceret, Panis ſufficit, alimentum expete ſingulare, nam alimenta accipere, ſeu abundanti annona ſatiari idem aſſolet eſſe ac exitialem in victimam deſtinari: *Engordar, para ir al matadero.* Quia videlicet ex abundantia crimina aſſolent perpetrari.

Hebræis Deus dat ſolùm quotidianum cibum, ne abundantiori viderentur tauri ad victimam ſaginati. Tertull.

38. Cum Iacobus Meſopotamiam peteret, (ex Patrum ſpirituali ſenſu) per huiuſce ſæculi deſerta obiicitur peragrare: cum autem in Patriam reuertitur, per idem deſertum adhuc tendit in patriam ſupernam. Itaque dum iter inſtitueret, proclamat, *ſi Deus dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum: erit mihi Dominus in Deum.* Gen. 28. Id eſt, Reputabo, mihi famulo eius ſpecialiter ſe ſe Deum oſtentare, *ſi dederit mihi* ſolummodo *panem ad veſcendum,* &c. Dare enim neceſſaria iuſto Dei eſt proprium. At ſuperflua impertire amicis, non eſt Deificum: *Non eſt meum dare vobis.* Pulchrè Lyranus, *Quod Iacob Dominum cognoſcebat ſibi eſſe Deum, erat de neceſſariis ad ſalutem* ſolummodo

Deus agnoſcitur à Iacobo, qui ſolum dat neceſſaria ad vitam, nam abundantia noxia. Gen. 28. Lyran.

modo acceptis. Purpuram dedit Epuloni. Dei fuit dare iniquo in ſupplicium fortè iniquitatis purpuram, byſſum, & ciborum abundantiam. Micas autem Lazaro iuſto dedit. Luc. 16. Nec ſuum fuiſſet dare Lazaro amico id, quo poſſet agnatis inquinari delictis.

39. *Dei eſt, dare iuſto ſolum neceſſaria, iniquo ſuperflua in ſupplicium.* Matth. 4. Theoph.

Expetebat diabolus agnoſcere, num Chriſtus verè Deus eſſet, & inquit, *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Matth. 4. Cur non, *Fiant aurum*, ſed *panes*? Certè donum illud agnoſceret ex pane eſſe Deificum; nec enim Deus aſſolet abundantiam elargiri niſi iniquitate preſſis. Vnde aptius ex Theophylacto reſpondeo, voluiſſe dæmonem apertè dignoſcere, num Deus eſſet, & tentatorem cognouiſſet, dum eum petit ſibi donari non panem, ſed *panes*, id eſt, *ſuperflua*. Si mea, (ac ſi muſitaret diabolus,) in manu panes apponuntur, cognoſcam Deum eſſe, qui mihi ſuperflua tribuit iniquo. Dei enim eſt iuſto panem, panes autem iniquis in ſupplicium impendere.

40. *Abundantiā diabolus, neceſſaria Deus dat iuſtis.* 3. Reg. 17. Suſan.

Elias pane & carnibus à coruo paſcitur, Angelus ſolummodo ei panem miniſtrat. Vbi contemplatur Iacobus de Suſanna abundantiam ciborum myſticè à coruo dæmone iuſtis offerri, parcam autem annonam à Deo munificentiſſimo. *Elias paſcebatur à coruo pane, & carnibus, tunc non proficit. Sed poſtea Angelus dedit ei panem, & tunc ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei.* Ne aſcendas ad ſuperos, coruus, qui *in ſuperliminari* cantat, tribui expetit tibi ſuperflua. At Angelus Dei miniſter ſolummodo neceſſaria impendit.

41. *An non eſt Dei, dare iuſtis bonorum temporalium ſuperfluitatē, ſed quibus paratum eſt ſupplicium æternum.* Matth. 20. Matth. 25.

Preme illa noſtri Euangeliſtæ verba: *Non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a Patre meo.* Matth. 20. An licebit, (vt me à difficultate illa expediam: Quonam modo verè potuit Dominus affirmare ſuum non eſſe dare thronos, ſi quidem ad ipſum pertinet Dei Filium Patris ſapientiam Reges donare imperio iuxta illud: *Per me Reges regnant*?) aſſerere, Chriſtum non dare Apoſtolis temporalia bona ſuperflua, *ſed eis, quibus paratum eſt à Patre*? Quid paratum? Supplicium, iuxta illud: *Diſcedite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*, ac ſimul hominibus iniquitate preſſis. Igitur ſedere non eſt meum dare vobis Apoſtolis, ſanctis, amicis, ſed iniquis, quibus ſupplicium æternum eſt paratum. Iuſtis enim dat Deus neceſſaria, iniquis autem in delictorum pœnam ſuperflua impendit. Maldonatus, *Cum panem*, (id eſt, neceſſaria ad victum,) *doceo petere; non tam corporis, quam animi curam habeo.* Et Minutius Felix, Animus vt luxu ſoluitur, ita frugalitate firmatur.

Maldon. Felix.

Obſeruat. VII.

Ad illa verba:

Non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

Deus non dat gloriam hominibus, ſed ſoluit.

Cæleſtia enim bona operum bonorum ſunt retributio: non dantur, ſed retribuuntur eis, qui labore acquiſierunt.

42. Chryſoſt. Paſchaſ.

DEus omnia tribuens, quonam modò iuſtis ſedes non dat? At boni aliquid, quod à Domino non tribuatur? Certè Dei non eſt, dare gloriam, (quam ex ſententia Chryſoſtomi expetebant, *Non terrena, ſed cæleſtia filiis* optabat,) iuſtis, ſed ſoluere eis, qui operibus promeruere. Pulchrè Paſchaſius, *Rectè dicit, quod non eſt ſuum dare, quia eorum eſt promereri.* Liceat mihi materna lingua vim ſententiæ vulgare: *Los bienes del cielo no los doi, ſino pagolos*, id eſt, eis impendo, quibus operibus debitor conſtituor. Non dare ſed ſoluere meum eſt.

43. *Retribuit Deus bona cæleſtia, tribuit terrena.* Pſalm. 40. Hugo.

Certè Deus *tribuens*, ſeu dans *omnia* temporalia, non dat, ſed retribuit æterna. Dauidis ex ore Dominus. *Reſuſcita me, & retribuam eis.* Pſalm. 40. Cur non dixit, *Tribuam*, aut *Dabo*; ſed *Retribuam*? Hugo Card. *Bene dicit, Retribuam: tribuam in præſenti, & retribuam in futuro.* Bona temporaria iuſtis, & iniuſtis do. *Solem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Matth. 5. Dedi eis ſtellas, elementa, animantia, diuitiis tellurem abundare feci. Omnia tribuo. At æterna bona non do, ſed retribuo eis, qui rectis operibus compararunt.

44. *Tribuit omnia Deus temporalia, cæleſtia retribuit eis, qui operibus cōpararunt.* Pſalm. 115. Bellarm. Euthym. Auguſt. Iacob. 1.

Alibi Vates, *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.* Pſalm. 115. Quare non dixit. Pro omnibus, quæ tribuit mihi, ſi eſt *tribuens omnia*? Nos Deo retribuere debemus, qui accepimus cuncta: Deus autem quodammodo retribuit? Reſpondet Bellarminus, *Quod dicit, Retribuit, poteſt ſimpliciter accipi pro tribuit, vt exponit Euthymius.* Cum Auguſtino autem *Retribuit* retineo, & aſſero Deum tribuere omnia temporalia, ſedes autem retribuere æternas in præmium meritorum. Tunc *Omne gaudium exiſtimate fratres*, cum pro exiguis meritis omnia retribuuntur. Ideo *non ait*, (cum Auguſtino loquor,) *Pro omnibus, quæ tribuit; ſed pro omnibus, quæ retribuit.* Nam omnium fruitio in cæleſtibus meritorum retributio eſt.

45. *Cum operarij pergunt ad vineam dat temporaria Deus, cum redeunt operatores, reddit cæleſte præmiū.* Matth. 20. Remig.

Operariis ad vineam conductis euntibus ad laborem Dominus ait, *Quod iuſtum fuerit, dabo vobis.* Perfecto autem opere, ait procuratori ſuo, *Redde eis mercedem.* Quonam modo euntibus dat, perſoluentibus opus reddit, aut ſoluit? Quia laboraturis dat Deus gratis temporaria bona neceſſaria ad vitam; at operantibus non dat denarium æternitatis, ſed reddit: non donat, ſed ſoluit: *Redde eis mercedem.* Matth. 20. Remigius, *Deſignatur per redditionem denarij, obſeruati Decalogi præmium.* Cæleſtis enim gloria non eſt datio, ſed redditio.

46. *Regna gratis data, & non reddita, terra planè eſſe comperiuntur, nam cæleſte Regnum non datur, ſed redditur.* Matth. 4. Origen.

Diabolus apud deſertum oſtendit Chriſto *omnia Regna mundi in momento temporis. Hæc omnia, ait, tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Matth. 4. *Vade retro Satana*, bona enim temporalia dantur, non retribuuntur. Adorationem exigis in pretium eorum, quæ gratis donata nimia charitate laborant? Solummodo Regnum æternum retribuitur. Porrò Origenes hom. 30. in Lucam contemplatur diabolum ſub Regnorum temporalium colligatione Domino obtuliſſe cæleſtis Principatus imaginem, fatum: *Nolo contendas, nolo nitaris, ne habeas vllam moleſtiam, dabo, accipe Regnum* cæleſte. Hinc Dominus licet Dei Filius non eſſet, prudens poſſet colligere Regnum æternum ſibi minimè offerri, ſed temporarium; quia temporaria cuncta dantur. Regnum autem cæleſte retribuitur. *Dominus noſter* (adiicit) *vult regnare, & omnes*

gentes

gentes ſubiectas eſſe iuſtitiæ, & veritati: ſed vult regnare iuſtitia, & non abſque labore coronari. Hæc omnia tibi dabo? Ergo quod datur Regnum ſæculare eſt, cœleſte etenim retribuitur.

47. *Cœleſtia redduntur currentibus.* 1. Cor. 9.
Inquit Apoſtolus, *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium.* 1. Cor. 9. *Vnus?* Cornelius noſter, id eſt primus æternum præmium accipit, non enim datur deſidi, ſed curſori velociſſimo ſoluitur. Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt, retribuere. Queiſnam ergo paratum? Chryſoſtomus, *His paratur primatus*, ſeu præmium cœleſte, *qui per opera poſſunt eſſe primi.* Plura mitto.
Chryſoſt.

Observ. VIII.

Ad illa verba:

Calicem quidem meum bibetis.

Vterque quidem, id eſt, tam Iacobus quam Ioannes Martyrij calicem epotauit, vnus corpore, alter mente.

Qui piè viuit, qui paſsiones mortificat, qui ſe abnegat, Martyr eſt, ſpiritu quidem vulnerato.

48. VTrique fratri Dominus paſſionis calicem propinandum promiſit. Ebibit Iacobus, quum ex Herodis ſententia capite abſciſſo Apoſtolorum primus occubuit. At Ioannes etſi in feruentis dolium olei Domitiani iuſſu fuerit immiſſus, non tamen ibi, nec alibi martyrium dicitur ſuſtinuiſſe. Cur ergò vtrique calix martyrij potandus promittitur? Pulchrè Gregorius hom. 35. in Euang. *Eſſe Martyres poſſumus, etiam ſi nullo percutientium ferro trucidemur. Mors quippè à perſequente martyrium in aperto opere eſt. Ferre verò contumelias, odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione. Ioannes nequaquam per martyrium vitam finiuit, ſed tamen Martyr extitit; quia paſſionem, quam non ſuſcepit in corpore ſeruauit in mente.*
Ioannes Martyr abnegatione enſe.
Gregor.

49. *Sponſa pacifica tentaminibus Martyr eſt, ab hoſtibus vulnerata.* Cant. 7. Auguſt.
Clamat Sponſus, *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum.* Cant. 7. Si pacifica eſt, (id enim *Sulamitis* ſonat,) vndénam in ipſa caſtrorum acies oſtentatur? Quia à tot tyrannis vulneratur ſponſa, quot paſſiones ſuperat impugnantes, vt martyrij corona cingi poſſit. Auguſtinus ſerm. 250. de Temp. *Nemo dicat, quod temporibus noſtris Martyrum certamina eſſe non poſſunt: habet enim & pax noſtra Martyres ſuos. Nam iracundiam mitigare, libidinem fugare, iuſtitiam cuſtodire, auaritiam contemnere, ſuperbiam humiliare, magna pars martyrij eſt.* Et ſerm. 32. de ſanct. *Tota vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundum Euangelium viuat, Crux eſt, atque martyrium.*

50. *Qui piè viuit, Martyr eſt.* 2. Tim. 3.
Piè viuis? Martyr es. Vbinam Religioſo apud deſerta commoranti, & Moniali intra domus parietes ſolitariè degenti tyrannus? Reſpondet Apoſtolus, *Omnes, qui volunt piè viuere in Chriſto IESV, perſecutiones patientur.* 2. Tim. 3. Illud enim ipſum piè viuere eſt cum perſecutore aut tyranno diabolo decertare. Auguſtinus ad Pſalm. 117. *Non quia diabolus modò per Reges non ſæuit, ideò Chriſtiani perſecutionem non patiuntur. Si mortuus eſt diabolus, mortuæ ſunt perſecutiones. Si autem ille aduerſarius noſter viuit; vnde non tentationes ſuggerit? Vnde non ſæuit? vnde non minas, & ſcandala procurat.*
Auguſt.

Vatis ore Dominus, *Excoxi te, ſed non quaſi argentum: elegi te in camino paupertatis.* Iſai. 48. Argentum, id eſt, diues excoquitur, caminus ex luto, id eſt, pauper igne probatur: te vult Deus paupertatis martyrium ſubire. Toleras inopiæ iniurias? Martyr es. Chryſoſtomus hom. 11. in epiſt. ad Hebr. *Sunt hoſtiæ verè holocauſta, nempè Martyrum corpora. Potes tu quoque, ſi velis, tale offerre ſacrificium. Quid enim ſi igne corpus non combuſſeris? Sed potes alio igne, vt puta igne paupertatis, igne afflictionis. An non eſt oblatio holocauſti? Corpus tuum morte affice, & crucifige, & ipſe quoque accipies coronam huius martyrij. Nam quod illic operatur enſis, hoc hic facit prompta animi alacritas.* 51.
Qui ſuffert paupertatis vulnera, Martyr eſt. Iſai. 48. Chryſoſt.

Obſecro vos, (proclamat Apoſtolus,) *fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.* Rom. 12. Quonam modo hoſtia viuens? Si hoſtia eſt corpus, mactandum proculdubio eſt: ſi viuit, quonam modo mactatur? Reſpondet Chryſoſtomus, *Quomodo, inquit, corpus viuens hoſtia fiet? Nihil mali reſpiciat oculus, & factus eſt hoſtia. Nihil turpe loquatur lingua, & facta eſt oblatio. Nihil iniqui committat manus, & facta eſt holocauſtoma.* Et Anſelmus, *Hoſtia quippè & immolatur, & viua eſt, quando & ab hac vita homo non deficit, & tamen ſe à carnalibus deſiderijs occidit.* 52.
Mẽbra corporis ſeruiẽtia iuſtitiæ, martyrio, viuentia, coronantur. Rom. 12. Chryſoſt.

Vis oſtendam, quonam modo ſi non corpus, animum occidas ad martyrij palmam? *Qui amat animam ſuam, perdet eam.* Ioan. 12. Si amas animam dilectionem oſtendes, ſi eam perdere, ſeu immolare curaueris. Quonam modo anima perdenda, aut occidenda eſt? Reſpondet Bernardus ſerm. 30. in Cant. *Perdet eam dixit, ſiue ponendo vt Martyr, ſiue affligendo vt pænitens. Genus martyrij eſt ſpiritu facta carnis mortificare: illo nimirum, quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius: ſed diuturnitate moleſtius.* 53.
Sanctè viuens, animã Martyrem efficit viuacĕ vulnere. Ioan. 12. Bernard.

Dauid petit Martyrum Catalogo addici. Gladio nè vulneratus eſt? *Aufer a me opprobrium, & contemptum, quoniam teſtimonia tua exquiſiui.* Pſalm. 118. *Secundum miſericordiam tuam viuifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.* Ibid. Vbi Auguſtinus, *Græcus pro teſtimonia, habet Martyria.* Quonam modo martyria cuſtodiuntur? Tot martyrijs Diuus afficitur, quot difficilia implet præcepta. Audi Doctorem ſerm. 32. de ſanct. *Martyr Græcè, Latinè Teſtis dicitur. Igitur quotiens affectibus mandatum Chriſti facimus, toties Chriſto teſtimonium perhibemus.* 54.
Dauid tot martyrijs afficitur, quot Dei difficilia præcepta cuſtodit. Pſalm 118. Auguſt.

LIBER SEXTVS.

IESVS DISCESSVM POST MODICVM ANNVNCIAT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput XVI. Ioannis.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

DISCESSVM poſt modicum Diſcipulis mœrentibus minitatus, ſpiritum conſolatorem promittit Dominus, qui præſtet iuſtis breuem eſſe triſtitiam, fœminæ ſimillimam parientis. Vt enim hanc ingens finit gaudium nati recens infantis, ita Diſcipulorum corda poſt mœrorem præſentem lætitia exhilarabit æterna. Quænam, precor, hæc mulier, cuius triſtitiæ, & exultationi Chriſtus mœrorem, & lætitiam Diſcipulorum comparauit niſi Deiparens? Fatur Richard. Laur. lib. 4. de laud. Mar. *Ait Chriſtus Ioan. 16. Mulier cum parit, triſtitiam habet,* &c. *Quod de Matre Maria poteſt intelligi. In paſſione enim Filij peperit quodam modo Mater, quia tunc primò ſenſit dolores puerperæ. Sed humano genere per paſſionem redempto, inferno ſpoliato, & Filio ſuſcitato, iam non meminit preſſuræ propter gaudium.*

Ligni vita, ſeu Ieſu prophetantis

FRVCTVS SEXTVS.

Richard. Laur.

IOANNES CAP. XVI.

VERS. 16. MODICVM & iam non videbitis me; & iterum modicum & videbitis me; quia vado ad Patrem.

PARAPHRASIS.

16. BREVE *tempus eſt (inquit Dominus) ô Diſcipuli, quòd orbabimini conſpectu meo; ſed id longum non erit. Poſt exiguum enim temporis ſpatium reddar oculis veſtris. Ad Patrem enim redeo maiora largiturus vbi vobis conſpicuus eſſe deſiero.*

17. Dixerunt ergo ex Diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me; & quia vado ad Patrem?

17. *Cum autem non obſcurè indicaſſet, ſe per mortem ac ſepulturam abfuturum à conſpectu ſuorum, ſed rurſus poſtriduum in immortali corpore ſuis eſſe vidēdum: haud illi ex mærore non callentes, inter ſe muſſitabant: Quid ſibi vult hic ſermo? Breue tempus eſt quod me non videbitis: & rurſus breue tempus erit, quòd me videbitis; quoniam vado ad Patrem. Quomodo videbimus, qui ſe ad Patrem ſubducit?*

18. Dicebant ergo, Quid eſt hoc, quod dicit, Modicum? Neſcimus, quid loquitur.

18. *Dicebant itaque (vt breuius exponam) Quid ſibi vult hoc breue tempus, quo ſui videndi copiam nobis adimet: rurſum aliud breue, quo ſui videndi nobis copiam faciet? Haud intelligimus obſcuram ſententiam.*

19. Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæretis inter vos, quia dixi, Modicum & non videbitis me, & iterum, Modicum & videbitis me.

19. *Ieſus autem intelligens, quod haberent in animo percontari ſe, quid ſibi vellet, quod dixiſſet, illorum praeuenit interrogationem cordis ſecreta callens. Veſtros, inquit, conturbat animos, quòd dixerim, ad breue tempus meum vobis ſubducendum conſpectum, rurſum ad breue tempus reddendum vobis. Quod perpetuò non expediat apud vos viſibiliter permanere; ſed magis in rem veſtram, ſit, vt pergam ad Patrem.*

20. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

20. *Quod dixi, veriſſimum eſt. Inſtat tempus, quum vos ob ademptam noſtram conſuetudinem, luctu, mærore, lacrymis conficiamini, dum mundus velut victor gaudebit, geſtiet, exultabit. At breui rerum vices commutabuntur: nam mundi gaudium vertetur in mærorem, & veſter mæror vertetur in gaudium. Mea vos mors diſcruciabit, & Iudæos gaudio afficiet? Reſurrectio vos gaudio afficiet, & Iudæos validè contriſtabit.*

21. Mulier cum parit, triſtitiam habet; quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium; quia natus eſt homo in mundum.

21. *Quemadmodum grauida mulier grauiter diſcruciatur nitens ad partum: cæterum eos dolores magno tolerat animo, quod ſciat, non fore diuturnos, & mox conſecuturam edita ex prole voluptatem. Nam ſimul atque pepererit, tanta eſt voluptas, quod mater ſit facta nouæ prolis, vt non meminerit doloris, quod in nixu perpeſſa eſt: imò gaudet longam ſibi emptam breui dolore lætitiam.*

22. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

22. *Itidem & vos hoc exiguo tempore, quòd inſtat, vehementer animo diſcruciabimini, & iam nunc magno tenemini mærore; ſed poſt dies paucos, vbi victor me vobis rediuiuum exhibuero, magno cor veſtrum gaudio perfundetur: quòd quem mortuum luxiſtis, donatum immortalitate videatis. Luctus erit breuis, ſed perennis exultatio.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Dominici diſceſſus Indictio.

TEXTVS.

VERS. 16. MOdicum iam & non videbitis me; & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem. 17. Dixerunt ergo ex Diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, &, quia vado ad Patrem? 18. Dicebant ergo, Quid eſt hoc, quod dicit, Modicum? Neſcimus, quid loquitur. 19. Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum rogare: & dixit eis, de hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Chriſto videndo, ac non videndo à Diſcipulis.

1. *Sententia contextus.* MOdicum & iam non videbitis me.] Conſolatus fuerat Dominus Diſcipulos de diſceſſu ratione ſumpta ab Spiritus ſancti aduentu, addit alteram, dum oſtendit paſſionem & mortem ſuam celerem ſecuturam Reſurrectionem; vt breuitate doloris, ac gaudij æternitate, conſolatione afficiantur.

2. *Expoſitio particula, Modicum. Cyrill. Chryſoſt.* Prius *Modicum* exponunt Cyrillus lib. 2. cap. 3. & Chryſoſtomus hom. 78. de breui tempore imminentis mortis hoc ſenſu: Parum ſupereſt temporis, poſt quod moriar, & oculis veſtris me ſubtraham. Alterum autem *Modicum* explicant de illo tempore breui, quo mortuus ab oculis Diſcipulorum ſubtractos manſit; poſt quod reſurrexit. Subſcribo ſatus: Poſt paululum non me videbitis, & poſt paululum iterum me videbitis; quia iam iam moriar, & reſurgam, vt me videre poſſitis. Sic enim ad Patrem vado. Sic Auguſt.

3. *Alia Auguſtini expoſitio minus congruens.* Scio D. Auguſtinum tract. 101. poſtea à præfata expoſitione receſſiſſe, & aliter vnum & alterum Modicum interpretatum eſſe. Nempe vt primum ſit vſque ad Aſcenſionem: *Poſt modicum tempus, quod eſt vſque ad Aſcenſionem meam non me videbitis, quia vado ad Patrem.* Secundum autem *Modicum* ſit ab Aſcenſione vſque ad diem iudicij, quod modicum eſt collatione æternitatis: *Poſt alterum modicum ab Aſcenſione ad finem ſæculi me videbitis.* Illud autem, *Quia vado ad Patrem*, priori Modico adiungit. Porrò accommodatiorem priorem reputo expoſitionem. Dominus enim conſolatur Diſcipulos ex his quæ proximè obiiciuntur futura.

4. *De particula, Iam.* Illud *iam* Græcè non legitur. Quando autem *hac* eadem verba repetita ab Apoſtolis narrantur, nec Græcè, nec Latinè legitur.

§. II.

Diſcipulis addubitantibus de verbo, Modicum, *reſpondet.*

5. DIxerunt ergo de Diſcipulis eius ad inuicem: *Quid eſt hoc*, &c.] Duo verba difficultatem Diſcipulis ingerebant. Vnum eſt hoc *Modicum* repetitum, *Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.* Quid Modica hæc, poſt quæ viſuri, & non viſuri eſſent eum, ſignificarent, non aſſequebantur. Alterum eſt illud: *Quia vado ad Patrem.* Neſciebant enim, qua ratione hæc cauſa præfatæ ſententiæ coaptaretur, nempe quod viſuri, & non viſuri eſſent, quia ad Patrem vaderet. Denique neque ſententiam, nec cauſam ſententiæ perceperunt; idcirco inter ſe mutuò inquirunt vtrumque: ſi fortè poſſent inuicem conſultantes, ſermonem Dominicum percallere. *Quid eſt hoc quod dicit Modicum? Quid eſt hoc, quod dicit, Quia vado ad Patrem.* *Difficultas Diſcipulorum.*

6. *Cur repetunt ſententiam.* *Quid eſt hoc, quod dicit, Modicum? Neſcimus, quid loquitur.*] Superuacanea ne verba? Minimè. Cum enim & de ſententia, & de cauſa dubitaſſent verbis prioribus: ad ſententiam ſe conuertunt, quaſi ex ipſius intelligentia pendeat ſenſus, & intellectus cauſæ. Ac ſi dicerent: Tota difficultas eſt hoc *Modicum* aſſequi. Si enim nos percipiamus ſemel, quid ſit hoc *Modicum*, tota ſententia, & cauſa ſententiæ, *Quia vado ad Patrem,* facilis erit intellectu. At quia huiuſmodi verbi: *Modicum* intelligentiam non aſſequimur, neſcimus, quid velit totum hoc ſignificare.

7. *Occurrit Ieſus, priusquam Diſcipuli interrogarent.* *Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare & dixit eis: De hoc quæritis inter vos,* &c.] Decreuerant illi non intelligentes ſententiam, & ſcire deſiderantes, Dominum interrogare, vt fierent certiores. Cognoſcens autem Dominus voluntatem Diſcipulorum, & in fide confirmare cupiens, præuenit, repetitque, quod inter ſe mutuò dubitantes inquirebant. *De hoc,* inquit, *quæritis inter vos, quia dixi, Modicum,* &c. Non repetit totum Chriſtus, ſed id, in quo ipſi maiorem experti erant difficultatem; nempe in intelligenda ſententia, *Modicum, & non videbitis, & iterum modicum, & videbitis.* Repetit planè, vt exponat.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX DISCESSVS INDICTIONE.

OBSERV. I.

Ad illa verba:

Modicum & non videbitis me, modicum & videbitis me.

Quonam modo modicum tempus ſit, quo ſine Ieſu degunt Apoſtoli, ſi abſentia dilecti perbreuis æternitatem æmulatur?

Certè quia modica eſt omnis tribulatio, quæ gloria comparatur æterna.

8. *Æternitas obiecta, modicam reddit tribulationem pœnitentia, & ſæculis labiles terminandos.* Auſon.

NIHIL durius (aiebat Auſonius) *amanti, quam dilecti abſentia.* Æternitatem ille quolibet in inſtanti contemplatur. Si ergo Dominus moriturus paucis diebus debebat abeſſe, & poſt Reſurrectionem ad Patrem aſcendens haud erat, ex mente Auguſtini, vſque ad iudicium reuerſurus: quonam modo Chriſtus Diſcipulus alleuaturus aſſerit? *Modicum & non videbitis me, modicum & videbitis me.* Modicum tempus, modica tribulatio. Modica eſt amanti tribulatio Eccleſiæ Chriſtum dilectiſſimum vſque ad iudicij inſtantiam corporeis oculis non videre? Modica planè. Cuncta enim parua detrimenta ſi temporalia ſint; quia cis comparatur interminabilis exultatio.

9. *Cuncta tribulationes modica guttula ſi cum æternitatis commodis, aut incommodis comparantur.* Cant. 5. Pſalm. 68.

Clamat dilectus iuxta oſtium amantis. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. Quid noctiũ guttæ? Ex mente Nazianzeni per noctium guttas innuuntur cunctæ tribulationes, quas ſubiicit Chriſtus expreſſas quidem à Dauide nomine pelagi: *Veni in altitudinem maris.* Pſal. 68. Item ſignantur labores, & ærumnæ, quas idem ſaluator in ſuis iuſtis patitur vſque ad ſæculi conſummationem. Proh Deus immortalis! Tot horribiles ineffabiléſque tribulationes guttulis noctis comparaſti, cum ſponſa profundit lacrymas à tuo abſtracta conſpectu? Profectò cuncta incommoda temporaria modica ſunt, ſi à gaudiis non priuemur æternis. Audi Nazianzenum orat. 18 *Verum è ciuitate eiicient? Ac non etiam ex ea, quæ in cœlo ſita eſt æterna. Hoc ſi efficere potuerint hi, qui nos inuiſos habent, verè belluina inferrent. Quandiu autem minimè potuerunt, guttalis aqua me petant, aut ventus feriunt, aut inſomniis ludant.* Miraberis guttulis noctis cunctas tribulationes comparari? Aura ſunt leuis, ſomnii aptius vocitabis inania. (Nazianz.)

Pulchrum argumento accipe teſtimonium. *Ad punctum* (ait Dominus Iſaiæ ex ore) *in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* cap. 54. Audiſti *Modicum*? In *modico dereliqui te.* An non eſt illud: *Modicum & non videbitis me*? Quomodo in modico derelinquitur, qui vſque ad diem conſummationis ſæculi oculis corporeis ſaluatorem non aſpectat? Equidem quia æterna erit miſericordia, modica eſt quantumuis diuturna tribulatio. *Modicum in puncto* eſt, ferè eſt nihil. Para in puncto poteſtne adeſſe? ergo modicum in puncto nihil eſt. 10. *Modicum in puncto eſt omne quod temporaliter cruciat, ſi aſpectetur æternum.* Iſai. 54.

Septuaginta ſic locum ſcripsêre: *Tempore modico dereliqui te, & cum miſericordia magna miſerebor tui. In furore paruo auerti faciem meam à te, & in miſericordia ſempiterna miſerebor tui.* Vbi non ſolum abſentia Domini indicitur, ſed & dira calamitas tormentorum annunciatur. Nam Rupertus lib. 9. de vict. Verbi à c. 10. aſſerit totam illam calamitatem immiſſam ab Antiocho, quando Machabæi horribilibus tormentis comminuti fuere, ad modicam pertinere calamitatem. Modica ne calamitas illa, qua Martyres è vita arripiuntur? Ita planè, quia Deus in miſericordia eos excipit ſempiterna. 11. *Martyria omnia modica, quia Martyribus æterna felicitas præparata eſt.* Iſai. 54.

Daniel, inquit, *Egreſſum eſt cornu vnum modicum, & factum eſt grande contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcauit eas*, cap. 8. Vbi Theodoretus, & alij aſſerunt cornu illo tribulationem horribilem ex Antiocho aliiſque tyrannis ſignificari. Quonam modo autem cornu & modicum, & magnum appellatur? Profectò, quia perſecutio Diuis illata modica eſt, cum poſt temporaria incommoda æterna felicitas annunciatur. At orientalibus, ac meridianis Gentilibus, Deique cultoribus, qui è fide excident, aut præcepta ſine pœnitudine violabunt, magnum erit cornu tribulationis, æterna ſiquidem eis manet infelicitas. Theodoretus, *Magnum cornu factum eſt vſque ad virtutem cœli. Pia ením enim ex fideli populo violata lege ex ordine cœleſtium exciderunt.* 12. *Tribulatio modicum cornu eſt æternùm victuris, magnum autẽ eis, qui æternùm morientur.* Dan. 8. Theodoret.

Modicum & Iob non vidit modicum, iterum modicum & vidit æternùm. *Egreſſus igitur Satan, a facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius, qui teſta ſaniem radebat.* cap. 2. Radens teſta vulnera, dolores effecis excreſcere. Apud ſterquilinium 13. *Iob modica admodum reputat diu vulnera, dum teſta eum manet æterni actũ.* Iob, 2.

nium linteoli vileſm inuenies particulam, cur duriſſima teſta vulnera extergis, ſeu potius auges? O molliſſimum teſtæ linteolum! In teſta igne obdurata ſignatur æternitas, quæ Iobum expectabat. Modica cuncta vulnera ei, quia æternitati felici nutritur. Origenes homil. 2. *Non ſunt dolores* iſti fortiores animæ meæ firmitate. *Meritò* (radendo teſta) exaggero, atque commoueo ipſos dolores, vt oſtendam nequiſſimo Diabolo, quia eius malitiam irrideo, quia omnes eius plagas (ad *modicum* ne?) imò *ad nihilum repuro. Quia ob hoc accipi teſtam,* æternitatis ſcilicet documentum. Quam modica cuncta diuturnæ vitæ incommoda ei, qui felicem expectat æternitatem, æternam infelicitatem timet.

Origen.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Modicum & non videbitis me, &c. *Quid eſt hoc, quod dicit nobis Modicum? Neſcimus, quid loquitur.*

Scientes Diſcipuli verbum illud: *Modicum* ad Chriſtum pertinere, aliquodque eius opus ſignificare, non capiunt, quonam modo in Ieſu aliquod reperiri valeat, quod ſit Modicum.

Aptè quidem; in Chriſto enim meo nihil magnum non eſt.

14. EX Salmeronis doctiſſimi mente Dominus ſuam mortem Modicum appellauit, *modicum etiam vocat Reſurrectionem.* Portò Apoſtoli (auctore Euſebio Emiſſ. & aliis) cognouerant ex iterato Ieſu monito, eum & moriturum, & è tumulo ſuſcitandum. Hoc planè intelligunt. Quod autem minimè percallebant, illud erat *Modicum.* Modicum ne Chriſti mors? Modicum Reſurrectio? An aliquod opus in Chriſto, quod magnum non ſit? Quomodo ergo tam magna opera *Modicum* illius vocabulo deſignētur? Neſcimus, quid loquitur.

Humilitas ſub tegumēto modici cuiuſdam magnas recludit opes. Salmer.

15. Angelus Deiparenti futuræ profatur, *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur.* Luc. 1. Tam magnus erit, vt Altiſſimi Filius ſit appellandus. Magnus nempe & morte, & Reſurrectione, qua verus Ieſus Saluator oſtentabitur. Exiſtimas paruum futurum, quia tuo in vtero recludendus eſt? Qui magnus Filius Dei nunc eſt, poſt humanitatem aſſumptam magnus adhuc Dei Filius vocabitur. Strabus, *Magnus erat antè partum Virginis; ſed magnitudinem, quam Filius Dei naturaliter habet, homo ex tempore eſt accepturus.* Nihil in Ieſu non magnum inuenies.

Chriſtus vt Dei Filius, & Filius hominis magnus. Luc. 1. Strab.

16. Proclamat Maria, *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. Cur magnificas? Quia Filium accepi & magnum. Bernardus hom. 3. ſuper *Miſſus, O Virgo, paruulum paries, paruulum nutries, paruulum lactabis.* An aliquid in Ieſu *modicum*, quia paruulus oſtentatur? *Videns paruum cogita magnum. Erit enim magnus, quia magnificabit eum Deus in conſpectu Regum, adeò vt adorent eum omnes Reges, omnes gentes ſeruiunt ei. Magnificet ergo anima tua Dominum, quia hic erit magnus. Magnus erit, & magna faciet tibi, qui potens eſt.* Ideo ergo Maria Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna cum me Filij magni parentem effecit.

Magnus deberet vocari, ex hu, qua fecit magnus in Virgine. Luc. 1.

17. De aliquibus viris olim dictum, quod magni eſſent. Magnus Iſaac, magnus Moyſes, magnus Ioannes. At poſtquam Angelus ait, *Hic erit magnus*, nullus hoc titulo condecoratus legitur. Cur ita? Quia vnus Ieſus *mare magnum* cuncta flumina abſorbuit? Certè adeò magnus Ieſus, vt coram ipſo verè Saule cuncti magni viri paruuli videantur. Orig. hom. 12 in Leuit. *De Iſaac dicitur, quia proficiebat valde vſque quo factus eſt magnus. Moyſes magnus dictus eſt, & Ioannes Baptiſta magnus dictus eſt. Nunc autem Ieſus magnus dictus eſt, & poſt hunc iam nullus appellatus eſt magnus. Prius enim quam adeſſet, qui verè magnus ad comparationem reliquorum hominum magni appellati ſunt ſancti. Vbi verè aduenit ipſe, qui non ex comparatione cæterorum, ſed ſui magnitudine verè magnus eſt, vltrà iam nullus appellatus eſt.*

In conſpectu Ieſu nemo magnus. Origen.

18. Aſpicias, precor, eum, qui *ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus.* Phil. 2. Quonam modo tunc magnus ſimul & ſeruus? Certè non ſolum antequam ſemetipſum exinaniret, ſed ſerui in ſimilitudinem verè magnus aſpicitur. *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel.* Cant. 2. Hinnulus paruus eſt, ſed tunc ſuper omnium ſanctorum montes aſpicitur. Bernard. ſer. 73. in Cant. *Hinnulus eſt, attamen ſuper montes Bethel, excelſior cælis factus. Ex quibus patet, quod non modo in eo, quod ab æterno eſt; ſed etiam in eo, quod in tempore factus eſt, omnem ſibi eminentiam vendicet ſuprà omnem Principatum, & poteſtatem, ſupra omnem denique creaturam, vtpote Primogenitus omnis creaturæ.*

Etiam formam modici ſerui accipiens, magnus eſt Dominus. Philip. 2. Cant. 2. Bernard.

19. Quid de Ieſu operibus atrexam? Quam magnus in cunctis. Teſtor Euchariſticam menſam, in qua quidem Dominus paruulus admodum oſtentatur. Quid ita modicum, vt buccella panis? At tam magnus in mica, vt meritò de particula Euchariſtici panis dici valeat. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Luc. 14. Cuius typus Manna, de quo Moyſes, *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum. Quod cum vidiſſent filij Iſraël, dixerunt ad inuicem. Manhu, quod ſignificat, Quid eſt hoc?* Exod. 16. E cœlo minutum? modicum è ſuperis prolabi poteſt? Vides modicum cibum: Continet prorſus omnium voluptatum abundantiam? Magna cœna eſt, quia Ieſu Euchariſtico pane refecturi fideles eſt ſimulachrum.

Chriſtus in minuto Euchariſtia Manna quā magnus. Luc. 14. Exod. 16.

20. Contemplatus es ne Ieſum ſuis in fidelibus opera gerentem? Ait ipſe, *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Ioan. 13. Quonam modo fidelis poteſt operibus ſaluatoris opera maiora efficere? Quia tam magnus eſt Ieſus, qui ſuis in fidelibus operatur, vt velit modicos & infirmos opera magna ineffabiliter patrare, ad eius magnitudinem exprimendam, cuius operantur auxilio. Auguſtinus tract. 72. *Numquid non omnium operum*

Vel in ſanctorum operibus Ieſus magnus oſtentatur, dum maiora faciunt quam ipſe? Ioan. 13. Auguſt.

rum Chriſti maiora facit, qui cum timore, & tremore ſuam ipſius ſalutem operatur? Quod vtique in illo, ſed non ſine illo Chriſtus operatur. Quam magnus erit, qui cunctos cœlicolas Angelos, omnes beatos homines ſalute donauit. Ergo nihil modicum in Ieſu. Miror quod dixit *Modicum*, cum de Paſſione, ac Reſurrectione loqueretur. Magnum quid mors? magnum quid Reſurrectio, qua mundi, ac Angelorum ſalus operata? Aptè quidem ſub modici vocabulo recluditur tanta magnitudo; quia hoc humilitatis ingenium ſub vili tegumento opes recludere cœleſtes.

Obſerv. III.

Ad illa verba:

Modicum & non videbitis me, modicum & videbitis, &c.

Tanta Ieſu voluptas apud homines commorandi, vt videatur quodammodo ab eis haud poſſe ſeparari.

Abſentia incommodum amantibus ineffabile omnino eſt.

21. OBſcurum planè Diſcipulis illud verbum: *Modicum*, quia adeò Ieſum hominibus addictum videbant, vt non crederent vlla ratione poſſe ab illis ſeiungi. At audientes illico ad conſpectum hominum rediiſſe, cognouerunt. Auguſtinus, *Quod illis tunc obſcurum fuit, iam manifeſtum eſt; poſt paululum enim paſſus eſt, & non viderunt eum: ſed rurſus poſt paululum ſurrexit, & viderunt eum.* Difficilè amans Dominus poteſt ab hominibus dilectis ſeparari. Ideò non capiunt homines verbum illud: *Non videbitis me*; ſed intelligunt dum poſt breuem abſentiam redit ad hominum conſortium: *Et videbitis.*

Auguſt.

22. *Licet Ieſus degens apud deſerta, vt Ioannes, poſſet illicò Deus haberi Meſſias; diſtulit Deitatis manifeſtationem, ne ab hominum conſortiis ſepararetur.*

Adeò Dominus expetit cum hominibus commorari, vt qui è ſuperis venerat, vt mundo aperiret ſuam Deitatem, homo purus habitus quia cum hominibus conuerſatur, non ideo ab hominibus receſſit. Ad Ioannem Iudæi aliquando acceſſere, vt eum Meſſiam Dei Filium acclamarent, Ieſum autem aſſerentem ſe Meſſiam Dei Filium irriſionibus affecere. Vndenam precor? Certè Ioannes ab hominum conſortio fugiens apud deſerta morabatur. *Venit Ioannes prædicans in deſerto Iudææ.* Matth. 3. Ioannes auſteritatis, & pœnitentiæ exteriori cultu, & ab hominibus receſſu homines, qui facilè rerum nouitate feruntur, peregrinum Ioannis vitæ genus admirantes Deum illum eſſe exiſtimarunt. Chriſtum verò cum hominibus degentem communiter aſpicientes non pluſquam homini plauſere Gregorius hom. in cap. 3. Luc. *Populus Ioannem remotum ab hominibus eſſe conſpiciens eum Chriſtum eſſe putabant. Chriſtum vero cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuent, eum non Chriſtum, ſed Prophetam eſſe credebant.* Cur ergo qui venerat Deitatem ſuam vt adſtrueret, non ſeſe contulit ad deſertum, & ieiuniis, ab hominumque ſeparatione Chriſtus curauit innoteſcere? An elegit amans, ſuæ differri cognitionem Diuinitatis, quàm ab hominum ſeparari conſortio? O dilectionis magnitudinem!

Matth. 3.

Gregor.

23. *Noluit agnoſci Deus, niſi perſeuerante cum hominibus conſuetudine?*

Prædixit Ioannes de Ieſu, *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Ioan. 3. Ad quæ idem Pontifex ait, *Cum per acceſſum temporis & Chriſtus, qui Propheta eſſe putabatur, Chriſtus eſt agnitus: & Ioannes, qui Chriſtus eſſe credebatur, Propheta eſſe innotuit; impletum eſt, quod de Chriſto ſuus Præcurſor prædixit: Illum oportet creſcere, me autem minui. In æſtimatione quippe populi & Chriſtus creuit, quia agnitus eſt quod erat; & Ioannes decreuit, quia ceſſauit dici quod non erat.* At quonam modo mutatæ ſunt vices? An Ioanne è deſerto ad ciuitates accedente, & cum hominibus conuerſante: Ieſu autem ex hominum conuerſatione ad deſerta fugiente? Minimè planè. Nec enim tantus amans vel ad Deitatem ſuam manifeſtandam pati poſſet ab hominibus dilectis ſemoueri. Vnde omnipotens contra hominum ingenium deſpicientium vtrique eos, qui ſecum conuerſantur, diſpoſuit, vt ex ipſa eum hominibus conuerſatione Deitas manifeſtaretur. Prouidit Dominus, Ioannem vitæ ſuæ aſperitate à ſe homines abigere. At ipſe familiariter inter ipſos agens, peccatores quærens, in ciuitatibus prædicans ab omnibus facilè inuentus, omnibus ſolatium & commoda procurans tandem ſeſe Chriſtum manifeſtaret. Iucundius amatori poſt longum temporis interſtitium ab hominibus agnoſci, quam illicò agnoſcendus ab hominibus vt Ioannes ſeparari? O dilectionis immenſitatem!

Ioan. 3.

Gregor.

24. *Vel in modico illo mortis curauit, corpus ſuum cum corporibus hominum conuerſari.*

Separatur Dominus à dilectis hominibus, modicum: *Modicum & non videbitis me.* Porrò vel hiſce tribus diebus curauit eum hominibus quodammodo conuerſari. *Et terra mota eſt, & monumenta aperta ſunt.* Matth. 27. Quare aperiuntur monumenta? Profectò cum Dominicum corpus reponendum eſſet in ſepulchro, *in quo nullus poſitus fuerat*; quaſi ſolitudinem fugiens, curat ſepulchra reſerari, vt corpus Chriſti corpora inter ſanctorum hominum commoraretur in abſentiæ breuis ſolatium. Rupertus ad cap. 20. Ioan. *Interrogemus eum, cur moriente Domino, & terra tremente, monumenta ſanctorum aperta ſunt? Videlicet quia expediebat, vt coniungeretur corporibus mortuorum hominum in ſepulchris corpus huius mortui.*

Matth. 27.

Rupert.

25. *Ideò corpora illa non reſurrexerunt vſque ad Domini Reſurrectionem, ne corpus Domini remaneret ſolitarium.*

Addit Matthæus, *Et multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.* cap. 27. Vbi Chriſtianus Druthmar. *Aperta tunc fuerunt ſepulchra, ſed mortui ex eis non ſurrexerunt, niſi poſt Dominum reſurgentem.* Cur non illicò ſurrexere Diuorum cadauera? Porrò ne cadauer Dominicum ſolitarium remaneret, ſed amantis affectus poſſet optatis frui, dum nec triduo illo mortis omnino ab humano conſortio abſtrahebatur.

Matth. 27.

26. *Reſurgunt cum Domino Diui, vt & hic & in cælo homines haberet ſocios.*

Quæritarim deinde, quare cadauera multa Diuorum cum reſurgente Domino ſurrexerunt? Reſpondet Druthmarus, *Vt ſit primogenitus ex mortuis.* Hoc eſt, vt inter multos reſurgentes Princeps reſurgens obiiceretur. Aſt ego crediderim curaiſſe Dominum multorum hominum reſurrectionem, ne, quum Apoſtolis non conuerſaretur illis ante Aſcenſionem diebus, ab hominum diſcederet ſocietate. Hieronymus, *Multa corpora ſurrexerunt, vt homines cum reſurgente Chriſto, atque viuente viuerent,*

Druth.

Hieron.

&

& ingrederentur cœleſtem Ieruſalem. Pulchrè. Nec apud Patris dexteram cœleſti in Ieroſolyma patitur ſine bominum degere ſocietate? O mirum dilectionis affectum!

In Eucha-riſtia manet, vt nunquam ab hominibus recedat. Ambroſ.

27. Id miraris? Mirabiliorem dilectionis indicationem obiicit Chriſti in Euchariſtia perpetua commoratio. Ex qua quidem D. Ambroſius Ieſum *dulcem boſpitem animæ* appellat. Quid enim dulcius Ieſu Intima cum hominibus conuerſatio? Sub peregrini forma Chriſtus pergentibus in caſtellum apparet, & non agnoſcitur. At panem ille accipiens, *benedixit, ac fregit, & porrigebat illis; & cognouerunt eum.* Luc. 24. Mirum quod ſecum diu pergentem, & colloquentem non agnoſcerent: quem in panis fractione illicò dignouerunt. Quare ergo extraneum, & peregrinum antea, nunc præſentem ſibi contuentur? Certè quia boc à Domino inſtitutum eſt ſacramentum, vt abſentiam ſuppleat recedentis, & ſub ſpeciebus exiſtens intimè ab hominibus habeatur & cum ipſis perpetuò boc ſæculi *modico* poſſit commorari. Vnde Auguſtinus apud D. Thom. in Cat. *Facta eſt tantum permiſſio impedimenti à Chriſto, vſque ad ſacramentum panis.* Hoc enim in Myſterio homines fideles viſibili quodammodo Chriſti præſentia fruuntur, dum Dominus cum ipſis colloquitur, eos edocet Patris ſubiacere voluntati, & cœleſtibus implet voluptatibus intimæ illius præſentiæ documentis.

Luc. 24. — Auguſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, &c. Neſcimus quid loquatur.

Verbis obſcuris prædicit Chriſtus, ſe à Diſcipulis dilectis abſceſſurum, ne eorum animas ſauciaret.

Deus quippe tam benignus, vt triſtia hominibus nunciare reluctetur.

28. Anſelm. PRemens Anſelmus illa verba, ait: *Neſciebant, quid loqueretur, quia obſcure dixit.* Cur dixit obſcurè? Certè quia graui afficiendi erant mœrore ex receſſionis Dominicæ indictione. Vnde D. Chryſoſtomus aſſerit Chriſtum eos, *aſſueſeciſſe æquo animo ferre ſuam ſeparationem; id enim audientes* obſcurè expreſſum, *& animo volutantes, rem ipſam poſtmodum facilius laturos credibile erat.* Acutè obſeruauit Auguſtinus, Diſcipulos non ex verbis Chriſti, ſed ex ipſo effectu dignouiſſe Magiſtri optimi triſtem diſceſſionem. *Quod illis tunc obſcurum fuit, iam poſt re ipſa manifeſtum eſt; poſt paululum enim paſſus eſt, & non viderunt eum,* &c. Quare ergo, quod poſt paululum euenturum erat, non clarè aperuit? Profectò quia Deus tam benignus hominibus, vt triſtia enunciare reluctetur.

Chryſoſt. — Auguſt.

29. Deus Abrahamo, *Abraham, Abraham, tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum, ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Geneſ. 22. At cum euaginatum haberet Patriarcha gladium in exitium filij deſcenſurum, *Ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham: Non extendas manum tuam ſuper puerum, nec facias illi quidquam.* ibid. Cur Angeli perſona inducitur, vt fœlicem nunciet exitum holocauſti, Patriarchámque à præcepti liberet obligatione? Reſpondet Hieronymus ad cap. 24. Iſai. Quia *dextera Virtutes ſunt eorum Angelorum, qui ad bona nuncianda mittuntur. Siniſtra autem eorum, quibus ad puniendum tradimur,* vel qui triſtia annunciare mittuntur hominibus. Quare ergo Deus Abrahamo amariſſimum indixit filij vnigeniti dilectiſſimi holocauſtum, ſi vel Angeli cœlicolæ dedignantur triſtia hominibus annunciare? Crediderim, vt Abrahamo triſte nuncium alicuius felicis euentus ſpe certa temperaretur. Sciebat enim Dei ingenium, qui adeò benignus hominibus ſit, vt vix poſſit verè triſtia nunciare. Deus nuncium indicat holocauſti? Meus proculdubio vnigenitus (ſi obierit gladio percuſſus) felicius exſurget ad promiſſionum Dei impletionem. Vnde nec vnam tanta calamitas necandi filij lacrymulam extraxit à corde, quia nuncium Dei ore prolatum non poterat quidquam verè indicere funeſtum.

Deus Abrahamo indicit filij holocauſtum, vt ſperaret, Patriarcha, filium non moriturum. Nec enim Deus triſtia nunciaret. Geneſ. 22. Hieron.

30. Poſtquam iunior Tobias itineris comitem inuenit, Raphael Angelus *ingreſſus ſalutauit eum,* (Tobiam ſeniorem) *& dixit: Gaudium tibi ſit ſemper. Et ait Tobias, quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo.* Cui ait iuuenis, *Forti animo eſto, in proximo eſt, vt a Deo cureris.* Mox vt nuncium ſenex feliciſſimum audiuit, rogitauit: *De quanam familia eſſet?* Cui Archangelus, *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius.* Tob. 5. Cur poſt nunciatam ſanitatem, Tribum, ſeu genus iuuenis requiſierit Tobias? Certè quia miratus fuit ex hominis ore felicitatis tantæ nuncium proferri; vnde diuinam in nunciante genealogiam ſuſpicatur. Ceſſit cogitationi huic morem Raphael, dum aſſerit ſe Dei Filium, cuius proprium læta afflictis nunciare. Petrus Comeſtor apud Strabum. *Ego ſum Ananiæ magni filius. Quod totum ſecundum interpretationem nominis verum eſt. Erat enim filius Ananiæ, id eſt, gloria Dei.* Et quonam modo à Deo curandum Tobiam nunciaret; niſi è Deifica propagine oriretur? Ideò prudentiſſimus ſenex audiens iuuenem læta nunciare eum pluſquam hominem, pluſquam creaturam auſpicatus eſt.

Audiis Tobias felicem nuncium ex ore Raphaelis, eum Dei progeniem ſuſpicatus eſt. Quia Dei læta nunciare. Tob. 5. Petrus Comeſt.

31. Vidiſti Dominum triſtia Diſcipulis nunciaſſe, ſed ea verborum obſcuritate, vt Apoſtoli non intelligerent; idque Dominum præſtitiſſe ex agnata benignitate, qua hominibus non vult mœſta prophetare. Audi precor Chriſti imaginem Michæam ex Patrum aſſertione. Rex Iſraël à Propheta rogauit, *Ire debemus in Ramoth Galaad ad prœliandum, an ceſſare?* Reſpondet Michæas, *Aſcende, & vade proſperè, & tradet eam Dominus in manu Regis. Dixit autem Rex iterum, atque iterum. Adiuro te vt non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.* Tunc Chriſti typum gerens Propheta profatur, *Vidi cunctum Iſraël diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem.* 3. Regum 22.

Propheta Michæas Dei nomine aperiès exitum belli triſtem, non apertè nunciauit, quia Deus triſtia nunciare recuſat. 3. Reg. 22.

Num Vates contrarius ſibi? Qui, *Vade proſperè* annuncias, cur mox Iſraëlis prædicis diſperſionem? Reſpondet Lyranus, *Hoc non dixit aſſertiuè, ſed magis optatiuè; vt ſit ſenſus, vtinam ſic poſſes ire.* (Lyran.) Aptius reſpondeo, ex Theodoreti mente, ſemper vera nunciaſſe, quia ipſa exercitus diſperſio iuſtis in bonum vertenda. Vtitur ergo Michæas Chriſti typus gerens ea ſententiæ ambiguitate, quæ ſufficit, vt non videatur triſtia apertè nunciare, qui Chriſti exerit ſimulachrum. Aſt eum *in nomine Domini* iubetur rem exponere, clamat: *Vidi iunctum Iſraël diſperſum.* Si diſperſus, quomodo iunctus grex? Ambigua adhuc obiicitur annunciatio. Cur non apertè loquitur? An non adiuratur *in nomine Domini* belli exitum aperire? Ergo Dei gerens perſonam, debebat ſic veritatem amaram exponere, vt non videretur Diuino ex ore locutum triſtia apertè homini enunciare. *Iureiurando* (ait ille) *adſtrictus, diuina oſtendit.* Quomodo diuina, ſi adhuc loquitur cum ambiguitate? Quia proprium eſt Diuinitatis tanta ergo homines benignitate deferri, vt reluctetur eis triſtia nunciare.

32. *Gerens Eliſæus Dei perſonam non nunc aguit apertè necem Regis.* Benadab Rex Syriæ ægrotans grauiter Hazaëli, inquit, *Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicens: Si euadere potero de infirmitate hac?* Regium præceptum impleuit Hazaël, cui Eliſæus, *Vade, dic ei, ſanaberis. Porrò oſtendit mihi Dominus, quia morte morietur.* Dum Dominus per Eliſæum conſulitur, Deus ore Prophetæ proloquitur. Quonam modo ergo Dei perſonam quærens Propheta, aſſeruit Regem ſanitate donandum, ſi morte affectus eſt, Domino Vati reuelante? *Cúmque veniſſet dies altera, tulit ſtragulum, & effudit aquam* Hazaël, *& expandit ſuper faciem eius; quo mortuo, regnauit Hazaël pro eo.* 4. Reg. 8. Ad hæc Abulenſis q. 20. (4. Reg. 8. Abul.) *Dicunt Hebræi, quod Eliſæus præcognouerat, Benadab non moriturum ex ægritudine; quia infirmitas ſua non erat ad mortem: ſed ſciebat, quod Hazaël occideret eum, vt regnaret: & ſic dixit Eliſæus, Vade, dic ei, Sanaberis; id eſt, ex ægritudine tua non peribis, quia ipſa non eſt ad mortem. Et tamen dixit ad Hazaëlem, oſtendit mihi Dominus, quod morietur; id eſt, oſtendit mihi, quod tu occides eum, quamquam ipſe non moriatur ex ægritudine ſua.* Vera hæc, ſed quid mouit Propheram, tot ambages inire, vt ſubterfugeret apertè Regis interitum reſerare? Profectò quia in Domini perſona locutus, iuxta illud: *Conſule Dominum per eum*; graue illi fuit triſtia homini nunciare; vnde licet integrum euentum aperuit, ſic locutus eſt, vt Regi infelicitas ſub vitæ cortice exponeretur. Theodoretus, *Iuſſit Dei Propheta Hazaëli, ne mortem Regis ſignificaret; ne triſtis è vita excederet.* (Theodor.) Quia Dei Propheta Dei ex præſcripto loquitur, curat triſti nuncio hominum corda minimè vulnerare.

SECTIO II.

Perbreuis Diſcipulorum triſtitia. 16

TEXTVS.

VERS. 20. AMen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 21. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. 22. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Explicat Dominus præfata verba: Modicum & iam non videbitis me, &c.

1. *Fletus Diſcipulorum indicatur.* AMen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos.] Ex ſuperiori ſubobſcura ſententia Dominus particulam, *Modicum* explanat. *Plorabitis, & flebitis vos.* Cauſa lacrymarum iam iam vobis imminet maior, quam hactenus habuiſtis, quia modicum & non videbitis me, id eſt, citò ſum necem ſubiturus. Porrò illud: *Amen* amen dico vobis futuræ rei indicat certitudinem.

2. *De mundi, ſeu Iudæorum exultatione.* *Mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini.*] Quod vobis cauſa triſtitiæ, id exultationis erit perſecutoribus. Gaudium itaque Iudæorum vobis mœrorem cumulabit. Profectò mundi vocabulo Iudæos de Chriſti morte exultantes Cyrillus lib. 11. cap. 5. Auguſtinus tract. 101. & alij ex modernis exponunt. (Cyril. Auguſt.) Scio Theophylacto mundum eſſe cunctos fideles, quibus Chriſti mors futura erat cauſa ſalutis, & ideo ſtimulus gaudij. (*Theophylacti improbatur ſententia.*) At cum Diſcipulis etiam hoc gaudium commune eſſet; quonam modo exultante mundo, hoc eſt, iuſtis omnibus; Diſcipuli fideliores lamentarentur?

Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.] Iam explicat illam ſententiæ ſubobſcuræ particulam: *Iterum modicum & videbitis me.* Non ſolum ceſſabit, & finem habebit triſtitia, ſed ſuccedet gaudium; videbitis enim Magiſtrum quem plorauiſtis mortuum à mortuis haud moriturum reſurgentem. Innuit quidem, ſed non exprimit Iudæorum exultationem conuertendam in luctum; quia Diuis Diſcipulis malum Iudæorum licet inimicorum haud erat additurum lætitiam. 3. *De proxime ſuccedente Diſcipulorũ gaudio.*

§. II.

De appoſito Parturientis exemplo.

4. *Exemplum parturientis.* M*Vlier cum parit*, &c.] Appoſito Dominus iam dicta & expoſita confirmauit exemplo. Parturienti fœminæ Diſcipulos comparat. Hæc dolet, ac triſtatur, breui triſtitia duratura; ſubitò enim adeò exultat de prole, vt prælapſæ preſſuræ non meminerit. Tempus partus perbreue, poſt partum longum eſt? Triſtitia per breuis, gaudio obruenda diuturno.

5. *Accommodatur Diſcipulis.* *Et vos igitur*, &c.] Exemplum iam Diſcipulis aptat. Imminet iam vobis lamẽtationis cauſa, ſimiles parturienti preſſi eſtis anguſtia quia me non aſpectabitis. At citò *videbo vos*; quia quemadmodum partus tempus eſt breue: ita erit breue meæ tempus abſtractionis. Cum autem me videritis *tunc gaudebit cor veſtrum*, ſicut gaudet mulier partus occaſione tranſacta. At quemadmodum fœminæ gaudium ſuperat triſtitiam duratione: ſic veſtra triſtitia breuis adeò permanenti exultatione abolebitur, vt nemo eam poſſit à vobis auferre. Sic Cyrillus lib. 11. cap. 6. & Auguſtinus tract. 101.

Cur autem Diſcipulorum dolor partui comparetur? An propter doloris vehementiam? Sic Ambroſius ad Pſalm. 47. *Ibi dolores vt parturientis.* An propter breuitatem? Sic Chryſoſtomus hom. 78. An propter ordinem, quia ſicut mulier per partus dolorem gaudium magnum de natiuitate pueri conſequitur: ita & Diſcipuli per dolorem mortis Dominicæ in Reſurrectionis lætitiam peruenerunt? Sic Cyrillus citatus. An periculo partus ſcandalum Diſcipulorum comparatum? Sic Toletus. An propter gaudij excellentiam, & magnitudinem? Sic idem Cardinalis. 6. *Quare Diſcipulorum dolor partui comparetur?* Ambroſ. Chryſoſt. Cyrill. Tolet.

Cur autem dictum *Natus eſt homo*, & non, *Natus eſt puer*? Crediderim, vt myſterium Reſurrectionis ſignificaretur accommodatius. Chriſtus enim non vt in natiuitate infans, ſed vir perfectus reſurrexit. Notauit Chryſoſtomus hom. 78. Porrò parturientis exemplum in ſcriptura frequens multis rebus accommodatum. *Ibi dolores vt parturientis.* Pſalm. 47. & ſæpe alibi. Aptatur autem iam iuſtis, iam iniuſtis 7. *Cur non dixit, Natus eſt puer?* Chryſoſt. Pſalm. 47.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM,
EX PERBREVI DISCIPVLORVM TRISTITIA.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Plorabitis, & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Apoſtolorum mœror, & tribulatio permanſuri gaudij erat indicamentum.

Vbi aſſero, lacrymas iuſtorum æternæ fœlicitatis ſemina.

8. *Strab.* INQVIT Strabus, *Plorant omnes boni in ærumnis huius ſæculi; ſed mundi amatores gaudent.* An Diuorum plorantium vicem doleamus? Alcuinus, minimè verò, *quia fideles per lacrymas, & ærumnas ad gaudia æterna contendunt.* *Alcuin.*

9. *Sancti lini multis lacrymis vberibus præparandum, vt ſint Chriſti gloriosi veſtimentum.* Si tunica linea ocellata conſtruitur, dum contunditur linum ad puritatem comparandá, quonam modo poteſt non lacrymas excitare? Chriſtus apparuit Ioanni videnti indutus linea tunica, quia Diui, glorioſi Domini ſunt indumentum Doctoribus atteſtantibus. Si innumeris oculis ocellata veſtis lacrymas profundere videatur: cito lacrymæ in gaudium conuertentur. Bernardus lib. 2. de Conſid. *Byſſina enim, alba, & munda ſtola gloriæ priùs quam induatur, (à Chriſto) multos præcedentes habet labores. Byſſus enim hoc habet, quod cum fragilis, & vilis herba ſit: arte tamen, & multo labore contuſa, & concocta in candidiſſimum conuertitur byſſum. Sic etiam & nullus Sanctorum ſine præuio certamine coronatus eſt.* Apoc. 1. Bernard.

10. *Copia lacrymarum ineffabilis lætitiæ æternæ copia reſpondet.* Adhæc Paulus, *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Rom. 8. Iuſtis dicitur, *Amen amen dico vobis; quia plorabitis, & flebitis vos.* Verbum replicatum *Plorabitis, Flebitis*, lachrymarum exprimit abundantiam. Attamen non ſunt condignæ tot paſſiones, tot tribulationes ad gloriam futuram. Ergo linteum gloriæ, quo lachrymæ tot abſterguntur Gregor. lib. 8. mor. cap. 5. *Quomodo Deus remunerationis linteo lacrymas tanti laboris tergat, denunciat Paulus, dum ait: Non ſunt condigna*, &c. Rom. 8. Gregor.

11. *Lacrymæ iuſtorum mercenarij ſunt, citò abſtergendæ æterno gaudio.* Iob expertus poſt lacrymarum vberrimam profuſionem clamat, *Sicut mercenarij dies eius* cap. 7. O laborioſæ vitæ ratio lacrymis proſequenda! Noli lacrymarum profluentiam aſpicere, dum iuſtus ſeminat in lacrymis, ſed exultationem metentis attende. Nullæ lacrymæ mercenarij, cui reddendum denarij gaudium æternum. Citatus Gregorius adiicit cap. 3. *Electus quiſque vitam ſuam quaſi mercenarij dies penſans, tanto fidentius ſpe tendit ad præmium, quanto* Iob 7. Gregor.

to

to nunc robuſtius perdurat ad laboris incrementum. Qui ſit decurſus præſentis temporis penſat, dies cum operibus numerat, aduerſis gaudet, lacrymis reficitur, mœrore refouetur; quia ſubſequentis vitæ præmiis tanto ſe remunerari largius conſpicit, quanto præ amore illius quotidianis ſe mortibus impendit vberius. Cyprianus lib. 3. cont. Demet. contestatur, *Nullus dolor eſt de incurſatione lacrymarum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum bonorum.*

Cyprian.

12. Clamat Dominus, *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Matth. 5. Ergo bis beati lugentes, beati dum lugent, quia poſt luctum perbreuem beatitudine donantur. Auguſtinus lib. ſoliloq. cap. 21. *Qui hic conſolantur Domine Ieſu, indigni tua conſolatione habentur; ſed qui hic cruciantur, à te conſolantur. Nemo poteſt in vtroque ſæculo conſolari, nec poteſt quiſque hic, & in futuro gaudere.*

Conſolatio æterna temporalis luctus. Matth. 5. Auguſt.

13. Chriſtus apud deſertum tentaminibus actus myſticas lacrymas profundit. Haud fugit à palæſtra, donec *conſummata omni tentatione reliquit eum Diabolus.* Luc. 4. Diabolus reliquit, tentamina conſummantur, lacrymæ abſterguntur? O victorem! Ita planè, ſed victoriarum ex lacrymis vberrimè profluentibus ſcaturigo deſiccatur. Quia ſine certaminibus coronæ deficiunt. Ambroſius ibibi, *Tolle Martyrum certamina, tuliſti coronas; tolle cruciatus* lacrymarum, *tuliſti beatitudinem.* Ergo dum profluunt lacrymæ, coronæ texuntur æternæ.

Dum profluunt lacrymæ, coronæ præparantur: ſine lacrymis haud corona. Luc. 4. Ambroſ.

14. O iuſtorum conditio nunquam non exitus lacrymarum! *Si iuſtus fuero* (ait Iob) *non leuabo caput, ſaturatus afflictione, & miſeria.* cap. 10. legit D. Ambroſius, *Non potero reclinare caput.* Fit alluſio ad Dominicam illam ſententiam; *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.* Matth. 8. Porrò in cruce caput non reclinauit, ſed inclinauit, *Inclinato in capite emiſit ſpiritum.* Ioan. 19. Cur caput moriturus inclinat? Crediderim ad lacrymas profundendas, quia ſpiritum emiſit *cum lacrymis, & clamore valido.* Iuſti ergo caput nunquam hoc in ſæculo leuant, quia ad profundendas lacrymas inclinant. Aliquis contemplatus eſt Chriſtum caput inclinaſſe ad coronam. Ego autem aſſeruero & ad lacrymas profundendas, & ad coronam accipiendam caput inclinaſſe; quia illud ipſum hîc flere, & plorare, idem eſt, ac coronæ æternæ gloria cingi. Alibi plura.

Iuſtus faciem ſemper inclinat ad profundendum lacrymas. Iob. 10. Matth. 8. Ioan. 19.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Sed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.

Sicut dicit Dominus mœſtitiam Diſcipulorum vertendam in gaudium: cur non dicit, lætitiam mundi in mœrorem immutandam.

Quia tam agnata eſt lætitiæ impiorum mæſtitudo, vt illud ipſum lætari, iam ſit affici mœrore.

15. Toletus requirit, Quare ſicut Dominus aſſerit iuſtorum triſtitiam conuertendam eſſe in gaudium, non conſequenter affirmauit, mundi, ſeu impiorum gaudium in triſtitiam mutandum eſſe? Reſpondet, iam ex ipſa gaudij malorum natura aſſeruiſſe; quia tam agnata eſt lætitiæ impiorum mox ſubſequens mœſtitia, vt illud ipſum lætari, iam ſit affici mœrore.

Tolet.

16. Eglon deliciarum iucunditati addictus lethaliter ab Aod percuſſus eſt. *Extenditque Aod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextro fœmore ſuo infixitque eam in ventrem eius tam validè, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur, nec eduxit gladium.* Iudic. 3. Cur gladius non educitur à vulnere? Cur non curauit extrahere? Fatur Hieronymus ad Iouin. Hic finis diuitis craſſi ac nitidi. *Ita miſeria deliciis, & deliciæ miſeriis commutantur.* Aſt ergo crediderim, gladium altiſſimo adipe conſtringente, extrahere non curaſſe, ac ſi agnatus eſſet gladius voluptati. Liceat mentem exponere comici pulchra eloquutione. Refert vulnus lethale iracundo, ac terribili viro inflictum. *Gladius*, inquit, *præcordia perfodit, Fœde nec as extraxit à vulnere, Quaſi apta condidiſſet vagina.* An non agnata gladio vagina, vbi conditus commoratur? Agnatum iracundo homini æs. Iam expoſui cogitationem Pinguedo voluptuoſa Eglon quaſi vagina gladium excepit. Agnatus exitialis terminus impiæ voluptati.

Impiorum voluptati interitus agnatus. Iudic. 3. Hieron. Menand. Græc.

17. Dixiſſe fertur Epaminondas cum ſpeculatorem noctu dormientem gladio traieciſſet. *Quemadmodum inueni, reliqui.* Cum Eglon deliciis Fœdum occidiſſet Aod, quemadmodum inuenit reliquit. Quomodo inuenit? Deliciis ac voluptatibus exultantem. Quomodo reliquit? Terminata voluptate & exultatione, luctu miſero affectum. Sic prorſus inuenit, quia impius dum gaudet triſtatur. Tam proxima eſt gaudio impij mœroris inſtantia.

Dum lætatur impius mæſtus eſt, ſemper moriens dum viuit.

18. Paulus aiebat, *Quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt.* 1. Tim. 5. Vbi Chryſoſtomus, *Mortuus eſt quiſque viuens, dum in deliciis degit.* Preme particulam: *Mortuus eſt dum degit.* Dum viuit, eſt mortuus? Ita planè, ipſum enim illud deliciarum affici lætitia idem eſt ac, irruente morte, gaudium in mœrorem, ac luctum commutari.

Deliciarum lætitia luctus. 1. Tim. 5. Chryſoſt.

19. Parabola Chriſtus id expoſuit. *Cum iam ramus eius tener fuerit, ſcitis, quia propè eſt æſtas.* Matth. 24. De Antichriſti perbreui exultatione ſic D. Hilarius interpretatus eſt. *Cum teneraſcere cœperit, atque frondeſcere: tum proxima eſſe æſtas, ſeu dies iudicij ſentietur. Frondeſcere autem quadam peccatorum exultantia noſcitur. Erit hæc flos crimineſorum. Tendrah* (ac ſi diceres) *eſta flor, de alegrarſe en ſus deleites.* Cum igitur frondeſcere cœperint, hoc eſt, cum cœperint impij exultare, ſcimus, quia propè eſt eorum luctus; nihil enim tam conſequens lætitiæ mundi, quam mœſtitudo. *Scitis*, per ſe notum eſt, haud neceſſarium explicari.

Cum frondeſcit impij lætitia iam inſtat luctus æſtas. Matth. 24. Hilar.

20. Iuſti clamant ex ore Dauidico, *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.*

Si indiffe-

rens iuſti lætitia quaſi non eſt, quid impij exultatio? Pſal. 125. Hieron.

conſolati. Pſalm. 125. Iuſti ſicut ſeu quaſi conſolati? Non vera coóſolatione, ac gaudio afficiuntur? Hieronymus ad Pſalm. 86. *Manifeſtum eſt, quoniam in præſenti ſæculo non eſt certa lætitia; ergo lætitia noſtra quaſi lætitia eſt.* De quanam loquitur iuſtorum lætitia? Certè de ea, quæ ex indifferentibus mundi commodis exoritur, puta de captiuitatis terminatione. Ergo cum iuſti de ſolutione captiuitatis lætantur, quaſi conſolati, ac non abſolutè conſolatione affecti dicuntur, quia cuilibet mundiali lætitiæ agnata eſt mœſtitudo. Si iuſti non verè lætantur in mundi commodis, ſi, dum videntur conſolari, verè adhuc captiuitate addici videntur ob agnatam lætitiæ ſæculari ſequentem mox mœſtitiam: quid de impiorum lætitia dixeris? Gaudium non ſolum vertitur in mœrorem, ſed verè tunc mundialis mœror conficitur, cum perfunditur gaudio.

Observat. III.

Ad illa verba:

Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos.

Commendat Dominus lacrymas Diſcipulorum, & eis ſuo in diſceſſu luctum indicit, à quo poſtmodum fœminas conatur prohibere.

Quia ſolummodo hæ lacrymæ commendabiliter profunduntur, quæ ex ſpiritus, ac ſalutis cauſis excitantur.

21\. PLorabitis, & flebitis vos. Cur non curauit eos à luctu prohibere: *Non augeatis.* Reſpondet Auguſtinus, *Quia contriſtati ſunt de nece Domini.* Aptè quidem, ſed memini fœminas poſtmodum de Dominica nece fuiſſe contriſtatas, quas Dominus prohibere conatur à luctu: *Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me.* Matth. 27. Quare ergo Diſcipulorum lacrymæ commendantur de morte Dominica dum lugent: non ſic fœminarum? Certè quia ex quorumdam Patrum mente, illæ aut ex agnata fœminea facilitate, aut ex naturali compaſſione, aut ex incommodis temporariis, quibus ægrotantes afficiendæ erant, Chriſto ſuffixo, Medico emortuo, lacrymas profundebant. At Diſcipuli veraciter de nece Domini erant ploraturi. Quam commendabiles lacrymæ, quas ſpiritus cauſa excitat. Quam prohibendæ, quæ ex ſæcularibus incommodis concitantur.

August. Matth. 27.

22\. Zacharias appoſitè, *Aſpicient ad eum, quem confixerunt, & planctu plangent eum: Plangent terra familia, & familia deorſum. Familia domus David ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum; familia Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum; familia domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum; familia Semei ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.* cap. 12. Vbi duplicem excito quæſtionem. Vna eſt, quare cum innumerabiles eſſent familiæ, quæ mortem Chriſti poſſent lamentari, quatuor ſolummodo ploratrices aſſignantur, David, Nathan, Leui, Semei? Cunctæ aliæ familiæ populariter lacrymas profundebant. Liceat explicare vulgariter, *Llorabana vuiso por ver llorar a otros.* Hoc eſt, non ex contemplatione Filij Dei ſuffixi deflebant, ſed temporalis alicuius aut naturalis impulſus vi plorabant. Vnde ſolius familiæ David, Nathan, Leui, ac Semei Deus lacrymas verè proſecutas Chriſti paſſionem acceptabiles ſibi, commendauit. Aliæ familiæ plorauere? Rupertus, *Fuerit quidem planctus ille magnus, & ſapienter diſpoſitus, vt familia domus David, domus Regalis: & familia domus Nathan, qui Propheta fuit: & familia domus Leui, ex quo ortum fuit ſacerdotium: & familia domus Semei, ex quo Doctorum agmina pullularunt: & reliqua familia, quas, quia non habebant aliquod priuilegium dignitatis, vniuerſas abſque nomine comprehendit.* Si liceat ad allegoricam accommodationem accurrere: lacrymæ illorum commendantur, qui Regio ſpiritu excitantur ad planctum ex grauiſſimo ſpirituali incommodo; qui Prophetico animo futura præuident; qui ſacerdotes decentem luctum proferunt; qui cœleſti ſapientia fulgent. Vulgares autem ploratores ſilentio inuoluuntur.

Commendantur lacrymæ profluentes ex corde, non ex affectu vulgari. *Rupert.*

Altera autem eſt quæſtio. Cur ploratrices fœminæ à viris lugentibus ſeparantur? *Familia domus David, & mulieres eorum ſeorſum, &c.* An quia plerumque mulieres fœminis agnata conditione plorandi faciliter, deferuntur ad planctum? Ideò Dominus non Ieroſolymæ filios, ſed filias curat à luctu, die Paſſionis, remouere: *Filiæ Ieruſalem, &c.* Commendabiles minimè Domino lacrymæ ob temporaria incommoda profluentes. Non omnes fœminarum lacrymas Dominus prohibet, ſed earum ſolummodo, quæ compaſſionis facilitate plorant. Ait Bernardus Dominum patientem expetiiſſe homines corpus ſuum ſequi *cum beatis mulieribus plorantibus*, hoc eſt cum Maria Deipara, Salome, & Magdalena. Non ergo improbantur fœminarum lacrymæ, quum fœmineo more non prolabuntur. 23.

Separantur à viris plorantibus fœminæ ploratrices. Zach. 12.

Non omnes fœmineæ lacrymæ taxantur. Bernard.

Porrò Magdalena ad Chriſtum accurrens, *lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Luc. 7. Nec quidem proficuo prohibetur à luctu. At apud hortum rurſum lacrymas profundens profatur Angelus, *Mulier quid ploras? Quia tulerunt,* inquit, *Dominum meum.* Ioan. 20. Cur prohibetur tunc Magdalena flere, quæ à lacrymis in morem fontis prolabentibus non fuit prohibita? Crediderim, quia non tam è peccatorum pœnitudine, quam ex incommodis propter Domini abſentiam diligentis profluere lacrymæ videbantur. Pulchrè Auguſtinus ſerm. 10. de Paſſio.: *Deſiderantis lacrymas non approbat, pœnitentis approbat.* 24.

Lacrymæ Magdalenæ ut pœnitentis commendantur, non autem deſiderantis. Ioan. 20. August.

O quot viri ploratores in conſpectu Domini vti fœminæ reputantur! Plorat quis nimium filij caſum, temporarium incommodum lamentatur? Fœminam ploratricem meritò vocitabis. Ezechiel audiendus, *Ecce mulieres plangentes Adonidem.* cap. 8. Quæritur, num etiam viri plangerent? Affirmat Hieronymus. Quare ergo virorum non fit memoria ſpecialis ſante Propheta, *Ecce viros, & mulieres plangentes Adonidem?* Certè quia cum fœminis computandus eſt vir, qui ob temporaria (vti illi) incommoda lamentantur. *Nos eos, qui ad ſæculi mala* (Doctor addit) *vel ad bona vel contriſtantur, vel exultant,* 25.

Sunt viri plorantes, qui fœminæ ploratrices poſſint vocitari. Ezech. 8. Hieron.

mulieres

mulieres appellemus molli,& effeminato animo, dicamuſque eos plangere Thamuz, ea videlicet, quæ in rebus mundi putantur eſſe pulchriora.

26. Quid ſi homo plorás ob temporaria incommoda non ſolum è viro cadat & declinet in fœminam: ſed è fœmina quodammodo deturbetur in nihilum? Qui plorat ob terrenum aliquid, eo tempore quo flet, quaſi homo non eſt. Fatur Moſes, *Vixit Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomẽ eius Seth.* Gen. 5. At LXX. transferunt, *Vixit Adam ducentis triginta annis.* Requiris, quarè centum hi anni à noſtra verſione mutilentur? Reſpondet Lyranus ex Methodio, ideo eos ſubticuiſſe ſcripturam, quia Adam Abelis necem centum integris annis planxerat. Toto tẽpore, quo vir ob temporaria incommoda lamentatur, quaſi non eſt in rerum catalogo, non viuit, quaſi nihil eſſe reputatur.

Vir ob temporaria incommoda flens appellandus, Nihil
Gen. 5.
Lyran.

27. Ad illa verba: *Stabat autem iuxtà crucem Mater eius.* Ioan. 19. Doctores virilem Deiparentis fortitudinem contemplantur. Quæſieris, num plorauerit? Certiſſimum cenſeo ineffabili affectu lacrymas profudiſſe. Auſonius aiebat, *Viros dedecet, ad planctum duris caſibus excitari.* Non ergò Virgo appellanda virilis. Certè & virorum robur ſuperaſſe aſſerenda eſt. Nam fleuit non ex ſolo in Filium affectu, ſed peccatorum ſimul facinus planxit. D. Auguſtinus ſerm. 11. ad frat. *Dum Virgo iuxta Crucem ſtabat, non mortem ſolum Filij, ſed etiam peccata crucifigentium deplorauit.*

Maria vir iuxta Crucem, quia nõ ſolum Fi. iũ, ſed interfectorũ peccata fiebat.
Ioan 19.
Auſon.
Auguſt.

28. Monet Apoſtolus, *Flete cum flentibus.* Rom. 12. Tam viri, quam fideles fœminæ aduocantur ad luctum. Ergo quoties flet proximus, lacrymis obortis comitari debemus? Abſit; virorum enim eſt, non ſemper flere, ſed cum ſpiritualibus incommodis pergrauantur: fœminarum autem luctus ex temporariis defectibus concitatur. Bernardus ſermon. de Magd. Nunquid Apoſtolus præcipit, cum fœminis *flere* viros *rerum amiſſionem, intermiſſionem voluptatum, filiorum mortes, morborum, inſtantiam, grauitatem inopiæ, potentiam fortium? Abſit. Plorandi enim ſunt viri, qui taliter plorant. Religioſa triſtitia aut alienum luget peccatum, aut proprium.*

Virorum eſt, flere cum flentibus ſpiritualia ob incommoda.
Rom. 12.
Bernard.

29. An Apóſtolos quis imitatur ſyncerè de Domini Paſſione inſtanti contetatur ad planctum? E cruce Dominus ore Dauidico proclamauit, *Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inueni.* Pſalm. 68. Nonne quærens ô Domine, Matrem inuenisti lacrymas profundentem? Nonne Magdalenam, aliaſque pias plorantes fœminas aſpectaſti? Quid ergo quereris: *Et non inueni.* Non dixis, *ſuſtinui qua con olaretur*, ſed *ſuſtinui qui*. Hoc eſt, qui virilibus ſynceris lacrymis meam mortem proſequeretur. Bernardus ſerm. de Vite cap. 4. *Date lacrymarum flumina in tantis vinculis morienti. Suſtinet enim adhuc, & diligenter conſiderat, ſi quis ſit qui ſimul contriſtetur: ſi quem inueniat, qui ſanguinis riuos abſtergat, & flens cum beatis fœminis flentibus ad tumulum conſequatur.* Rarus vir viriliter plorans, rara lacrymas profundens viriliter fœmina. Viriles, lacrymæ commendantur, fœminea abiicitur lamentatio. *Plorabitis, & flebitis vos,* ô Diſcipuli. *Nolite flere ſuper me ô filiæ Ieruſalem.*

Pauci Diſcipulos imitantur plorãtes ſyncero, ſpiritualique cordis affectu.
Pſalm. 68.
Bernard.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Diſcipulorum triſtitia non ablegatur, non proiicitur, ſed, quaſi permanens, in gaudium vertitur.

Labores etenim & beatitudo vna in ſede commorantur.

EMphaticè Dominus, *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Non abiicitur Diſcipulorum mœror non ablegatur triſtitia: ſed in gaudium vertitur. Manet vtique quaſi ad gloriæ ditionem pertineret. An indecens glorioſo throno laborantis ſpecies. 30.

Vidit Iacob *Scalam ſtantem, & cacumen illius tangens cœlum, & Dominum innixum ſcalæ.* Gen. 28. Vbi Auguſtinus, *Iacob typum gerit Domini Saluatoris. Sed ſi Iacob dormiens in terra Chriſtum figurabat, quid eſt, quod in cœlo Dominus ſcala innixus incumbebat? Quomodo Chriſtus Dominus & in cacumen ſcalæ in cœlo, & in beato Iacob eſſe videbatur in terra?* Quidnam dormiens Iacob, niſi Chriſtus morte affectus? *Ego dormiui, & ſoporatus ſum.* Pſalm. 3. Aſt Auguſtinus aſſerit apud cœlum ipſum Chriſtum ſub patientis forma oſtentari. Eodem ſchemate accingitur Dominus, & cum militat, & cum triumphat. Cur patientis luctuoſam formam non ablegauit? Profectò mœroris habitus non abiicitur ſed in gaudij formam mutatur; quaſi innuat Dominus laborum ſuſtinentiam, luctus atra indumenta ad beatitudinis ditionem pertinere. 31.

Chriſtus ſimul & patitur in Iacob, & in cœlo gloria potitur? Morantur in vna ſede labores & gloria?
Gen. 28.
Auguſt.
Pſalm. 3.

Patriarchæ Dominus, *Et ero cuſtos tuus vbicumque perrexeris.* Gen. 28. Caietanus, *Legendum eſt, Et ecce ego tecum, & cuſtodiam te quocumque perrexeris.* Putat Chryſoſtomus Deum hic Iacobo amplius aliquid aliquid promiſiſſe quam cuſtodiam. *Ne putes, quod hæc ſola tibi polliceor, ſed & ero cuſtos tuus, quocumque perrexeris. Ne putes, inquit, quod ſolus iter facias, habebis me itineris comitem, me habebis cuſtodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddam.* Preſſius Caietanus, *Vbi manifeſtè patet, plus promiſiſti, quam cuſtodiam.* Plus promiſit? Quidnam obſecro? An promittit ſe cum Iacobo patienti pariter laboraturum? Ita planè. Decénſne regnanti in ſuperis laborantis habitus? Iam ex tunc Dominus ediſcebat (fari ſic liceat) quonãmodo degẽs in carne & ex portione inferiori pateretur, & ex ſuperiori cum Patre regnaret. 32.

Ambit Deus laborare ad gloriam ornatũ?
Gen. 28.
Chryſoſt.

Narrat Apoſtolus, *ſcio, hominem in Chriſto antè annos quatuordecim (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum.* 2. Cor. 2. Ex grauium Doctorum mente raptus huiuſmodi euenit Apoſtolo poſt octauum à ſua conuerſione annum, prædicatione inchoata. Cur poſt tot laborum ſuſtinentiam (ſi in corpore quidem raptus eſt) ad ſuperos rapitur? Quare non ante labores inſtitutos? Certè quia laborum præmium beatitudinis eſt participatio 33.

Apoſtolus in corpore actis laboribus aptè raptus in cœlum.
2. Cor. 2.

cipatio. Sed quare non aſſeritur id Apoſtolo *extra corpus* accidiſſe? An habitus ille decens Nuptiis Agni? Portò mœroris forma non abſtrahitur, non abiicitur; ſed mutatur. Corpus illud laboribus actum transfiguratur in gloriam, quia gloria non expellit id, quo comparata eſt. Sed quare ad terram Apoſtolus rediit laboraturus? Reſpondet Cyrillus Ieroſ. cat. 14. *Deſcendit Paulus rurſus, non quod dignus non eſſet conuerſatione tertij cœli; ſed vt guſtatis ſupercœleſtibus, & honoratus deſcendens, Chriſtum prædicaret, & corona Martyrij potiretur.* Nec Paulus glorificandus habitum laborantis excludit: nec laboraturus, habitum glorioſi cauit, quia mœror minimè abiicitur, ſed in gloriam mutatur: & gloria non dedignatur labores quodammodo admittere, nec è ſuperis ad laborantes aduentare. Imò viſus Paulus gloria indutum ſe ad labores prædicationis, ac Martyrij demiſiſſe, quaſi pluris labores, quam ipſam duceret beatitudinem.

Cyr. Ieroſ.

34\. An non gloria & labores in vna ſede commorantur? Eundem Paulum teſtor. *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis mea ſunt, gloriabor. Damaſci Præpoſitus gentis Aretæ Regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehenderet,* &c. 2. Cor. 11. Preme illud: *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis mea ſunt, gloriabor.* Aptius dixeris, ſi gloriari oportet, ab infirmitatibus meis narrandis abſtinebo. Quid gloriæ cùm laborum ſuſtinentia? Imò quia gloriari oportebat, ſiue gloriam in ipſo manifeſtari, obiici curat laborum ſuſtinentiam; vt gloria laborantis habitu auguſtior appareat. Addidit Paulus, *Deus & Pater Domini noſtri* Iesv *Chriſti ſcit, quod non mentior.* Ibid. Vbi Primaſius, *Rem quaſi difficilem dicturus, ante Dei teſtimonium implorat.* Quis crederet veram gloriam cum laboribus commorari poſſe, niſi Deum Apoſtolus teſtaretur?

Cum oportet gloriari, memorat Paulus labores, quia gloria in ipſis.

2. Cor. 11.

Primaſ.

35\. Epheſiis ſcripſit, *Obſecro vos ego vinctus in Domino,* cap. 4. Cur non dixit, Obſecro qui raptus fui in paradiſum, & audiui arcana verba, *quæ non licet homini loqui?* An putauit Paulus, magis auguſtum habitum ad authoritatem oſtentandam, dum vinctus obiicitur, quam ſi ſe in tertium cœlum raptum exponeret. Chryſoſtomus, *Non ita beatum Paulum dico, quod in paradiſum raptus, atque quod in carcerem eſt coniectus. Non ita beatum æſtimo, quod verba audiuit ineffabilia, atque quòd vincula ſuſtinuit. Non ob id adeò beatum prædico, quod in tertium cœlum raptus eſt, atque propter vincula. Quod enim iſta reliquis ſint maiora, audi eum ipſum quomodo glorietur. Neque enim dicit, Hortor vos ego, qui verba ineffabilia audiui. Sed quid? Hortor vos, inquit, ego vinctus in Domino.* Sic hom. 8.

Paulus gloria habitui habitum laborum præponit.

Epheſ. 4.

Chryſoſt.

36\. Alibi Prædicator eximius, *Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, ſed & omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.* Act. 26. Cur qui gloriæ participationem non exceptat, vincula exceptauit? D. Ignatius Mar. epiſt. 7. *Non horret nunc vincula, ſed potius ceu rem chariſſimam reſeruauit: nec adhuc perfectis & ignorantibus pretium tribulationis propoſuit.* Dum Paulus fideles diſcipulos ad gloriam inuitat, videtur labores abiicere, & in exilium deturbare, quaſi in vna ſede cum gloria morari non poſſent: *Exceptis vinculis his.* At qui interna felicitatis ſatietate fruebatur, noluit abiicere a ſe labores, non excipit à propria gloria vincula, ſed à gloria, quam fidelibus diſcipulis exoptat, exceptare curat, ne ipſe ſine gloria maneat ob laborum abſentiam, dum cupit diſcipulos gloria potiri. An Dei æmulator Deifico ex ore proclamabat, *Gloriam meam alteri non dabo?* Igitur ſi tam agnati gloriæ labores vt ſimul cum gloria morari poſſe videantur, & è ſuperis gloria quæſitura labores prolabatur; quid mirum à Domino non excludi, dum diſcipulis gloriam promittit: *Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Non expellitur à cœlo mœror ſed mutatus in gloriam æternatur.

Non excluditur tribulatio à gloria gaudio, ſed cum ipſa obfirmatur gloria.

Act. 26.

Ignat.

LIBER SEPTIMVS.

IESVS SPIRITVM SANCTVM PROMITTIT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput decimumſextum Ioannis.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu Iesv *prophetantis* Frvctvs septimvs.

QVæritvr Dominus, quod receſſurus, à Diſcipulis minimè interrogetur, quonam proficiſceretur. Triſtitia afficiendos præmonet, neceſſaria quidem; quia diſcedente Iesv Paraclitus aduenturus erat, vt mundum argueret *de peccato, de iuſtitia, & de iudicio,* Væ mundo ab argumentis! O Deipara mundi perituri ſeruatrix. Si preceris ſponſum, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant, 1. Quodnam oſculum Dominici oris? Rupertus apud Del-Rium. *Et reſpondens Angelus: Qui paratus eſt incarnari ex te, oſculabitur te oſculo oris ſui; nempè Spiritus ſanctus oſculum oris eſt Chriſti.* Quónam fructu Deipara oſculo oris Chriſti ſeu Spiritu ſancto affecta eſt? Porrò Spiritus ſanctus mundum dum arguat aliquando, è labiis Deiparæ, è quibus *mel, & lac* trahet dulcedinem, & pietatem, vt ex argumentatore in Paracletum, aduocatum ſcilicet immutetur.

Cant. 1.

Del Ri.

IOANNES CAP. XVI.

Vers. 5. VAdo ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis.

PARAPHRASIS.

NI ſitis ô Diſcipuli, ſimiles pueris, qui ſemper pendent à ſinu matrum: exanimati, ſi quando contingat, à conſpectu parentum auelli. Nunc abeundum eſt, & cum veſtra cauſa potiſſimum abeam, tamen hic ſermo ſic exanimauit vos, vt nemo roget, aut cogitet, quare tendam ad Patrem?

6. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.

6. Triſtitia magna afficimini, quod me à veſtro ſubducam conſpectu. An non potius gaudere deberetis, quod abeam ad Patrem, vnde ſum profectus?

7. Sed ego veritatem dico vobis; expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

7. Palam, quod euenturum eſt, nunc vobis prædico, me relicturum vos, & me ſubducto, vos multa paſſuros. Quibus perferendis, vt ſitis idonei, expedit vobis, vt iterum ab oculis veſtris ſubducar. Niſi enim ſubmoto carnis conſpectu, ſpirituales eſſe cœperitis, Spiritus ille Conſolator, qui vos reddet inuictos, non veniet ad vos. Quod ſi abiero, tunc veniet ille Conſolator à me miſſus ex Patre nunquam vos derelicturus, nec in vita aut morte deſtituturus.

8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

8. Ego argui mundum, idem plenius & euidentius Spiritus ſanctus efficiet. Tum mundus triplici nomine inexcuſabiliter conuincetur. Primum de peccato, mox de iuſtitia, deinde de iudicio.

9. De peccato quidem, quia non credunt in me;

9. De peccato omnium maximo, quia cum conſpexerint Gentes per ſimplicis aquæ tincturam, ac mei nominis profeſſionem ablui à peccatis: palam erit, illos volentes in ſuis manere ſordibus.

10. De iuſtitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me;

10. Coarguetur autem & de falſo vindicata iuſtitia. Fruſtra enim apud homines gloriabantur de iuſtitia, qui eum reiecerunt, per quem vnum vera contingit iuſtitia. Id autem mox futurum, quia proficiſcor ad Patrem, & tamen ſentietis me viuum, vt præſtem ea, quæ pollicitus ſum.

11. De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

11. Quin & de iudicio mundus coarguetur, quia videntes diabolum victoris reda tractum, damnatum illum ſequi maluerunt æternam in mortem, quam me victorem pergentem in Regnum comitari.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.

12. Sunt alia multa, quæ vobis poteram aperire; ſed non huius temporis ea expromere: nec vos adhuc capaces eſtis ob imbecillitatem, nec adhuc peractam huius meæ legationis functionem: ea Spiritui venturo reſeruo.

13. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur; & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.

13. Ille vbi venerit reperiet vos plenioris ſcientiæ capaciores: nimirum peracta mortis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis meæ diſpenſatione. Non enim ſpiritus vanus, aut humanus: Sed ſpiritus veritatis. Is vos docebit omnem veritatem. Nec loquetur, (ſpiritui ſuggerens inuiſibiliter, non ſono vocis,) incerta. Sed quemadmodum ego nihil locutus ſum, quod non audierim apud Patrem meum: ita ille nihil ſuggeret, niſi quod à Patre, ac à me acceperit. Nec ſolum aperiet vobis omnem de rebus præteritis veritatem, verum etiam quoties res poſtulabit, quæ poſt futura ſunt vobis prædicet, antequam eueniant.

SECTIO PRIMA.

Ex Paraclito aduenturo ſolatium Apoſtolis.

TEXTVS.

VERS. 5. VAdo ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis. 6. Sed quia hæc locutus ſum vobis triſtitia impleuit cor veſtrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quonam modo priora verba cum ſuperioribus ſint connectenda.

1. *Aliquorum contextus.* VAdo *ad eum.*] Priorem huius ſententiæ, nempè *Vado ad eum, qui miſit me,* ſic aliqui cum ſuperiori connectunt: *Hæc ab initio non dixi, quia vobiſcum eram; nunc autem vado ad eum, qui miſit me.* Improbo; ſenſus enim talis eſſet: Nunc vado ad eum, qui miſit me, & propterea nunc iſta vobis expreſſi. Cui ſenſui planè ſequens obſtat particula, *Et nemo ex vobis interrogat me; Quo vadis?* Hæc enim ſententia manifeſtè probat, præcedentem partem eidem eſſe annectendam, nempè *Vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?* Addo, verba illa: *Quia vobiſcum eram*, ſufficientem reddere cauſam, cur ab initio non dixerit, quæ modò dicebat. Nam dum dicitur, *Vobiſcum eram*, inſinuat, ſe iam amplius cum illis non futurum, vt prius erat.

2. *Authoris expoſitio.* Sequor itaque Græcos, ac Latinos omnes expoſitores antiquos, & ſic expendo: *Nunc vado ad eum, qui miſit me*, & quod amicorum, ac diligentium eſt, nemo ex vobis perficit, nempè interrogare. Quónam pergis? Qua de cauſa redis ad Patrem? Quorſum proficiſceris? Cur hîc Dominus obiurgat Diſcipulos? Vt cauſa ſui diſceſſus expoſita, eos mirum in modum conſolatione afficiat, ac ſimul inſtruat.

3. *Quonam modo ſuperioribus annectenda hæc verba?* Quonam modo autem hæc verba ſuperioribus adhæreſcunt? Dixerat, *Ab initio non dixi, quia vobiſcum eram.* Significat adeſſe iam tempus ſui diſceſſus; ac ſi diceret: Vobiſcum eram hactenus, ſed iam non adero vobis cum præſentia ſenſibili. Nunc autem diſcedo, & vos non interrogatis me, *Quo vadis?* Adnoto cum Toleto illud: *Quo vadis?* non ſignificare *terminum ad quem, ſed cauſam; nempè qua de cauſa, ſeu quid facturus, ad Patrem vadis?* Tolet.

§. II.

Mærentes ob diſceſſum eius Dominus Diſcipulos conſolatur.

4. *Particula ſed vis.* SEd *quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.*] Particula, *ſed* vim habet augendi, pro *Imò, Quin potiùs.* Ac ſi diceret. Non ſolum nemo me interrogat, ſed etiam mœrore ſummo affecti eſtis, quia dixi me receſſurum. *Sed quia hæc locutus ſum.* Quænam *hæc*? Cyrillus lib. 10. cap. 38. *Diſceſſus planè, de quo dixit, Vado ad eum qui miſit me.* Hoc corda Diſcipulorum mœroris vulnere ſauciabat. Ideo ait cor implendum triſtitia. Conſonat Auguſtinus tract. 94. Eximius Ioannis interpres Toletus ſic expoſuit: *Ita triſtitiæ vos tradidiſtis audientes meum diſceſſum, vt obliti ſitis interrogare, quod interrogatione dignum erat, quorſum, & qua de cauſa abirem.* Cyrill. August. Tolet.

5. *Conſolatur Diſcipulos.* *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam.*] Mœrore confecti erant Diſcipuli arbitrantes Dominico ex diſceſſu ſibi nocumentum obuenturum; idcò Magiſter aſſeuerat, ſuam abſentiam multa eis commoda parituram. Non ſolum expedit mihi, & modo communiter: Sed *vobis* ſpecialiſſimè expedit, vt recedam. Quod vt perſuadeat efficacius aſſeueratione vſus eſt: *Ego veritatem dico vobis.*

6. *De connexione particulæ ſed.* Particulam *ſed* connecto cum verbo, *Expedit*, ac ſi diceretur: Sed veriſſimè & certiſſimè expedit vobis, vt ego vadam. Quonam modo autem hæc particula ſit cum ſuperioribus copulanda? Triſtitia cor veſtrum è diſceſſu meo impletum eſt, ac ſi vobis magnum ſit allaturus nocumentum. Haud ſic, quin potius vobis expedit maximè profectio mea.

7. *Non admitto probabilem connexionem aliorum.* Scio Chryſoſtomum hom. 77. & Cyrillum lib. 10. cap. 39. particulam *ſed* annectere verbo *Dico*, ſupplentes, *Quamuis contriſtemini, ego tamen veritatem dicam; Expedit vobis: vt ego vadam.* Probabilis ſenſus; ſed probabiliorem noſtrum reputarim. Nam Dominus his verbis triſtitiæ Diſcipulorum mederi ſtudet, vt cognita vtilitate maxima, illam deponant, aut ſaltem temperent. Non ergo congruit ſenſus: *Quamuis triſtemini, ego dicam verum.* Addo, quia Diſcipuli triſtitia afficiebantur, timentes abſentiam Chriſti nocumentum ipſis magnum allaturam. Vnde Dominus edocet, haud ſic, *ſed* potius magnum emolumentum, & vtilitatem inde ipſos relaturos. Cyrill. Chryſoſt.

8. *An ex impotentia Spiritus ſanctus venturus non erat, niſi aſcendente Ieſu?* *Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.*] An ex impotentia factum, Spiritum ſanctum Chriſto præſente non veniſſe, eiúſque ad Patrem receſſum expectaſſe? Aſſero cum Auguſtino tract. 94. actum id non ex defectu, ſed ex conſilio, ac inſtituto. Nam Chriſtus vt Deus eſt, Spiritum ſanctum immittit, vt autem Deus eſt, omnia replet, & in terra, & in cœlo eſt ſemper. Siue ergo abſens ſit, ſiue præſens humanitas eius in terra, ſemper potuit Spiritum ſanctum immittere. Porrò diſpoſuit ſic Deus August.

vt

vt non niſi poſt aſcenſum Chriſti, Paracletus immitteretur.

9\. *Conueniens conſilium id pluribus de cauſis.* Tolet.

Id planè pluribus de cauſis conuenientiſſimum ex Patrum, ac Doctorum ſententia comperio. Toletus, *Conueniens fuit ex parte ipſius Spiritus ſancti, vt Diuinitas maximè innoteſceret.* Cum manifeſtanda eſſet Diuinitas hominibus ex miraculis, & operibus internis, ac externis, quæ effecturus erat: Si tunc Chriſtus adeſſet, ſoli ipſi talia opera homines tribuiſſent: non autem aduentanti Paracleto. At cum Chriſto abſente effecta ſunt, Spiritus ſancti potentia, ac Diuinitas manifeſtius eſt commendata. Auguſtinus citatus, *Conueniens fuit ex parte eorundem Diſcipulorum.* An non Paracleti aduentu erant perfectiſſimi euaſuri homines, maximáque ſpirituali perfectione implendi? Debuerunt ergo ab hac ſenſibili Chriſti conuerſatione ſeparari. Erant planè Diſcipuli maximè huic addicti familiaritati. Sanctiſſimam, ac vtiliſſimam profiteor: tamen aſſero, iam in Spiritu perfectos oportere quod ſenſibile erat ad ſpiritum conuertere, & Chriſto non tam ſenſibus, quam toto mentis conatu adhæreſcere. Addidit Toletus, *Expediens erat cùm ex parte Chriſti, tum ex parte officij.* Quomodo ex parte Chriſti? Si præſens tunc Chriſtus eſſet, miſſio Spiritus ſancti ipſi non tribueretur; ſed exiſtimaſſent multi, ſolum Deum Patrem propter Chriſtum miſiſſe. At dum recedit, & poſt receſſum, Spiritus aduentat, facilius à Ieſu immiſſum eſſe credi potuit. Quonam modo autem ex parte officij? Adueniente Spiritu ſancto Diſcipuli erant in Magiſtros, ac mundi Doctores promouendi: Debuit ergo Chriſti receſſus expectari, vt docturi per orbis Regiones, ac Prouincias diſpergerentur; ad quod non oportebat Chriſto corporaliter adhæreſcere.

(August. — Tolet.)

Facilis iam loci expoſitio. *Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.*] Mea ergo abſentia aduentum Spiritus ſancti vobis concedet, mea autem præſentia vos eius aduentu priuabit. Toletus ſic, *Promiſi, & prædixi vobis, venturum Paracletum ad vos; at ſcitote, niſi abiero, non venturum, quod ſi abiero, ego mittam eum ad vos.* 10. *Exponitur locus.* Tolet.

Cur non dixit, *Si non abiero non mittam Spiritum ſanctum,* ſed *Non veniet?* Quia cum præſens adeſſet Diſcipulis, non videbatur verbum conuenire mittendi, ſed dandi, aut veniendi, præſentibus enim non mittimus. Scio etiamſi præſens eſſet, verificari poſſe, *Non mittam;* quia Spiritus ſanctus ab ipſo procedit, & idem Spiritus ſanctus effectum in eis nouum efficeret. At iuxta vulgatem modum, cuius illi capaces, locutus eſt. 11. *Quæſtioni ſatisfactu.*

Pulchrè hinc Chryſoſtomus hom. 77. contra Macedonium abnegantem Spiritus ſancti Diuinitatem hunc adnotat locum, quo eius Diuinitas aſſeritur. *Expedit,* (ait Chriſtus,) *vobis, vt ego vadam; ſi enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* An expediens eſſet Diſcipulis Chriſti receſſus qui Filius Dei eſt, ſi Deus non aduentaſſet? Abſentia Dei creaturæ aduentu compenſaretur? Neceſſe igitur eſt Spiritum ſanctum hîc promiſſum verè Deum eſſe. 12. *Arguitur hinc Spiritus ſancti Diuinitas.* Chryſoſt.

Quare Paracleti nomine vſus ſit Chriſtus in præſenti, qui potuit pluribus aliis Spiritus ſancti nominibus vti? Certè quia Paracleti nomen occaſioni illi accommodatius; triſtibus enim & mœſtis de ſuo diſceſſu loquebatur, indicans, omni eos lætitia, & conſolatione replendos adueniente Spiritu ſancto. *Paracletus* quid niſi *Conſolator?* Aptè enim triſtibus Conſolator promiſſus eſt. 13. *Cur vſus fuerit nomine Paracleti.*

I N
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX CONSOLATORE PARACLETO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?

Ideo Diſcipuli de Paſſione ac nece Dominica grauiſſimo mœrore vulnerantur, quia non interrogant, Quo vadat, tot actus laboribus, nempe ad Patrem, ad gloriæ thronum.

Ant. de Eſcob. & Mena. Tom. V.

Exultat planè in tribulationibus, qui mente voluere ſatagit, quò pergat homo tribulatus, ſcilicet ad æternam beatitudinem.

AVGVSTINVS, *Quia ſe amiſſuros id quod exterius in Chriſto videbant, illo denunciante, dubitare non poterant, contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus.* At pleni adeò triſtitia vt non adeſſet illi quæſtioni locus, *Quo vadis?* Ideo Dominus ex Toleti ſententia eos curat ipſius Conſolatoris cœleſtis proximo aduentu à mœroris nimietate abſtrahere. Profectò tota Diſcipulorũ exanimatio inde ducebat ortũ, quia non interrogabãt, *Quo vadis?* 14. Auguſt.

Si enim eis quæritantibus Dominus reſponderet, Vado per Crucem ad Patrem, vado ad gloriæ interminabilis thronum; proculdubio Chriſti Paſſionem lætitiæ affectu proſequerentur. Inde exoritur cordis immedicabilis mœror, quòd laborum terminum, non aſpiciamus: *Quo vadit* anguſtia?

15\. Diſcipulis diſceſſurus Dominus profatur, *Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum: Videte ne turbemini; oportet enim, hæc fieri, ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem*, &c. *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* Matth. 24. Difficilis conſolationis ratio! Cùm audieritis prælia videte ne turbemini, quia grauiora inſtant à vobis toleranda. Si diceret, Nolite terreri, quia opiniones ſunt præliorum, non vera bellorum tribulatio: poſſent Diſcipuli affici conſolatione. At ſante Domino, *Quando ovvredes ruido de guerras, no temais, porque mas os falta por padecer*, non leuat mœrorem, ſed eius auget grauitatem. Porrò particula illa, *Videte, ne turbemini*, validiſſimum ad cuncta incommoda ſufferenda armamentum apponitur. Ne turbemini ex opinionibus præliorum, *videte*. Quod ſi videritis, imminentia grauiora pericula facillimè tolerabitis. Quidnam *Videte*? Porrò idem eſt, ac animo perpendite, quo vadant tribulationes, & nullatenus, dum multiplicatæ fuerint, terrebimini. Pulcher Origenis hom. 28. in Matth. diſcurſus. *Videte, non dixit, Audite, hortans eos ſollicitos eſſe, vt oculis animæ poſſint videre, poſtquam audierint prælia & auditiones præliorum, ſingulorum naturam; & videntes, ne terreantur.* Equidem ſingulorum laborum natura eſt, homines ad gloriæ thronum in morem vehiculi deportare. Vadit ad cœlum tribulatio? Multiplicentur vulnera, à planta pedis vſque ad capitis verticem non ſit in Iobo ſanitas.

Qui videt ſinem laborum, non timet, licet aggrauentur.
Matth. 24.
Origen.

16\. Appoſitum accipe teſtimonium. Quæſierat Deus à Moſe Pharaonem timente, quid haberet in manu? *Reſpondit, virgam. Dixitque Dominus, Proiice eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.* Rurſum Deus, *Extende manum tuam, & apprehende caudam eius; extendit, & tenuit verſáque eſt in virgam.* Exod. 4. Cunctæ tribulationes in Moſem inſurrecturæ deſignantur in colubro. O quam horribilis aſpectus! O bone, apprehende *caudam eius*, perpende finem perſecutionis. Nonne ad gloriæ triumphum, eductis Hebræis, obrutis Ægyptiis, vadit tribulatio? Cur timore corripèris?

Dum finis laborum, & quo vadant, apprehenditur, ſerpens tribulationis non terret.
Exod. 4.

17\. Rem argumento noſtro pulchrè accommodat D. Iſidorus apud Strab. Coluber eſt illa Apoſtolorum è Paſſione ac morte Domini tribulatio; ſerpentis cauda eſt finis profectionis illius, terminúſque laborum. Si manu capiatur experimentum, & comperiat actus tribulatione, Quo vadat Chriſtus paſſus, & occiſus? Virga ſine nodo difficultatis apparebit. *Virga*, ait, *conuerſa in ſerpentem eſt Chriſtus in morte. Expauit Moyſes & fugit: morituro enim Chriſto, expauerunt Diſcipuli. Apprehendente caudam, & facta eſt virga: caudam ſcilicet, id eſt, poſteriora. Quia ſi occiſus, poſtea patratis omnibus, ad id quod fuerat, reſurgendo reuerſus eſt* volaturus ad Patrem. Apprehendite caudam ô Principes, perpendite, quónam tendat Paſſionis ac mortis tribulatio; & à terrore, ac mœrore poteritis liberari.

Cauda colubri eſt finis aut terminus profectionis Chriſti ad Patrem, vade à Diſcipulis timorē eripit.
Exod. 4.
Iſidor.

Sapiens profatur, *Fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prou. 1. Vbi Salonius, *Fruſtrà laqueus inſidiarum obiicitur ſanctis, & electis viris; quia facilè ſuperare poſſunt inſidias, qui ſuam conuerſationem habent in cælis.* Aptius, ex aliorum expoſitione, aſſeruerim ſanctos hîc retibus illigatos inoui, dum tribulationibus agitantur; non tamen poſſe prohiberi pennatos ad alta volare, quia oculis contemplationis perpendunt, tribulationem illam vadere ad requiem. Fruſtra ergò iacitur oculatis rete, quia tribulationum labore non frangitur, qui finem eius mente perpendit. 18.

Non capitur mundi retibus, ſiue tribulationibus, qui aſpectat, quo vadant.
Prou. 1.
Salon.

Teſtor Iobum oculatiſſimum, quem diabolus curauit rete detinere, ne ad ſuperos auolaret. Poſt tot tribulationum vincula, dixit vxor: *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam, Quaſi vna ex ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus?* cap. 2. Legunt LXX. *Is autem reſpiciens in eam, inquit: Quaſi vna ſtultarum mulierum locuta es*, &c. Cur Iob non capitur mulieris affectu? Cur laqueis non irretitur? Quia reſpexit, quia oculatus erat: *Is autem reſpiciens.* Ante oculos pennati fruſtra retia immiſſa. Quia videlicet Iob reſpiciens, videbat, tribulatio quò vaderet. An non corruptio hæc corporis vadit in corporis, animíque incorruptionem? expetenda prorſus eſt tribulatio. Audi Origenem hom. 2. *Ipſe reſpiciens in eam. Quis? Iob ipſe reſpexit eam.* An eam ſolummodo reſpexit? Certè eam reſpexit eiſdem oculis, quibus reſpexerat quo vaderent labores, quo tenderet ipſa ex vxore tribulatio oborta. *Reſpexit eam, qui antè Deum reſpiciebat, qui primum Dominum contemplabatur, qui dudum ad æternam incorruptionem ſynceriter intendebat. Ipſe ergo reſpexit eis luminibus ad vxorem, ad inſidias, ad ſubuerſionem, ad ruinam.* Subuerſio domus, qua nati periere, ruina gregum, diaboli inſidiæ, vxoris vulnera ex opprobriis facillimè ſuperantur à Rege, qui viderat, quonam vaderet tribulatio: nempè ad *æternam incorruptionem.* 19.

Reſpiciens Iob, quo ſ[illegible]gerent labores, nullatenus potuit conturbari.
Iob 2.

Observat. II.

Ad illa verba:

Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam.

Ipſis Diſcipulis erat expediens Chriſti lacrymabili receſſu vulnerari, ad ſpirituale incrementum ſolummodo?

Cuncta planè tribulationes iuſtorum eos non ſolum efficiunt ſpiritu creſcere, ſed & viſibiliter illuſtrari.

CVr expediret Diſcipulis à dilectiſſimo Domino Magiſtro abſtrahi? An aliquod commodum ex dilecti lachrymabili abſentia expectari poterat? Anſelmus, *Quaſi lacte contenti erant Apoſtoli.* Puerili gaudebant ætate, ludebant proſperis: neceſſaria erat à Domino viſibilis ſeparatio, vt (quod vulgariter 20.

Anſelm.

vulgariter explico) *Pudieran comer pan con corteza*: non ſolum ſpiritu obuſtiores, ſed & illuſtriores viſibili ſpecie viri.

21\. Experierant Zebedæi filij temporales ſedes, cupierant honoris gloriam? Ex tribulationibus proſperitas omnis exoritur. *Calicem quidem meum bibetis*. Matth. 20. Si agitemini tribulationibus, non ſolum ſpiritu proficietis: ſed & externo fulgore illuſtrabimini. Omnia vobis dextra prouenient. Vnde *neſcitis quid petatis*, ſi hauſto calice aliquid ſiniſtrum obuenturum vobis excogitaueritis. Pulchrè Anſelmus, *Neſciebant quid dicerent, quia ante paſſionem laborum petebant vel hic exaltari*. Paſſionis prius calice compotemini, ô Iacobe, cunctis Nationibus illuſtriſſimus apparebis; mox ô Ioannes, paſſionis gloria, oleo ex dolio feruenti prolapſo, per totum terrarum orbem profundetur. Quid petitis ſedibus donari, ſi hauſto calice, neceſſarium erit ſedere proſpere, & dexterè regnare? Hieronymus confirmat egregiè, *Neſciunt quid petant, quia de Diſcipulorum ſedibus ambigendum non erat*. Videlicet, quia eiſdem laborantibus in re Euangelica ſedes promiſſa erat auguſta: *Sedebitis & vos*, ad dexteram planè; nihil enim non dextrum vel in ſeculo hoc, pro IESV laborantibus.

Filiis Zebedæi cuncta dextra obuenere Paſſionis calice potatis. Matth. 20. Hieron.

22\. Vulnerato latere Saluatoris, *continuò exiuit ſanguis, & aqua*. Ioan. 19. Sanguinis profluxione ſignantur Apoſtolorum, Martyrumque labores, qui iuſtis omnibus propinantur, ex Bernardi ſententia. Cur autem dextrum latus Domini vulneratur, vt Eccleſia tribulationum calice potetur, niſi quia laborantibus pro IESV cuncta dextra proueniunt. *Dominus meus* (ait Abbas ſerm. 7. de Paſſ.) IESVS *etiam dextrum ſibi paſſus eſt propter me latus fodi; quod videlicet non niſi de dextera mihi propinare vellet*. Ego cum Iacobo, & Ioanne poſtulo de dextra ac ſiniſtra propinari, ſed hauſto à me paſſionis calice, ſolùm de dextra bibo; quia cuncta vel temporaliter dextra contingunt ei, qui laboribus agitatur.

E latere dextro propinat laborantibus Dominus, quia vel hic omnia eis dextra, ac fauſta contingunt. Ioan 19. Bernard.

23\. Iobum teſtor tot tribulationibus contuſum. *Ad dexteram*, inquit, *Orientis calamitates meæ illico ſurrexerunt; pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus*. cap. 3. Duplex particula premenda, *Dexteram, ſurrexerunt*. Quomodo ad dexteram Iobi calamitas? Quia cuncta ei dextra obuenere? Quis dubitet, ſi omnia ei Deus reddidit duplicia? Id exprimitur verbo illo *ſurrexerunt*; quia nunquam non exurgit calamitas, vt patiens eminens oſtentetur. Ait Gillibertus ſerm. 38 in Cant. *Iure ventum illum dextrum vocauit, qui nihil ei quaſiuit ſiniſtrum inferre; quin etiam corona gloriæ viro iuſto comportauit augmentum*. Particula illa: *Nihil ei quaſiuit ſiniſtrum inferre* temporaria incommoda reſpicit, quia diſtinguit hæc ab ſpiritualibus incrementis, dum addit: *Quin etiam corona gloriæ viro iuſto comportauit augmentum*. Quam expetibilis tribulatio, quæ non ſolum gloriæ incrementa parat, ſed & commoda temporalia præſentat.

Dextrâne omnia patienti? Ita planè quia ex tribulatione glorioſior. Iob. 3. Gillib.

24\. Appoſitè Iſaias, *Et erit lumen Iſraël in igne, ſanctus eius in flammam; & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, vt vepres in die vna*. cap. 10. Lumen erit in igne, cum ſanctus Dei mittatur in flammam? Ita planè, quia tribulationis igne actus homo iuſtus, mirificè vel in præſenti ſeculo illuſtratur. Pulchra ſimilitudine expreſſit Chryſoſtomus homil. 54. in Act. *Vides vbique tentationes magna parere bona? In malitia idem euenit, vt ſi quis calamum habens prælietur contra ignem, videtur quidem verberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamus conſumitur. Alimentum enim & fomes claritudinis vbique* (id eſt & ſpiritualiter, & temporaliter hic, & in ſuperis) *eſt malitia virtuti*.

Materia tribulationis eſt ſanctus materia fulgoris. Calamitas ardens cruciat, ipſe facis fulgore amplius. Iſai. 10 Chryſoſt.

25\. Olim Deus, *Deſcendit in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron, & Mariam. Qui cum iſſent, dixit ad eos, Audite ſermones meos, ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquar ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratuſque contra eos abiit: nubes quoque receſſit, quæ erat ſuper tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra*. Num. 12. Extollitur vel viſibiliter Moyſes dum murmuratio eum expetit conſpurcare. Scitè Origenes homil. 7. *Videtis, quid ſibi pœna contulerint obtrectatores? quid verò illi, cui obtrectarunt, quæſierint laudis? Sibi turpitudinem, illi ſplendorem: ſibi lepram, illi gloriam: ſibi opprobrium, illi magnificentiam quæſierunt*. Ergo laborum præmium non differtur ad ſuperos omnino, dum vel in præſenti fortunæ dexteritate potiuntur.

Ex murmuratione fratrum. Moyſes clarior oſtenditur. Num 12. Origen.

Observat. III.

Ad illa verba:

Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

Diſcipuli IESV viſibili conſpectu priuantur, vt ſpiritus oculis dulcius, & clarius poſſint intueri.

Senſus enim aſſolent animum impedire, ne ſpiritualibus fruatur. In mentalis orationis commendationem.

Fatur D. Thomas, *Quid eſt ergo, ſi non abiero, Paracletus non veniet ad vos niſi: Non poteſtis capere ſpiritum quandiu ſecundum carnem noſce perſiſtitis Chriſtum. Chriſto autem deſcendente corporaliter, non ſolum Spiritus ſanctus, ſed & Pater, & Filius illis affuit ſpiritualiter*. A ſenſibus abſtrahitur Chriſtus vt mente poſſit aſpectari. An mente perſpicacius, quam ſenſu videant? Ita planè; quia recedente ab oculis Chriſto, non ſolùm Chriſtus oculis videtur, ſed & Pater, & Spiritus ſanctus in ipſo aſpectantur. Perpendo hinc orationis mentalis præſtantiam. Qui ore precatur, qui curat externi ſenſus miniſterio Chriſtum intueri, fruetur eius quaſi viſibili conſpectu. At qui clauſis oculis Chriſtum in cœlis morantem diſcurſus ope contem- 26.

platur, Chriſti, rerumque cœleſtiúmque dilucidius aſſequūnt cognitionem.

27. *Dū Saulus oculos corporis claudit, ad ſpiritualia mētis lumine oculi.* Act. 9.

Oculis corporeis Saulus viderat Salnatorem, nec tamen in eo Patrem, & Spiritum ſanctum fuerat contemplatus, imò nec verbum viderat humanitati vnitum: ſiquidem Chriſticolas perſequebatur. E quo excidit, voce exaudita, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Ait ille, *Domine, quid me vis facere? Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, ſtabant obſtipefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem de terris de terra, apertiſque oculis, nihil videbat.* Act. 9. Cur adnotat viros, qui cum illo comitabantur, neminem vidiſſe? Quia dum oculi aperti obiiciuntur, Chriſtus vel loquutus non agnoſcitur. De Saulo autem aſſeritur cœcum ſurrexiſſe. *Nihil videbat.* Id eſt, cœcns obiicitur. An videbat eum, qui loquebatur? Certè agnouit Chriſtum Deum eſſe, ſiquidem Dominum appellauit: eiuſque ſe ditioni ſubmiſit: *Domine, quid me vis facere?* Cecinit Atatot. lib. 2. in Acta.

Atator.

Didicit de corpore lapſo
In mentis conſtare gradu; cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit, cœlique agnoſcitur Author,
Diſcedente die. Quantum meruere tenebra!
Poſt oculos maiora videt.

Cum oculi clauduntur Author cœli cognoſcitur à Saulo, qui corporeis oculis ſolummodo homo fuerat obiectus: *Poſt oculos* clauſos *maiora videt.*

28. *Dum ſenſibus præſentatur ſponſus, non agnoſcitur eius Deitas: dū abſtrahitur à ſenſibus, mente cognoſcitur Dei Filius.* Cant. 5.

Præſens ſponſus, oſtium ſibi aperiri clamat, *Aperi mihi ſponſa mea.* At illa thalamo hæreſcens, *Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa,* &c. Poſtmodum autem ſurgens profatur, *Peſſulum oſtij aperui Dilecto meo. At ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt.* Cant. 5. Dum præſens loquitur ſponſus, dum enixè precatur: *Aperi ſponſa mea, formoſa mea:* dum incommodis obiectis inſtar, *Caput meum plenum eſt rore:* ipſa obdurata aſſurgere renuit. Porrò poſtquam diſceſſit, è ſuperis non viſus auditus tamen, præcordia amantis liqueſiunt. Quid cauſæ? Certè quia Chriſtus contemplationis oculis aſpectatus auguſtior animo obiicitur, (id eſt Dei Filius) quàm dum ſenſu corporeo paret. Abſens Dominus ſponſæ dilectæ Spiritum ſanctum immittit, cuius ope erga abſentem magis afficitur, quia iam non corporeis, ſed animi luminibus contemplatur. Philo Carpat. *Ad ſermonem ſponſi abſentis egreſſa, ſe defeciſſe* (præ amoris exuberantia) *teſtatur; Quoniam vim amoris* Iesv-Christi, *qui ſe per Spiritum ſanctum deſideranti animæ infudit, diu ſuſtinere non valet ſponſa.* En affectus accreuit ex abſentia Iesv; quia animo per contemplationis exercitamenta plenius aſpicitur. Qui vix oculis corporeis aſpectatus, homo habitus erat; iam agnoſcitur Spiritum ſanctum emittens è ſuperis.

Philo.

29. *Menti Deitas vult cōmunicari; quia ſenſus impediunt eius cognitionem, & errorem inducunt.* Deut. 9. Clemens.

Nunquam non ſenſus experimenta cœleſtium nocuere cognitioni. *Non vidiſtis* (inquit Moyſes) *aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis; ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem.* Deut. 9. Cur ſenſui non datur locus, cum Deitatis gloria oſtentatur? Certè quia Deitatis maieſtas vileſceret, ſi ſenſibus copia daretur, vt curaret exprimere. Clemens Alex. lib. 5. Strom. *Moyſes multis ante ſeculis aperto legem ſanxit, nullam oportere ſculptilem, aut fictilem, vel fictam, vel pictam imaginem, ſimulachrúmve facere: vt ſenſibilia minimè attendamus, ſed ad ea tranſeamus, quæ percipiuntur intelligentia.* Diuinitatis planè maieſtas quonam modo poſſet viſibili repræſentatione exponi? Ergo cœleſtia myſteria mentis aſpectationi auguſtiora obiiciuntur.

De Baptiſta Ioanne Lucas profatur, *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* cap. 3. Aliquando Ioannes digito Chriſtum erat oſtentaturus, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Dum aſſerit peccata mundi tollere, eum affirmat Dei Filium; neque enim homo purus delicta dimittere valeret. Profectò vt aptius, & verius, ſynceriuſque Chriſtum Deum & hominem, ſiue carnem factum Verbū aperiret, idem Verbum factum, ſuper Ioannem fuit in deſerto, hoc eſt dante Numine, in deſerto abſconditus contemplatus eſt mentis luminibus hoc verbum factum. Quomodo poſſet teſtari Deitatem Agni, ſi ſolummodo eum oculis corporeis vidiſſet, nec aptius apud deſerta ſpiritus luminibus eſſet contemplatus? Ad meum ſenſum D. Thomam allicio, qui ex Nyſſeno ſic in aurea Catena profatur, *Ioannes amotus à conuerſatione humana, inuiſibilium ſpeculationi vacans, ne huiuſmodi fallaciis, quæ per ſenſus ingeruntur aſſuetus, quandam confuſionem, ac errorem incurreret, erga Viri boni* (Filij Dei) *cognitionem*, & oſtenſionem. Efficacius exprimit Dei Filium piacula hominum auferentem, quia eum contemplationis exercitamentis præmiſſis, ſpirituali lumine aſpectauerat. Hinc commendabilis tibi mentalis orationis eleuatio adſtruatur.

30. *A ſenſibus abſtractus Ioannes contemplationi addictus, edîſcit, verbum in Iesv cognoſcere, vt oſtendat.* Luc. 3.

Nyſſen.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Non ſimul cum Chriſto Spiritus ſanctus reuelandus ſpeciatim hominibus aduentauit, ſed poſt diſceſſum Iesv, Paracletus aduenit.

Nam qui Diſcipulos ad perfectionis verticem ducebat, per gradus quoſdam, non repentè deuexit.

QVæſitaris, cur Chriſtum Pater dedit mundo, & non ſimul manifeſtè dedit Spiritum ſanctum, vt ſimul cum Chriſto pateret hominibus? Profectò poſt receſſum Chriſti aptè Paraclero dignamur, vt edocendi à Chriſto virtutis apicem tenere, non repentè eueheremur ad culmen, ſed per quoſdam gradus aſcenderemus. D. Auguſtinus, *Numquid Chriſtus hîc poſitum non poterat mittere Spiritum ſanctum? Poterat quidem, ſed illi non poterant capere Spiritum ſanctum, quandiu ſecundum carnem Chriſtum noſſe perſiſtebant.* Abſtrahatur Chriſti viſibilis præſentia, vt Diſcipuli & mœroris affectibus, & orationis ac vigiliarum exercitamentis 31.

Auguſt.

perfectiores

perfectiores exſurgaot, ad Spiritus ſancti, expertis corporis, eognitionem. Nec enim repentè faſtigio poritur, qui ſpiruus ſe dedit itineri.

Homo edocetur per gradus aſcēdere, on orbis conditione. Gen. 1.

20. *In principio* (ait Moyſes) *Deus creauit cœlum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua.* Gen. 1. Cur cœlum non ſtatim fulgorum ſcintillis diſtinctum eondidit? Cur gradatim ad tellurem deuenit exornandam? Nonne facilius Cōditor cœlum, & terrā ſua perfectione donaret? Certè poſt rerum materialium ereationem Deus hominem ex limo excitauit, quem ex præfatis eurauit edocere, ad virtutis faſtigium non ſubito aſcendendum, ſed ſuis gradibus conandum. Procopius aſſerit, homioem poſt reliquas creaturas ſurrexiſſe, vt ex proceſſu earum ediceret in virtute proficere. *Non abs re homo nouiſſime locu creatus eſt, ſed quaſi natura ſignificet, ſe illa vin inſiſtentem ad perfectionem contendere.* Non arripiendus repentè homo, (vti de Ganimede Poëtæ fabulantur) vt faſtigio addicatur; ſed iterato greſſu per virtutis viam ei eſt incedendum, vt contendat perfectionis faſtigio potiri.

Procop.

Per gradus adiſcimus aſcendere vſque ad Dei filiationem. Matth. 1. Luc. 3.

31. Chriſti genealogia ducta eſt à Matthæo in Ioſephum, non verò in Mariam; ne tanti myſterij nouitas ſubitò effulgens oculos Iudæorum præſtringeret. Quis non admiratione corripiatur ex repentina humanitatis quaſi infinita eleuatione ad Dei Maternitatem? *Ex qua natus eſt* IESVS. Vt autem hanc doctrinam noſtro ſpirituali proceſſui accommodet Lucas, aliam à Matthæo viam iniit Chriſtum ad Deum vſque gradatim dedocendo; Vt profectum virtutis indicaret per ſuos gradus acquirendum. D. Anſelmus, *Vt ſignificaret per hoc, quod omnis in Baptiſmate regeneratus aſcendendo de virtute in virtutem vſque ad hoc, vt Filius Dei efficiatur, debeat promoueri.*

Anſelm.

Qui ſubito aſcendere curat ad virtutu faſtigium, latro eſt. Ioan. 17.

32. Qui ſubirò ad virtutis cumulum contendit, plus illius videtur fur, quam amator. Fatur Dominus, *Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat.* Ioan. 17. An non fur ab oſtio recedens, tecta, & culmina rimatur? Hoc latronis inſigne per ſaltum irrumpere, non communem terere viam per oſtium intrando, & ſcalis paulatim aſcendendo. Contendebant hæretici Chriſtum oſtentare latronem, dum aſſerebant ex perfecta ætate exordium ſumpſiſſe. Quos Tertullianus lib. de carne Chriſt. cap 6. taxat, oſteodens per ætatis puerilis oſtium iotraſſe non repentè cruci illigandum apparuiſſe. *Chriſtus mori miſſus eſt, ergo naſci neceſſe habuit, vt mori poſſet. Non enim mori ſolet, niſi quod naſcitur. Mutuum debitum eſt inter ſe natiuitati cum mortalitate.* Hoc ex proficere ætate, & ſapientia: hoc eſt oſtium inire. Aſt per tegulas mox aditum ſibi aperire latronum eſt ingenium. Haud eures ſubitò ad tecta, ſeu culmina perfectionis aſcendere, ſed paulatim per gradus eleuari, ne latrocinij coarguaris.

Tertull.

33. Abrahamus perfectorum olim magiſter lentè quidem ad perfectionis verticem eſt prouectus. *Ambula* (inquit Deus) *coram me, & eſto perfectus.* Eſto perfectus, dum incipis ambulare? Minimè, ſed procura perfectionis iochoare viam, vt ad perfectioois culmen tandem accedas. Adnota Patriarchæ proceſſus. Primom greſſum ducit ab humilitate fondamento virtutum: *Cecidit Abraham pronus in faciem.* Porro Domious videns futuram Abrahæ per viam virtutis profectionem, ei obiicit præmia, quibus erat afficiendus: *Eris Pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham. Vt ſim Deus tuus. Et ſtatuam pactum meum inter me, & te. Daboque tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ,* &c. Gen. 17. Profectò præmiorum incrementa paulatim & ſucceſſiuè expreſſa proceſſum perfectionis Abrahæ per gradus adnotāt. Pulchrè Procopius, *Ponam, inquit, pactum meum inter me, & inter te, quod continuo facis, quaſi plurimum amaret Abrahamū, quod venerabundus in terram procidiſſet.* (cum primum humilitatis gradum iniret) *iterum verò ſe videndum exhibet Abrahamo. Ego ſum Deus tuus. Omnium Deus eſt, quatenus omnium Creator eſt, præcipuè tamen piorum.* (Ex humilitate In in pietatem Patriarcha aſcenderet) *Quaſi heredem compellans, inquit, Ponam fœdus meum,* &c. *Iam enim placebat Deo, vt bonus & inculpata vita filius. Iterum quaſi cum amantiſſimo filio fœdus pangit, dicens, Ipſum Patrem fore Gentium in ſpiritu Deum colentium. Nomen quoque proficienti mutatur. Quod non temerè fit, ſed indicium, quod ad maiora ſit progreſſus.*

Abrahamus lentè ad perfectionis verticē eſt prouectus. Gen. 17.

Procop.

Paralytico Dominus, *Surge tolle grabatum tuum, & ambula.* Ioan. 5. Poſtea in delubro, *Iam noli peccare.* Ibid. Cur non ſimul cum ſalute donauit, & commonuit? An virtutes ſuas habent ætates? Rupertus, *Hoc à principio non dixit, quia adhuc tenerus fides lactanda erat, non pulſanda minis,* &c. Virtutéſne lactandæ? Ita planè, quia non repentè ab ætate perfecta incipiendum iuſto, ſed à lacte infantili procedendum. 34.

Virtutes lactādæ, quia non repentè ab ætate perfecta incipiunt. Ioan 5. Rupert.

Taxantur hinc quorumdam illuſiones, qui aſſerunt ſeſe cœleſtium arcanorum conſcios, dum vix perfectionis limioa triuere. Non repentè Deus ſua reuelat arcana. Ex promiſſione Paracleti (quæ voluitur) confirmabo. *Et ego* (ait Dominus) *rogabo Patrem, & aliū Paracletum dabit vobis.* Ioan. 14 Rurſum, *Paracletus autē Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Ibid. Poſt modum, *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam; ſi enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.* Ioan. 16. Tandem Paracleti Deitatem, paremque ſuæ authoritatem declarat, *Cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, ille me clarificabit.* Ibid. Primò ſuam humanitatem (à facilioribus incipiens) profeſſus eſt. Deinde ſe à Patre exauditum demonſtrauit. Rurſum ſe æqualem Patri in poteſtate mittendi teſtatur. Denique Paracleti Diuinitatem, paremque ſuæ aothoritatem declarat. Nazianz. orat. 37. poſtquam cunctas Ioannis clauſulas huic ſenſui accommodauit, clauſulas huic ſenſui accommodauit, concludit, *Vides illuminationes paulatim nobis affulgentes, Theologiaque ordinem; quem nobis quoque tenere præſtiterit.* 35.

Reuelationes myſteriorum paulatim fiunt, non repentè. Vt. inſtruamur per gradus aſcendere. Ioan. 14. Ioan. 16. Nazianz.

SECTIO

SECTIO II.

Paracleti Argumenta.

TEXTVS.

VERS. 8. ET cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. 9. De peccato quidem, quia non credunt in me. 10. De iuſtitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. 11. De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. 13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quonammodo Spiritus ſanctus mundum de peccato coarguat, de iuſtitia, & iudicio?

1. *Quid ſignificet arguere?* ARGVET *mundum.*] Quidnam verbo *Arguere* ſignificetur? Profectò *Arguo* Græcè ἐλέγχω, & Hebraicè יכח *ianach* duplicem habet in Scriptura ſignificationem. Vna eſt, qua ſignificat *Reprehendo, Increpo, Corrigo* ſiuè verbis, ſiue factis. *Peccantes coram omnibus argue.* 1. Timoth. 5. *Cum omni imperio argue.* Tit. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas* Pſ. 37. Altera, per quam ſignificatur idem, quod *conuinco*, ſeu efficacibus rationibus oſtendo. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8. Id eſt, conuincet, me peccaſſe. *Cum nullus ſit, qui me poſſit arguere.* Iob 6. id eſt, conuincere.

(1 Tim. 5. Tit. 2. Pſalm 37. Ioan. 8. Iob 6.)

2. *In præſenti, ſecunda ſignificatione ſumitur locus.* Quánam ergo in ſignificatione locus euoluendus? Auguſtinus ſerm. 60. & 61. de verb. Dom priori dat locum ſignificationi, ac ſi diceret, Reprehendet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Aliqui ex modernis hæreſeunt. Aſt ego cum Euthymio & Græcis aliis exiſtimo exponendum altera in ſignificatione; quia in priori, difficilè particulæ *de iudicio*, & *de iuſtitia* accommodatur; de quo inferius. (Auguſt.)

3. *Quid nomine (Mundus) innuatur?* Quidnam autem nomine *Mundus* inouatur? Euthymius Iudæos explicat. Cyrillus & Auguſtinus Iudæos, & Gentiles. Subſcribo, quia diabolus, cuius iudicium eſt declarandum, dicitur *mundi huius Princeps* non Iudæorum tantum, ſed etiam Gentium, quotquot ſunt ſine fide. Deinde quia peccatum & iuſtitia, de quibus arguendus eſt mundus, Gentibus ac Iudæis ſunt communia; erit ergo redargutio communis. (Euthym. Cyrill. Auguſt.)

4. *Locus expenditur.* Ex prædictis itaque totum locum expendo. Vtilitatem aduentus Paracleti expdnit. *Cum venerit ille*, arguet mundum id eſt Iudæos, & Gentiles fidem Chriſti non habentes, & opinantes, ſe non eſſe in peccato, nec indigere iuſtitia Chriſti: ſed ſuam, quæ per legem Moyſis; aut per opera, quæ ſecundum legem naturalem fiunt, ſibi ſufficere: exiſtimantes etiam ſub poteſtate diaboli, ſe non detineri, ſed liberos eſſe. Hos, inquit, Paracletus adueniens conuincet, & à ſuo errore deturbabit.

§. II.

Quonammodo mundum de peccato conuincat.

DE *peccato quidem, quia non crediderunt in me.*] De quónam peccato mundus conuincendus? Chryſoſtomus hom. 77. & Auguſtinus tractat. 95. peccatum infidelitatis exponunt. Approbo, & expendo: Paracletus arguet, ſeu conuincet, mundum id eſt, Iudæos, & Gentiles eſſe in peccato, eo quod in me non crediderunt; ſeu *non credunt*, vt notatur in Græco. Dominus alibi, *Non miſit Deus Filium ſuum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine Vnigeniti Filij Dei.* Ioan. 3. Id eſt, *qui non credit* (loquor cum Toleto) *iam in ſe habet damnationis cauſam, nempe peccatum, à quo non liberatur, quia non credit in Filium Dei.* 5. *De quónam peccato mundus conuincendus?* (Chryſoſt. Auguſt. Ioan 3. Tolet.)

Certè hoc Apoſtoli prædicarunt. Paulus ad Rom. 1. Gentes omnes ſub peccato eſſe oſtendit. cap. verò 2. etiam Iudæos, & Græcos omnes. Et iterum, *Gratia Dei per fidem* IESV CHRISTI *in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.* Rom. 3. *Non eſt aliud nomen datum ſub cælo hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quotquot ergo in Chriſtum non credunt, aut non crediderunt, aut non credent, omnes ſub peccato ſunt, fuerunt, & erunt.* Act. 4. Hoc fuit initium prædicationis Apoſtolicæ in mundo, arguere eum peccati, eo quod fidem non habuerit; remiſſionémque, & liberationem promittere per fidem Chriſti, ſine qua peccatum manet, nec tolli, aut deleri aliter poteſt. 6. *Hoc Apoſtoli prædicarunt.* (Rom. 1. & 2. & 3. Act. 4.)

§. III.

Quonammodo conuincat de iuſtitia?

DE *iuſtitia vero, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.*] Poſtquam mundus conuictus 7. *De iuſtitia Chriſti.*

conuictus eſt de peccato incredulitatis, de vera Chriſti iuſtitia conuincetur, id eſt, neminem iuſtum eſſe poſſe vera iuſtitia, quæ apud Deum iuſtum facit, niſi per fidem Chriſti, qui morte ſua nobis iuſtitiam cōparauit, deletóque crimine, in Patris gratiam reſtituit. Hæc eſt iuſtitia, de
Rom. 1. qua Paulus, *Non erubeſco Euangelium; virtus enim Dei eſt ad ſalutem omni credenti Iudæo primum, & Græco. Iuſtitia enim Dei reuelatur in eo de fide in fidem.* Rom. 1. Iudæi ex lege iuſtitiam
Rom. 10. quærebant. *Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Rom. 10. Gentes autem ex operibus iuſtitiam
Rom. 4. ſibi captare videbantur. *Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum:* Roman. 4. Neutra eſt vera iuſtitia, quia non liberat à piaculo, Deo hominem non conciliat; hæc enim à Chriſto per fidem eſt. De hac ergo iuſtitia mundus (id eſt, Iudæi & Gentiles) dicitur conuincendus.

8. *Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.*] Cauſam adiicit, ob quam ſit mundus de huiuſmodi Chriſti iuſtitia coarguendus. Eſt, inquit, mundus conuincendus de iuſtitia mea, quia ego vado ad Patrem; id eſt, quia ego morte mea mundum Patri iam iam ſum reconciliaturus, & ad ius euecturus filiorum. Addit, *Et iam non videbitis me.* Vt ſignificet non opus eſſe vt iterum veniat in mundum paſſurus, & moriturus; vnica enim morte iuſtitiam pro omnibus præteritis, præſentibus ac futuris hominibus conſummauit. *Per propriam ſanguinem ſemel introiuit in ſancta.* Heb. 9.

Cauſa, ob quā ſit mundus coarguendus de iuſtitia.

Hebr. 9.

§. IV.

Quenammodo de iudicio conuincat?

9. *DE iudicio autem.*] Porrò mundum de iudicio conuincere, non aliud eſt, quam mundo oſtendere, Chriſtum omnium viuorum, ac mortuorum exiſtere iudicem, omnéſque ab ipſo in carne iudicandos. Vt ſicut in redargutione de iuſtitia Redemptor oſtenditur, ita in redargutione de iudicio iudex innoteſcat. An non hoc per Apoſtolos Paracletus perfecit? *Ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum, & mortuorum.* Act. 10.

Quidnā ſit, mundum de iudicio conuincere?

Act. 10.

10. *Quia Princeps huius mundi iam iudicatus.*] Acſi diceret, quia diabolus damnatus eſt, & ſuo iure priuatos: ideo omnes eius ſubditi ad Principatum Chriſti liberatoris pertinent, ipſiuſque iudicio ſubduntur. *Cum fortis armatus* (ait) *cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt, ea quæ poſſidet; ſi autem fortior illo ſuperueniens, vicerit eum vniuerſa arma eius, in quibus confidebat, auferet & ſpolia diſtribuet.* Luc. 11.

De Principe mundi iudicato.

Luc. 11.

11. Patres diuerſimodè exponunt. Auguſtinus tractat. 95. *Reprehendet mundum per iudicium, & damnationem diaboli; quia ſi Angelis peccantibus Deus non pepercit, nec parcet mundo peccanti.* Chryſoſtomus homil. 77. & Euthymius, *Iudæi conuincendi ſunt de dæmonis damnatione, & iudicio, vt nequeant iam opera Chriſti diabolo imputare, vt prius fecerant.* Cyrillus autem lib. 10. cap. 40. *Redarguet mundum tanquam ſeductum, & in damnato dæmone ſpem ſuam habentem, & collocantem.* Primam autem expoſitionem approbo.

Variæ aliæ Patrum expoſitiones.
August.
Chryſoſt.
Euth.
Cyrill.

§. V.

De Paracleto veritatis Doctore.

ADhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.] Plura hiſce verbis ſubindicari affirmo. Primò, Diſcipulos à Chriſto multa hactenus fuiſſe edoctos. Nam dum dicitur *adhuc*, quandam continuationem indicat. Secundò, multa ſupereſſe dicenda, doctrinamque nondum eſſe abſolutam. Aliqui exponunt, *Multa poſſem vobis dicere.* At rectè Euthymius, *Multa habeo, quæ dicam*, vt conſtat ex Græco. Tertiò, cauſam, propter quam dicta non ſunt, eſſe Apoſtolici intellectus imbecillitatem; non enim dum erant robuſti, vt tot ac tanta portare poſſent. Expoſuit Auguſtinus Tract. 96. *Non poteſtis portare, id eſt, æquo animo ferre, & audire.* Aſſero Chriſtum de captu Diſcipulorum locutum iuxta illud Pauli: *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam; nondum enim poteratis.* 1. Cor. 3. Quartò, huiuſmodi imbecillitatem non fore diuturnam; nam, adueniente Spiritu ſancto, hæc omnia erant edocendi, & omnium efficiendi myſteriorum capaciſſimi. Ideo dicitur, *Non poteſtis portare modò*, quia modò capere non poteſtis; poſtea verò Paracleti virtute efficiemini fortes, vt omnia portare valeatis. 12.

Plura hiſce verbis ſubindicantur.
Euth.
August.

Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Paracletus, qui eſt ſpiritus veritatis, docebit vos omnia hæc quæ dicenda ſuperſunt. Græcè *docebit* ſignificat deducet vos in omnem veritatem. Auguſtinus ſic legit. Eccleſia autem, *Paracletus, qui à te procedit, mentes noſtras illuminet; & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, veritatem.* 13.

Paracletus Magiſter.
August.

Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur.] Dixerat, ſe habere multa dicenda, quorum tunc capaces non erant! Spiritum autem ſanctum hæc omnia docturum. Diceret aliquis, vnde ſcimus illum hæc eadem locuturum? Adiicit cauſam, quia *non loquetur à ſemetipſo, ſed quæcūque audiet* nempe à me, hæc loquetur. Ac ſi diceret, quia ſcientiam, & omnia, quæ tradet, à me habet: nec ſine me loquitur, ſicut nec ſine me eſt. 14.

Obiectioni occurit Chriſtus.

Et quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.] Id eſt, ſpiritum prophetiæ, quo futura cognoſcatis, infundet; vt nihil temerè geratis; ad prudentiam enim, & actionum humanarum directionem noſſe futura maximè conducit. Hoc argumento (authore Chryſoſtomo hom 77.) animos Diſcipulorum allicit; quia animus hominum, rerum futurarum præcognitionis maximè eſt auidus: & Diſcipulos multa, hoc excitatos deſiderio, interrogaſſe, Euangelica teſtatur Hiſtoria. Non tamen Dominus, vt humanæ auiditati ſatisfaceret, ſed quia id Eccleſiæ tunc vtiliſſimum, prophetiæ ſpiritum Apoſtolis, ac aliis impertitus eſt. 15.

De ſpiritu prophetiæ.
Chryſoſt.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM,
EX PARACLETI ARGVMENTIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

Vt Paracletus mundum grauiſſimè puniat incredulum, illum conuincet de peccato.

Nullum enim horribilius impio ſupplicium quam agnoſcere ſuorum criminum malitiam.

16. *Tolet.* EX Toleto idem eſt *arguere*, ac *caſtigare*, *quos amo arguo, & caſtigo.* Apocal. 3. *Peccantes coram omnibus argue.* 1. Tim. 5. id eſt, *caſtiga.* Poſt necem IESV, innumera beneficia mundo collata, poſt incredulitatem Iudæorum, poſt mundi ingratitudinem Paracletus iudex deſcendit, vt puniat infideles. Quònam vulnere afficiet? Iam memoro alteram verbi *Arguo* ſignificationem. Idem enim eſt, quod *conuinco*, ſeu claris rationibus manifeſto, vt vidimus. Puniet ergo Paracletus mundum, illum conuincens, ſiue ipſi crimina ita manifeſtans, vt agnoſcat eorum grauitatem, & fœditatem. Tantane peccati malitia, vt obiectus eius horror locum gerat ſupplicij? Attende.

17. Deſcribit Dauid iuſtorum virtutes. *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea, audiant manſueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in id ipſum.* Quònam fructu tot egregiæ actiones exponuntur? *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur.* Pſalm. 33. En illuſtriſſimum ſanctæ vitæ præmium, quod cum ad iudicem Dominum acceſſeritis, & veſtra opera ad lucem lata fuerint, non confuſione afficiemini. Nihil enim iuſto optabilius, quam piacola non habere, ex quibus, cum manifeſta fuerint, poſſet ineffabili affici confuſione. Addit Vates, *Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus ſaluauit eum.* Ac ſi diceret, iſte pauper, qui ſaltem non habet, vnde illuminatus, ſeu in publicum actus, poſſit confundi, eo ipſo eum Dominus ab omnibus tribulationibus ſaluauit æternis.

Magnū præmium iuſto, quod illuminata conſcientia eius, non habeat peccatum, ex quo poſſit confundi.
Pſalm. 33.

Liberari ab hac confuſione idem quodammodo ac liberari a tartaro.

18. Nam qui accedens peccatum habens, quod illuminatus aut expoſitus poſſit videre, tanta afficietur confuſione, vt videre peccatum idem ei ſit ac gehenna. *Et facies veſtra non confundentur*, confuſione non afficientur æterna. D. Baſilius hom. ad hunc Pſalm. *Qui vero malefecerunt in probrum & confuſionem reſurgent, in ſe ipſis turpitudinem, & formas eorum, quæ peccauerunt, conſpicientes impreſſas.* Cur non dixit, Reſurgent ad flammas, æternùm toleraturi, ad fletum, ac ſtridorem dentium? Certè quia horribilior damnato peccati obiectio, & cognitio eius malitiæ, quam æternus flammarum cruciatus. Bellè addit Doctor, *Erit certè confuſionis huiuſmodi impreſſio iſtis tanto plus horrori, quam vel ipſæ tenebræ, aut ignis æternus, quòd in ea æternum victuri ſunt peccatores, ſemper ob oculos verſantes veſtigia illa peccati in carne admiſſi.* Vnde quaſi omnium reliquorum immemores cruciatuum, quaſi ſola confuſione torquendi ſint, aſſerit Pater ad confuſionem æternam ſurrecturos.

Tartareis flāmis horribilior peccati aſpectus.
Pſalm. 33.
Baſil.

19. En diuitis Epulonis tormenta cuncta quodammodo, peccata ſua æternum contemplari. *Pater Abraham, mitte Lazarum, vt intingat digitum ſuum in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Luc. 16. Miror damnatum, qui ſepultus erat in tartaro, flammarum pelago obrutum, ſolummodo in linguæ flamma diſcruciari: *Quia crucior in hac flamma.* Quænam illa flamma, quæ ponit in lingua omnium tormentorum epilogationem? Chryſoſtomus, *Vt refrigeret linguam, quæ multa ſuperba locuta eſt.* Ac ſi diceret, ignis totus linguæ quodammodo ſola eſt iniquitas ſuperbè loquuti, hac ſola crucior, dum æternum obiicitur ocolis ipſa peccati fœditas. Ac ſi tam acris peccati aſpectari tortura, vt reliqua ſupplicia extincta eſſe videantur. *In hac*, inquit, *flamma*, id eſt, in verbis ſuperbis, quibus (vti ait Apoſtolus) lingua eſtrænata aſſolet inflammari.

Quaſi tota Epulonis dānatio eſt, æternū aſpectare lingua ſua vitia.
Luc. 16.
Chryſoſt.

20. Qui veſte Nuptiali ornatus non aſpicitur inuitatus, in tenebras immittitur: *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 22. Cur non dixit, *Mittite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo?* Qui tantum perpetrauit ſacrilegium, tam leui pœna afficitur? Vel hîc Deus tenebris aſſolet plectere peccatores. Teſtor Ægypti tenebras. Quomodo ergo ſolis tenebris afficitur in futuro ſeculo, qui tantum piaculum ſacrilegij commiſit? Certè mitti in tenebras exteriores, idem eſt, acei peccati fœditatem reuelari, vt æterno piaculi aſpectu ita diſcrucietur, vt reliqua tormenta pro nihilo habeantur, & ideo eorum non geratur memoria. Pulchrè Chryſoſtomus, *Quem Chriſtus videt in Eccleſia ſine*

Sacrilegus mittitur ad ſacrilegium æternū aſpectādū, quaſi non crucietur igne.
Matth. 22.
Chryſoſt.

veſte

veſte Nuptiali, tradit diabolis, qui eum mittunt in errores. Inmitti in errores, criminibus aſpectandis addici, horribilius eſt, quam æternis ignis cruciatibus alligari.

21. Premo iam particulam, *Ligatis manibus, & pedibus.* Matth. 22. Exiſtimo ex D. Ephrem mente huiuſmodi illigatione innui notam illam peccati, qua damnati reos ſe æternum contemplabuntur. Hanc notam, hanc cognitionem horribiliorem reputo tenebris æternis, interminabilibus ignis cruciatibus. *Horribilior* (ait Diuus ſerm.de iudic.) *tenebris, illoque igne pudor erit, atque confuſio, in qua verſabuntur damnati, ſemper ob oculos veſtigia illa peccati, quaſi nota alicuius tincta nec eluibilis vnquam in memoria animæ æternum duratura.*

Horribilior damnatis peccatorum illigatio, quã variarea tormenta.
Matth. 22.
Ephrem.

22. Cunctas calamitates Deus profundit aduerſus peccatores iudicij die. Deſcribit Propheta fatus, *Ecce dies Domini venit crudelis, & indignationis plenus, & iræ furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam ſtellæ cæli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: Et erit Babylon illa gloriosa in Regnis, inclita in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham.* Ac ſi diceret, igne horribili conflagrabit; nam poſt iudicium ignis indicitur æternus. Profectò aliud ſupplicium crudelius ſuccedit, quo miſera Babylon diſcruciabitur. *Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis.* Iſai. 13. Exiſtimabam aliquando poſt flammas, quibus danda erat Babylon, iam pœnam imminui, dum beſtiarum illarum terror leuior adiicitur. Sed poſtquam D. Aëlredum ſerm. 50. in Iſa. legi, comperi ſummam eſſe beſtiarum incurſus ſupplicij illius exaggerationem. Aſſerit enim Pater hiſce beſtiis ſignari peccata Babylonis eius menti æternùm obiecta, ad confuſionem, quæ planè conflagrationem ſuperabit æternam. *Quo modo, quæſo,* ait ille; *in Babylone iam vltricibus flammis expoſita, aut ſtruthiones habitabunt, aut piloſi ſaltabunt, aut vlulæ in domibus eius reſpondebunt, vel Sirenes in delubris voluptatum? An quia ad confuſionem illorum, qui ſe his vitiis polluerunt, ipſa vitia eorum oculis, ac memoriæ ingerentur: vt ſicut in corpore pœna, ita & peccatum, pro quo puniuntur, verſetur in conſcientia. Erit ergo in illa ciuitate damnata ſicut pœna æterna, ita & peccatorum, quæ fecerunt æterna memoria.* Porrò hiſce animantibus peccata exprimi Strabus aſſeruit.

Poſt ſanctus iudicij iras, & ignis ſæuitiam, adhuc exaggeratur damnatorũ pœna, dum aſſeritur, peccata eorum oculis obuerſanda.
Aëlred.

Observat. II.

Ad illa verba:

De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

Paracletus in primis de peccato infidelitatis coarguit Iudæos, & Gentiles.

Quia infidelitas, quia hæreſis, & idololatria præ omnibus criminibus Deo odioſum eſt crimen.

23. De peccato infidelitatis arguendus eſt mundus. *De peccato autem, quia non crediderunt in me.* Auguſtinus, *Arguitur mundus de peccato, quia in Christum non credidit.* Cur autem prius mundus arguitur de infidelitatis peccato, quam de iuſtitia, & de iudicio? Anſelmus, *Quia hoc ſpecialiter ponit.* Ac ſi hoc piaculum magis ſit Numini odioſum.

Auguſt.
Anſelm.

24. Cauſam reddit Pater, *Peccatum infidelitatis ſpecialiter ponit; quia hoc manente, cætera manent.* Manent adeò, vt infidelitate non ablegata, haud poſſit homo de reliquis pœnitere; vnde perpetuo manent reliqua crimina, ſi infidelitas non ablegetur. Vnde Salmeron doctiſſimus ex D. Auguſtino lib. de Nat. & Grat. inquit in præſenti. *Præſtat cum fide habere omnia peccata, quam omnes morales virtutes ſine fide.*

Quam magna infidelitatis malitia!
Anſelm.
Salmer.

25. Ideò Dominus eo die, quo ad cœlum erat auulaturus tantam lætitiam acerbiſſima reprehenſione cruentauit: *Recumbentibus vndecim Diſcipulis apparuit illis* Iesvs, *& increpauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt.* Marc. 16. Cur cum eos deberet ſolatio donare diſceſſurus, vulnere increpationis ſauciat? An non feræ arundinis huiuſmodi afficiuntur verbere? *Increpa feras arundinis.* Profectò ita inuiſa diuino conſpectui incredulitas, vt in Apoſtolis chariſſimis eam iam elapſam aſpectans, haud eſt paſſus differre correptionem à Paracleto faciendam; ſed illicò increpat feram illam; vt edoceat Diſcipulos, dum vident incredulitatem ipſam (non incredulos) increpari, quam inuiſi extiterint diuino conſpectui, cum incredulitate laborarint. Notanter ideò ait Euangeliſta, *Increpauit incredulitatem eorum*, non autem incredulos, quia iam ſe ſe à piaculo illo expedierant. Et tamen incredulitas ipſa increpatur, flagris diris afficitur; vt alieno in capite Diui poſſint ſumere documentum. Liceat vulgariter exponere: *Para darles eſcarmiento en caueza agena.* Quam illuſtre indicamentum diuinæ erga Diſcipulos dilectionis fuit, eos ab incredulitate liberaſſe, priuſquam Paracletus acerrimus infidelitatis vindicator immitteretur! Quamque euidens ſignum Iesv in incredulitatem odij, in ipſam infidelitatem irruiſſe poſtquam Diſcipuli ab illa expediti fuere.

Quã increpauit Dominus incredulitatẽ Diſcipulorũ Aſcenſionis die, eius malitiam oſtẽtauit.
Marc. 16.
Incredulitas ipſa increpatur, poſt pœnitudinẽ Diſcipulorum.

26. Tam inuiſa Domino incredulitas, vt reliqua vitia quodammodo ei ſolatium pariant, ſi cum illa componantur. *Iudicabit Dominus populum ſuũ, & in ſeruis ſuis deprecabitur.* Pſ. 134. Ex Græco, *Et in ſeruis ſuis conſolabitur.* Vbi ex mente Interpretum grauium Chriſtus in tribunali deſcribitur homines iudicaturus. Particula, *Et in ſeruis ſuis* Chriſticolas cunctos tam iuſtos, quam peccatores ſignificat. Quonámodo ergo Dominus poteſt in peccatoribus Chriſtianis conſolationẽ accipere: *Conſolabitur?* (Paſſiue accipiẽdum verbũ aſſerit Bellarm.) vt Petr. conſolatione afficeret matrẽ de filio iniquo, ait: *Si flagitioſum enixa es natum, virtutibus ornatum alterum filium reperiſti. Sit ergo tibi in ſolatium iniquitatis vnius virtus alterius.* Si ergo Dominus hominum Pater iniquiſſimos filios aſpexerit in iudicio, aſpiciat iuſtos in ſolatium: non iniquos aſpectet. Profectò & aſpectans iniquos, nẽpe adulteros, fures, iniuſtos,

Quaſi conſolatur Deus aliis criminibus, ſi cũ incredulitate comparentur.
Pſ. 134.
Petron.

iniuſtos, conſolabitur, dum non appareant increduli; quia tam abominabilis eſt Numini infidelitas, vt præ illa, in ſeruis ſuis quamuis ſceleribus aliis exundantibus quodammodo Deus conſolandus videatur. Arnobius, *Cum indicaueris viuos, ac mortuos, in ſolis ſuis conſolabitur ſeruis. Melior enim ibi inuenietur fornicator Chriſtianus, quam caſtiſſimus idololatra.*

Arnob.

27\. Quam odioſus erat Regi Britanorum Dux ille, cuius in interitu diem feſtum egiſſe ſcribitur! Si liceat paruis ſumma cōponere, Deus gerens ſolemnia in infidelis hominis clade, manifeſtè oſtentat, ſibi maxime inuiſum extitiſſe. Iſaias profatur, *Victima Domini eſt in Boſra, & interfectio magna in terra Edon*, c. 34. Quid cum interfectione Edon victimæ in Boſra? Certè quia dies ſeſtus Domino ille, quo infideles delentur. Aptè Foretius, *Quo innuit, occiſionem impiorum acceptum ſacrificium Deo eſſe; & diem, quo delentur infideles, eſſe diem feſtum Deo.*

In die exitu infideliū Deus feſtū agit. Iſai. 34.

28\. O quā ſuauem odorem infideliū interfectio Deo immittit! *E bibent ſanguinem eorum ſicut vinum, & implebunt vt phialas altare.* Zach. 6. Vbi Cyrill. Alex. *Offerent phialas ſanguine occumbentium plenas, vt libationem aliquam ad altare. Eſt enim ſuauis odor Deo, & acceptabile ſacrificium interitus infidelium ſeu hæreticorū prohibentiū errantes ſaluari*, dū abnegant vim ſacramentorū, &c.

Infidelis mactatus ſuauiſſimū Deo odorem exhalat. Zach. 6. Cyril.

29\. Quid Sophonias? *Iuxta eſt dies Domini, præparauit Dominus hoſtiam.* c. 1. Vbi Pineda ad Iob. 1. aſſerit Dominum ſibi hoſtiam acceptiſſimam præparaſſe, dū idololatras tradit exitio. *Extendam manum meam ſuper Iudam, & omnes habitatores Ieruſalem, & diſperdam de loco hoc reliquias Baal.* Lyran. *Ieruſalem erat Metropolis Iudæ, & ibi vigebat vitium idololatriæ, in quo erant culpabiles magis Sacerdotes, qui tenebātur illud extirpare. Ideò ſubditur, Et diſperdā de loco hoc reliquias Baal.* Reliquias idoli ipſos idololatras appellauit. Inſtar enim diaboli, infideles Deo ſunt abominationi.

Reliquias diaboli appellat Dominus idololatras. Sophon. 1. Lyran.

30\. Exaggerat D. Bernardus ad Milit. Temp. c. 3. hanc Dei erga infideles abſtractionem, dum aſſerit, eorum exitium Chriſti lucrū meritò vocitari. *Sanè cum* miles Chriſtianus *occidit infidelem malefactorem*, (iuſto in bello) *non homicida, ſed, vt ita dicam, malicida, & planè Chriſti vindex in his, qui malè agunt. Mors ergo*, quā arrogat, Chriſti eſt lucrum; *quam excipis, ſuum.* Suū ait lucrum eſt, dum ipſe martyrio coronatur, dū infidelem interficis, lucrū eſt Chriſti. An nō etiam Chriſti lucrū Martyres Eccleſiæ inuictos præſentari? Ita plane; ſed tam acceptabile Chriſto eſt exitium infidelis, vt omnibus aliis lucris videatur, præ illo, renunciaſſe: nullūque aliud emolumentum poſſit corā illo vel lucri nomine decorari. Hæc hæreticis, proteruiſq; Iudæis obiiciantur, ſi tandem ad bonam ſe ſe frugem recipiant.

Infidelium exitium Dei lucrum eſt. An maius quam Martyrum triūphus? Bernard.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato.

Vt Spiritus ſanctus mundum conuincat, & concludat, vt à peccato abſtrahatur: eum arguit, ſeu dictamini ac ſententiæ carnis contradicit.

Edocens nos contra diaboli, ac carnis ſuggeſtiones arguere, & obiectiones excogitare.

SVb primæ ſignificationis verbi *Arguo* vſurpatione Paracletus arguet mundum, quem amat, de peccato, non quidem vt confundat, ſed vt ad meliorem mentem correctum adducat. Confert autem ad hominis reductionem, ſe arguere de peccato, ſe rationibus vilitatem culpæ edocere: Quam ex confuſione vtilitatem habebo? Breue quod delectat, æternum quod cruciat? Ergo à voluptate recedam, ne æterno cruciatui addicam. Si deliquero, viuam feliciter. Deus (arguo) peccatores aſſerit vel hîc innumeris ſuppliciis afficiendos, ergo minimè potero felicitate frui. O Paracleti argumenta animi ſaluti excogitata! 31.

Arguat ſe ipſum homo, prius quam delinquat ſi fortè concludat ſpiritus haud expedire peccatum.

Serpens curat mulieris primæ allicere ad pomum appetitum, fatus: *Nequaquam morte moriemini.* Mox illa diaboli ſubiacet voluntati: *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* Geneſ. 3. Quam facilis mulier, quam fœminarum mater! Cur non arguis de peccato ſerpentem? Aſſerit Moyſes Bar-Cepha fœminam corruiſſe, quia diabolum de peccato illo non arguit. *Ad hæc* (inquit p. 1. de Parad.) *illud etiam obiicere debuiſſet; ſi vera narras ô ſerpens, abi tu, & prior aufer de illa, ac veſcere; vt aperiantur oculi tibi, fiáſque Deus ſciens boni, & mali: tum deinde ego quoque accedens, veſcar. Si parum peraduerſus illum argumentata fuiſſet, victrix euaſiſſet.* Dum argumentor cum diabolo, me ipſum argumentis à crimine abduco, mecum texo quæſtionem. 32.

Eua corruit, quia argumentata non eſt. Geneſ. 3. Moſes Bar-Cephas.

Porrò Eua *tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro ſuo, & comedit.* Geneſ. 3. O ſapiens vir, cur argumentatus non es, vt Euam vxorem, id eſt te ipſum in illa ratione conuinceres. Si arguiſſet Adamus, ſe ad tot anguſtias miſerum non traxiſſet. Tertullianus lib. de Pati. *Perit igitur & alius homo per impatientiam ſuam vtrobique commiſſam & circa Dei præmonitionem, & circa diaboli circumſcriptionem: illam ſeruare, & hanc refutare non ſuſtinens.* Si argomentaturus exſurgeret, Deus nos ab huiuſce arboris eſu præcepto retraxit; ergo nobis non expedit ex illa ſumere, & comedere: quam facile leuiſſimam ſuam mentem, diabolique dogmata refutaſſet. *Refutare non ſuſtinens* miſerè deperiit. 33.

Periit Adā, quia argumentatus nō eſt, vt ſe concluderet. Geneſ. 3. Tertull.

Certè quia noſtram adeò auxit rationem, vt poſſimus nos de peccato arguere, ſeueriſſimus vindex aſſurget in iudicio, dans nobis omnino noſtro piaculo deliquiſſe, qui tam facilè (accepto à Conditore diſcurſu, ex Saluatoris doctrina illuſtrato) poſſemus non ipſos pronos ad piacula reportare. Vnde ſapiētioribus delinquentibus horribilius iudicium præparatur, cum potuerint validioribus ſe argumentis conuincere. Fatur Dominus, *Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet, qui iudicet eum. Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die.* Ioan. 12. Cur ſermo hominem condem- 34.

Sapientiores grauius delinquunt, quia facilius potuerunt argumenta excogitare. Ioan 12.

nabit? Quia ex ſermone Dominico edocta ratio noſtra ſapiens extitit, vt ſe poſſet argumentis conuincere. Origenes homil. 1. *Sermo, quem locutus ſum vobis, ipſe condemnabit vos. Perinde quaſi diceret, Ego ille logos, ego in vobis ſonans, vos condemnabo, tum nullum omninò vobis locum reliquerim a ratione alienum.* Si aliquis in mente veſtra locus alienus à ratione à me edocta adeſſet, non mirum culpæ errorem eo oſtio irrupiſſe; quia ea ſine ratione portio non poterat argumentis ſe illigare, ne manum exereret ad aperiendum. At vndique ſepti ratione, veſtro piaculo delicto annuiſtis, cum poſſetis argumentis conuicti cunctos præcludere aditus. Si ad peccandum ſufficienti ratione polles, & ad arguendum exſurgere poteris. Vnde nullus delinquens habet excuſationem.

Nullus arguere nō ſcit edoctus à Chriſto ſi ſcit peccare.

35. Iuſtus ergo à peccati liberatur inſidiis, quia arguit ſe pronum ad piaculum. At impius delictis implicatur, quia ſe non curat arguendo compeſcere. Sapiens ideo, *Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.* Prouerb. 13. alij legunt, *Verbum falſitatis odio habebit iuſtus, & impius faciet putreſcere.* Dum iuſto odioſum eſt verbum falſitatis, quod concupiſcentia profert: inuectiuus aſſurgit, & arguit; vt propriæ concupiſcentiæ ſuggeſtiones repellat. At impius putreſcere efficit iniquitatem ſiue diu in ſe commorari, quia non argumentatur, ſed obticens deſes commoratur in loto. Pulchrè Caietanus, *Iuſtus odio proſequitur iniquitatem occultam* (propria in concupiſcentia) *arguendo, vt corrigat ſe. Quo contra impius tacebit, & faciet putreſcere iniquitatem.* Te argue meditantem delinquere, & facile hoſtis tela retundes.

Iuſtus arguens non cadit, impius tacens perit.

Prou. 13.

Caietan.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Cum autem venerit ille, &c. & quæ futura ſunt, annunciabit vobis.

Quæ Diſcipuli ſufferre non poterant ob infirmitatem ante Paracleti aduentum, iam fortes effecti, faciliſſimo negotio ſufferunt.

Vbi oſtendo, auſus Martyrum ad tormenta, & Confeſſorum ad exercitia aſperitatis, Spiritus ſancti in fornace conflari.

36. AVguſtinus ait, *Abſurdiſſimè autem mihi videtur dici, tunc non potuiſſe portare Diſcipulos, quæ de altiſſimis rebus inuenimus ſcripta poſtmodū in ſacris Apoſtolicis literis.* Vnde Pater de ſufferentia expoſuit, *Non poteſtis portare modò, id eſt, ferre: Nam* ſi Chriſtus eis futura eorum annunciaret Martyria, ſi Petro apertè prædiceret, Cruci eſſe illigandum, quod poſtea ænigmaticè innuit, *Cum ſenueris, alius cinget te.* Ioan. 21. haud fortaſſè *æquo animo* (inquit Doctor) *ferret.* Vnde de Paracleto qui confortaturus Diſcipulos aduentauit, reſeruatur exprimere futura eorum incommoda. Annunciauit enim neces, & ſimul ad eas ſubeundas reddidit audaces. Beda, *Ille Paracletus confortans, nunciabit mala, quæ vobis pro confeſſione fidei ventura ſunt.*

Auguſt.

Ioan. 21.

Beda.

Confortati ergo Apoſtoli Paracleti igne, non ſolum ſufferunt æquo animo Martyrij incommoda: ſed ad vulnera ipſa prouocanda aſſurgunt. Quam perſpicuum documentum, hodiè auſus ſublimes in Spiritus ſancti fornace eſſe conflatos. Moyſes cupiebat terga Dei aſpicere, id eſt, ſequi Dominum Crucis lignum portantem ex grauis Interpretis expoſitione. At quia difficile humana fragilitas Crucis ſuffert incommoda, curat ad Spiritus ſancti fornacem aſcendere, vt audeat ipſos ad ſe prouocare labores. *Oſtende mihi, faciem tuam.* Exod. 33. Id eſt Spiritum ſanctum tuum (iuxta Cyrilli expoſitionem lib. 3. Theſ. *Dei facies Spiritus ſanctus appellatur.*) Qui quidem Dei bonitatem, miſericordiam, pietatem veluti facies hominem, manifeſtat. Ambroſ. ad Pſ. 118. *Norat vtique ſanctus Vates Domini, quod inuiſibilem Deum facie ad faciem videre non poſſet.* Quare ergo poſtulat faciei fulgore potiri? Certè petit Spiritus ſancti ad ſe aduentare auxilium, vt eius igne ſuccenſus audax Dominum ad Crucem properantem inſequatur. Ideo Dominus, *Videbis,* inquit, *poſteriora mea. Non reprehenſibilis igitur error ille, oſtende mihi faciem;* (adiicit Doctor) ſiquidem faciei deſideratæ fauore ſuffultus, iam poteſt auidè laboribus ſatiari: *Poſteriora mea videbis. Sic igitur* (Nyſſenus apud Lip. ait) *deſiderium Moyſi adimpletur.* Non enim cupiebat videre faciem Dei, ſed à ſe immitti Spiritus ſancti ignem, quo ſuccenſus incommoda laborum ambiret.

37. *Moyſes petit igne Paracleti ſuccēdi, vt poſſet Chriſtum cruciferum ſequi.*

Exod. 33.

Cyrill.

Ambroſ.

Nyſſen.

Aiebat Paulus, *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem etiam in eos, qui non peccauerunt.* Rom. 5. Strab. *Mors corporalis regnauit vſque ad Moyſem.* Et poſt Moyſem non regnauit? Lyran. *ly* vſque nō *excludit tempus futurum.* Nunquam enim corporalis mors non regnabit vſque ad ad mundi diſſolutionem. Quare ergo aſſeritur mors regnaſſe ſpeciatim vſque ad Moyſem? Quia Moyſes nobis documenta præſcripſit, quonammodo poſſimus ab eius tyrannide liberari. Id eſt, precantes Dei faciei frui (ex Spiritus ſancti immiſſione) conſpectu, ex flammanti fornace adeò progrediemur audaces, vt mortis iugum confringere valeamus. Confirmo ex Chryſoſtomo ſerm. 6. de myſt. Cœnæ Dom. ſinite, *Cum nihil Chriſto reſtat ex pœnis, mors refugit.* Id eſt; poſtquam Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors refuga oſtenditur. Non ſuper omnes regnat, ſed inconſtanti imperio huc illuc diuagatur. Vndenā obſecro? Certè quia aduentante poſt Chriſti Paſſionem Paracleto; eius igne Martyres accenduntur adeò, vt mortem fugientem inſequantur.

38. *Poſt Spiritus ſancti præſidium, mors non regnat in Dinos, ipſā apprehendere fugientem procurantibus.*

Rom. 5.

Strab.

Lyran.

Chryſoſt.

Precatur David; *Spiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* An Spiritu ſancto munitus audebis cum morte confligere? *Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis.* Pſalm. 50. Poſtquam Paracleti fornace ſuccenſus exſurgo, faciliſſimè me mactādum expono. Bern. ſerm. 32. in Cant. de *ſpiritu* illo *principali,* ſeu Principum

39. *Spiritus ſanctus efficit nos præparari ad Martyrium.*

Pſal. 50.

Bernard.

locutus, ait: *Iam verò Regia maieſtatis ſchema apparere exiſtimo iis, qui accedentes ad cor altum, de maiori ſpiritus libertate magnanimiores facti conſueuerunt audere maiora.*

40. *Ante Spiritum ſancti donum vel audire pericula ſubeunda, horribile nobis: poſt Paracletum donatum, putredo & vermis nobis expetibilis.* Habac. 3. Chryſol.

Habacuc appoſitè, *Domine, audiui auditum tuum, & timui. Audiui, & conturbatus eſt venter meus, a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.* cap. 3. legit ſic Chryſologus ſerm. 68. ex Lxx. *Domine, audiui auditum tuum, & timui: conſideraui opera tua, & obſtupui. Cuſtodiui, & extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorum.* Ac ſi diceret, terrore affectus ſum, cum periculorum, quibus addicendus eram, audiui inſtantiam. Tunc profuſis precibus dooo ſupremo, id eſt Paracleto aduentante potiti proclamaui, Donum accepi, & intrepidè iam mortis corruptionem ambio: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.* Pulchrè Patet, *Conditio mortalis, terrena compago labore attrita, conſumpta pœnis, capere non valet, quod hodie cogitur conſiteri: Quid iterum dixerit, peruidete: Cuſtodiui, & expauit venter meus à voce orationis labiorum meorum. Poſtquam diuini Muneris* (Paracleti ſcilicet) *ſenſit largitatem, fit vigilantior, fit ſollicitior ſui cuſtos. Quia non ſuggeſtione ſui cordis, ſed diuini Spiritus loquebatur affatu: Et ſubtus me, inquit, commota eſt virtus mea. Quid eſt, ſubtus me? Quatenus ipſe idemque homo ſurſum per gratiam* Spiritus ſancti *iam leuatus, iacebat.* Vtique ad cuncta incommoda ſufferenda. Accidit ſic Apoſtolis, quibus Dominus noluit futura imminentia pericula expoocre, quia tunc portare non poterant. Aſt profuſis precibus Spiritum ſanctum promiſſum exorant aduentare, cuius præſidio, iam ſubtus cõiacent, cuncta incommoda ſuſtinentes.

Sapiens ad hæc, *Spiritus Domini multiplex.* c. 7. 41. *Paracletus dat ſpiritum ad ſufferentiam tormentorum.* Sap. 7. Bernard.

Cur multiplex appellatur? Certè vt qui ſe exanimatũ comperit ad certamina, agnoſcat Paracleti præſentia donatum ſe poſſe aduerſa omnia ſuſtinere. Bernardus, *Verè multiplex, quia multiplex filiis hominis inſpiratur. Siquidem conceditur eis ad vſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxilium, ad ſolatium, ad feruorem. Ad vſum vitæ bonis, & malis communia bona abundantiſſimè tribuens. Ad miraculum in ſignis, prodigiis, & variis virtutibus. Infunditur ad ſalutem, cum in toto corde noſtro reuertimur ad Dominum. Ad auxilium verò datur, cum omni collocutione adiuuat infirmitatem noſtram. Nam cum teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quod filij Dei ſumus, ea inſpiratio eſt ad conſolationem.* Quid plura? Adiicit argumento noſtro, *Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectorum vehementius ignem charitatis validum accendit, vt non ſolum in ſpe filiorum Dei, ſed etiam in tribulationibus glorientur, contumeliam reputantes gloriam; opprobrium, gaudium; deſperationem exaltationem.* Hactenus Abbas.

LIBER OCTAVVS.

IESVS PARACLETI ITERVM PRÆCLAMAT ADVENTVM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput XV. & XVI. Ioannis.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

RVRSVM Dominus procurat Diſcipulos aduenturi Paracliti memoria à mœrore eripere, quem è Magiſtri receſſu conceperanr. Quid neceſſum ô Domine, vr è cœlis Paraclirus ad rerras aduentet, ſi iam in Deipara commoratur? Facilius mœſtis Apoſtolis promittes ad leuamen Virginis apud ipſos commorationem, in ipſa etenim Spiritum ſanctum ſortientur abſconditum. Pulchrè fatur Richardus Laur. lib. 12. de laud. Virg. *Per ſolem ſæpius interpretatur Pater, per radium ſolis Filius, per calorem Spiritus ſanctus. Nam ſicut calor procedit tam à ſole quam à radio: ſic Spiritus ſanctus ab vtroque, id eſt Filio, & Patre. Vnde Filius dicit Ioan. 15. Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit*, &c. *Porrò ſol iſte latet, & abſcondit ſe ſub nube Virginis.* Si ergo tota in Virgine Trinitas commoratur, quia Templum Trinitatis Maria: relicta hominibus Deiparente, apud rerricolas Paraclitus habitator obiicitur.

Ligni vitæ, ſeu Iesv prophetantis FRVCTVS OCTAVVS.

Richard. Laur.

IOANNES CAP. XV.

VERS. 26. CVM venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

PARAPHRASIS.

26. CVM per functus fuero omnibus, quæ mandauit mihi Pater, iamque venerit Conſolator ille, quem ſicut ante pollicitus ſum, mittum vobis à Patre proficiſcentem, qui eſt ſpiritus ſuggeſtor, ac Doctor omnis veritatis: ille declarabit omnia, quæ dixerim, quæ geſſerim; ex quibus liquebit & mea bonitas, & Iudæorum obſtinata cæcitas. Ille docebit, nihil in me factum, quod non ante ſit in eorum libris prædictum.

27. Et vos teſtimonium perhibebitis; quia ab initio mecum eſtis.

27. Vos quoque, qui nunc eſtis imbecilles, tunc confirmatiores mei ſpiritus afflatu, teſtificabimini apud omnes de me; propterea quod ordine audiſtis quæ dixerim; vidiſtis, quæ geſſerim.

CAP. 16. 1. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.

1. Hæc ideo denuncio vobis euentura, ne putetis delicatam eſſe Euangelicam profeſſionem, ac tum animo conſternemini, cum iſta vobis præter expectationem accidiſſent.

2. Abſque Synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

2. Hoc primum occurret vobis Euangelij prædicationem auſpicantibus. Qui Religionis arcem tenere videntur, vos velut impios, & execrabiles ſuis è Synagogis ſubmouebunt. Venietur ad carceres, ad flagra. Denique res eo procedet, vt quiſquis interfecerit vos, ſe victimam Deo gratiſſimam exiſtimet immolare; prætexent enim impietati ſuæ pietatis imaginem.

3. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.

3. Cum hæc acciderint, conſoletur vos, quod iſta committent, non quod fures ſitis, aut alioqui talibus digni malis; ſed quod nondum ad plenum nouerunt neque me, neque Patrem meum.

4. Sed hæc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

4. Scio, vos eſſe mæſtos ob diſceſſum meum, nec erat mæror addendus mærori; ſed expediebat vos de his præmoneri; vt cum inciderint vobis hæc mala, fortiter, & infractis animis perferatis, dum vobis veniet in mentem, quod hæc omnia prædixerim euentura.

SECTIO PRIMA.

Paracleti Teſtimonium.

TEXTVS.

VERS. 16 CVm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.
27. Et vos teſtimonium perhibebitis; quia ab initio mecum eſtis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Paracleti Miſsione.

1. *Contextus obiicitur.* CVM *autem venerit Paracletus.*] Huius ſententiæ cum præcedentibus ex primo connexionem. Præmiſerat, Iudæos odio habuiſſe eum, & Patrem eius ſine vlla cauſa legitima, iniqui huiuſce odij teſtimonium multo ante Prophetam perhibuiſſe. Adiicit autem, ſe diſcedente, ſpiritum Paracletum aduentaturum, vt de eius innocentia, ac iuſtitia reddat teſtimonium. Quid Dauid? *Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi iniquè, qui oderunt me, & annuunt oculis,* Pſalm. 34. Id eſt, non permittentur diu gaudere, qui me iniquè perſecuti ſunt. In Hebræo eſt, *In mendacio.* Sic ex Toleto & aliis expendam. Non exultabunt in ſuo mendacio poſt obitum meum, hoc eſt, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis, inuicem ſigna irriſionis facientes, *& ſubſannantes, haud ſupergaudebunt mihi.* Quare? Quia veniet Paracletus ſpiritus, & me manifeſtabit.

Pſal. 34.

Promiſerat ſuperius Paracleti aduentum, *Alium Paracletum dabit vobis,* Ioan. 14. Cum *venerit* ille. Porrò venire dicitur effectus, ac operationis ratione. Vbi enim denuò aliquid efficit, 2. *Quomodo venit Paracletus?*

efficit, eù Deus venire dicitur; oon quod ſubſtantia eius mutetur.

Cur dixit: Quem ego mittam.

3. *Quem ego mittam vobis.*] Ac ſi diceret, certò ſcio venturum, quia à me immittendus. Quam accommodatus ex hoc Paracletus ad teſtimonium perhibendom de Chriſto! Si enim miſſus eſt à Filio, ab ipſo procedit; ſi autem ab ipſo procedit, eum perfectiſſimè nouit iuxta illud: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Ioan. 16. *Nemo*, (ait Paulus,) *nouit, quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei.* 1. Cor. 2. An noo in eo, qui perhibiturus eſt de aliquo teſtimonium, oeceſſarium eſt, vt ipſum agooſcat.

Ioan. 16.
1. Cor. 2.

Cur ſe dicit miſſurum, qui à Patre mittendus?

4. Obiicis, ſuperius dictum, *Quem Pater mittet*, hîc autem, *Quem ego mittam.* Num duæ ſunt miſſiones? Vna eſt miſſio ſimul à Patre, & Filio, ſicut vna eſt prodoctio, qua Spiritum ſanctum produeunt. Aſt vt ſe ipſum eiuſdem eum Patre ſubſtantiæ ſignificet: quod de Patre prius affirmauit, idipſum etiam ſibi tribuit. Addu ionuiſſe Dominum, ſe miſſionem hanc non vt hominem, ſed vt Deum gerere; Chriſtus eoim vt Deus Spiritum ſanctum immittit.

Cur diſcipulis mittendus aſſeratur.

5. *Vobis.*] Cur non abſolutè dixit, *Quem ego mittam*, ſed addidit, *vobis.* Credidero, quia Spiritus ſanctus in diſcipulis miros facturus erat effectus. Toletus, *Ratione eff. ctuum dicitur diſcipulis miſſus.* Porrò miſſio hæc Pentecoſtes fuit peracta ſolemni, inuiſibilis quidem ratiooe donorum, & ſpiritualium gratiarum: ratione autem externorum ſignorum viſibilis, io linguis enim igneis viſus eſt ſimilare.

Particulam, A Patre, expono.
Hilar.

6. *A Patre.*] Præmitto D. Hilarium lib. 8. de Trinit. putantem hac voce Proceſſionem Filij à Patre ſignificari, à quo habet eſſe ſubſtantiam, & omnia, quæ ſecuodum ſubſtantiam ſuam etiam extra operatur. Sicut igitur eſt Deus de Deo, noo quod alius Deos ſit: Sed qood vnus, procedens tamen à Patre: ita producit Spiritum ſanctum, ſed *a Patre*, quia id accipit à Patre, nempè eſſentiam, qua vnà eum ipſo producit. Vnde Auguſtinus lib. 15. de Trinit. cap. 17. & 26. affirmat Spiritum ſanctum procedere à Patre, & Filio: *Sed à Patre principaliter.* Priocipaliter dixit, ſignificare volens originem. Nam ita procedit à Patre, vt Pater à nemine habeat Spiritum ſanctum producere. At Filius id habet à Patre, propterea dicitur Filius producere à Patre, ſeu mittere à Patre principaliter, id eſt, originaliter, vt ita dicam.

Auguſt.

Locum expendo ex præfatis.

7. Hoc præuio, iam explico locum. Cum ſe miſſurum Spiritum ſanctum dixerit, ſuperius autem Pater miſſurus dictus ſit: nè aliqua in verbis pugnantia: aut in Paracleto, (quaſi non vnus eſſet,) diuerſitas conciperetur, adiicit, *A Patre.* Mittam, inquit, Spiritum ſanctum, ſed *à Patre* eum habeo immittere: ſicut à Patre habeo eſſentiam ipſam. Patet à ſe mittit, quia à nemine procedit, Filius mittit vna cum Patre, & eadem miſſione: ſed *a Patre*, quia à Patre procedit, & à Patre habet, vt mittat: vnus tamen, & idem eſt Paracletus.

Cur Spiritus veritatis appellatur?

8. *Spiritum veritatis.*] Hebraïſmum affirmo, ac ſi diceretur *Spiritus verus*, qui perfectè oouit, & docet veritatem. Hinc accommodatum admodum ad teſtimonium de Chriſto ferendum, adnoto. Nam doctrina Chriſti veritas eſt, cùm quia vmbras & figuras legis illuſtrat, tum quia promiſſiones implet, addo & quia viam Dei perfectè tradit. Qui ergo de doctrina Chriſti teſtimoniom redditurus promittiror, rectè Spiritus veritatis appellatur. Nouit Chriſtum, quia ab eo miſſus eſt, nouit doctrinam eius, quia Spiritus veritatis eſt, ideò eius eſt teſtimonium grauiſſimum.

Qui a Patre procedit.] Qui conſubſtaotialis eſt Patri, vti ait Ambroſius lib. 1. de Spirit. ſanct. cap. 16. Ac ſi diceret, ſpiritus hic Paracletus, (quem mittam à Patre) qui ſpiritus veritatis eſt, oon creatura aliqua, ſed Patri, ac mihi eſt conſubſtantialis. D. Chryſoſtomus refert ad ſcientiam hom. 76. Quaſi diceret, *Si procedit à Patre, omnia nouit, vt ſit Perfectus Doctor veritatis.* Mitto Græcorum errorem, qui abſque occaſiooe hinc aſſeruere Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere. Haud dictum. *Qui a Patre ſolo procedit*, ſed *A Patre*, quod nos profitemur: vlterius affirmantes ſimul à Filio procedere. Ao non dixit, *Quem ego mittam vobis?* Certè non mitteret Filius Paracletum, niſi ab ipſo, qui mittit, procederet: Sicut Patrem Filius haud poteſt immittere, quia ab eo Pater non procedit; Pater autem Filium à ſe procedentem immittit. 9.

De Proceſſione à Patre.
Ambroſ.
Chryſoſt.

§. II.

De Teſtimonio Paracleti, & Apoſtolorum.

Ille teſtimonium perhibebit de me.] Profectò operibus miris, & ſignis exterioribus, quæ operatus fuit Spiritus ſanctus in Deitatis IESV, eiúſque doctrinæ confirmationem: & lumine diuino, quod iotus in hominum præcordiis infudit, reddidit de Chriſto teſtimonium. Fuit rationi conſonum admodom de IESV teſtimonium ab Spirito ſancto perhiberi. Quare? Quia Spiritus ſanctus fuit quodammodo cauſa, vt Filius Dei carnem ſumeret, ſante ipſo Domino, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3. Amor autem Spiritus ſanctus eſt. 10.

Quemadmodo Paracletus teſtimonium de Chriſto reddiderit.
Ioan 3.

An hoc Spiritus ſancti teſtimoniom à teſtimonio Apoſtolorum diſtinguatur? Abnegat Auguſtinus tract. 93. quia Apoſtolorum ore Paracletus de Chriſto mundo reddidit teſtimonium, dum io eis effecit omnia ea, per quæ teſtimonium perhibebat. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10. *Accipietis virtutem Spiritus ſancti, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem*, &c. Act. 1. Fateor Spiritum ſanctum per Apoſtolos de Chriſto teſtimonium reddidiſſe. At per ſe ipſum Spiritus ſanctus aliud de IESV reddidit teſtimoniom. Nam ſuper baptizatos viſibiliter ſub ignis ſpecie deſcendens, Baptiſmo Chriſti, & ipſi Chriſto teſtimonium perhibebat. Apoſtoli docuere: Nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus ſanctus, qoem dedit Deos omnibus obedientibus ſibi. Act. 5. Eo duos teſtes & ſe, & Spiritum ſanctum adhibuere. An aptus ille teſtis? 11.

An præter teſtimoniū Apoſtolorū, Spiritus ſanctus ſuum teſtimonium perhibuerit?
Auguſt.
Matth. 10.
Act. 1.
Aucthoris ſententia.
Act. 5.

Toletus ait, *In teſtimonio tria neceſſaria ſunt, ſapientia teſtis, vt ſciat veritatem: bonitas, vt eam aperiat, nec decipiat, aut fallat: & authoritas, qua talis ab aliis iudicetur, qualis eſt, vt ſit omni ſuperior exceptione.* Quid potuit vnquam reperiri æquale Paracleto, qui ſcientiam, bo- 12.

Quā aptus teſtis Paracletus.
Tolet.

nitatem, & potentiam cum Deo habet eandem?

13. *Apoſtoli teſtes oculati.* *Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.*] Quamuis ſufficere deberet Spiritus ſancti teſtimonium per opera diuinæ potentiæ, vult, vt etiam Apoſtoli humanum teſtimonium ex viſu, experimentóque exhiberent. *Et vos.* Non ſolùm Paracletus, ſed etiam vos teſtimonium reddetis de me, quia ab initio meæ prædicationis & manifeſtationis factæ mundo mecum eſtis, mecum eſtis conuerſati; & ex viſu oculati teſtes omnia, quæ geſſi, teſtari poteritis.

Id planè Apoſtoli geſſere. *Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtra contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis.* 1. Ioan. 1. 14. *Reddidere teſtimonium.*

Ab initio.] Nempè à Ioannis baptiſmo, quando ſe mundo manifeſtare incepit. Conſtat quod aſſeruimus, eſſe aliud Spiritus ſancti teſtimonium ab eo, quod Diſcipulorum extat. *Perhibebitis*, Græcè verbum eſt præſens *Perhibetis*, tamen pro futuro eſt poſitum. Rectè quidem verſum eſt *perhibebitis*; de hoc enim quod tunc futurum erat, hæc verba procedunt. 15. *Particula aliqua expenditur.*

I N
IESUM PROPHETANTEM
PANEGYRICUS MORALIS PRIMUS
CIRCA LITERAM.
EX PARACLETI TESTIMONIO.

O B S E R V A T. I.

Ad illa verba:

Cum autem venerit Paracletus Spiritus veritatis ille teſtimonium perhibebit de me.

Paracletus, qui amor eſt, aptiſſimus equidem ad teſtimonium de dilectiſſimo Chriſto ferendum.

Ille enim ſolummodo ſcit hominum extollere laudibus egregiis, qui illum ſcit diligere.

16. Tolet. FATUR pulchrè Cardinalis Toletus, *Fuit valde rationi conſonum, vt Spiritus ſanctus de Chriſto teſtimonium perhiberet, Amor enim Spiritus ſanctus eſt.* An ſcis laudibus extollere, quem non amas? Quum autem affectuosè quem diligis, ſcis laudare mediocriter? Num non tot exaggerationibus vteris, vt videatis adulationis arguendus?

17. Scribens Dido ad dilectum Ænæam Naſonis calamo, fatur.

Amās exaggeras dilecti valorem. Ouid.

Ad ſpicias vtinam, quæ ſit ſcribentis imago.

Vbi verbum *Adſpicias* innuit Ænæam à Didone amante Diuum fuiſſe vocatum. *Adſpicias* enim idem eſt, ac *faue, propitius ſis.* Sic expoſuit vim verbi Germanus lib. 2. Ænæid. German.

Iupiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis, Adſpicanos.

Virgil. Alibi Tityrus de ſua libertate locutus aſſerit eam Diuæ libertati debere, à qua licet ſero adſpectus fuit.

Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem, Reſpexit tandem.

Cur Dido dilectum Ænæam diuinum expreſſit, niſi quia amor neſcit de dilecto non auguſtiſſimè excogitare. Vnde commendatio ſequitur affectus opinionem. Amor ergo Paracletus, (liceat creata dilectione increatum amorem expendere,) quam affectuosè de IESV dilectiſſimo veram extollet laudibus Deitatem, ſi vel homines dilectio creata Diuos exiſtimat? D. Auguſtinus apud Thom. in Cat. *Paracletus teſtimonium perhibebit de me. Tanquam diceret, odio me habuerunt, & occiderunt videntes. Sed tale teſtimonium Paracletus perhibebit, vt eos faciat in me Deum credere non videntes.* Preme. *Tale teſtimonium.* Quale precor? Quale amans affectuosè aſſolet dilectiſſimi laudes proferre. *Si amor conſingere ſcit Diuitatem in amato, quanta efficacius exprimet veram.* Auguſt.

Morante apud deſertum Domino, *iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum.* Matth. 4. Quonam modo diabolus gloriam mundi Domino oſtendit? An ſpecie viſibili? Exiſtimat Rabanus diabolum expoſita Regnorum imagine, verbis expoſuiſſe eorum gloriam, referens auri, argenti, lapidúmque fulgentiſſimam vim, voluptatum laudibus extollendo magnitudinem. Vſus aptè fuit vocabulo illo: *Et gloriam eorum*; quia cum laus illa ab ore diligentis mundum, eiúſque vanitatem proferrentur, neceſſariò debebat eſſe auguſtiſſima commendatio. Amans enim amati expatiatur in laudibus. *Oſtendit hæc diabolus Domino, non quod ipſe viſum eius amplificare poſſet, aut aliquid ignotum demonſtrare; ſed vanitatem pompæ mundialis, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam, & deſiderabilem verbis oſtendens, in amorem Chriſto ſuggerens, venire volebat.* Tertullianus verè affirmauit à diabolo mundi non gloriam, ſed *ſcabiem* Chriſto expoſitam. At dilector mundi eam non ſcabiem, ſed gloriam appellat. 18. *Diabolus diligens mundū ſcabiem eius ita collaudatione efferi, vt videatur apparere gloria.* Matth. 4. Raban. Tertull.

Proclamat Sponſa, *Trahe me poſt te curremus* 19.

in

Adoleſcentula quæ nimis diligüt ſponſum, ſic laudes eius proferunt affectuosè, vt trahât ſponſam, ad eius dilectionem. Cant. 1.

in odorem vnguentorum tuorum, adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Cant. 1. Quaſi tracta curro poſt te ſponſe. Quod ſi requiras rationem mei affectus ardentiſſimi, dilexerunt te nimis adoleſceotulæ ſociæ meæ. Ideò ex affectu in te, talia protulerunt elogia, tam auguſta encomia dixerunt; vt meum cor ad tuam dilectionem attraxerint. Vndénam colligis adoleſcentulas ſponſum collaudaſſe? Quia *dilexerunt nimis.* At ex nimia dilectione nimia rectè arguitur commendatio. Alij legerunt, *Adoleſcentulæ dilexerunt te, attraxerunt me.* Quia te diligentes, tanta de te protulerunt elogia, vt me attraherent.

Salazar.

Pulchrè meus doctiſſimus Ferdinandus Quirinus de Salazar, *Si ita legas cum aliis, Attraxerunt me, tota ſententia ad puellas pediſequas ſpectabit, ac ſenſus erit ex alio Nuptiali ritu petitus. Conſtat enim, alterum puellarum pediſequarum munus in Nuptiis fuiſſe, nouæ nuptæ perſuadere, vt marito acquieſceret, & Nuptiis aſſenſum præberet. Quaſi dicat ſponſa, Propterea Nuptias tuas tanto ardore deſidero, ô ſponſe, quia puellæ abs te pro amore, quo te complectuntur, ſuis adhortationibus, ac precibus non modò allexerunt, ſed traxerunt, & compulſerunt me, vt te ardentiſſimè cuperem, & amarem.* Nimis enim illæ te diligentes, tot, ac tanta de dilecto ſuo protulerunt elogia, vt me ad tuam dilectionem attraherent.

Affectus Debboræ diligentis Deum, & laudantis. Iudic. 5.

20. Cecinit Debbora, *Ego ſum, ego ſum, quæ Domino canam, pſallam Domino Deo Iſraël.* Iudic. 5. Vbi duplex replicatio premenda obiicitur, *Ego ſum, ego ſum,* & *Domino canam, Pſallam Domino Deo.* Prima replicatio ex Patrum mente canentis Debboræ indicat dilectionis erga Deum affectum. Porrò ſecunda

Lyran.

replicatione ex Lyrano *duplex Dei laus & oris & cordis* annotatur. Cur duplex laus profertur, niſi quia amantis duplicatur affectus?

Proprium eſt odientis deturpare inimicum. Marc. 5.

21. Moouerim, ſicut amantis eſt virtutes dilecti extollere, proprium eſſe eius qui aliquem odio proſequitur, eius parua piacula ſic exaggerare, vt è culice elephas obiiciatur. *Videns autem* IESVM *à longè dæmon, cucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi* IESV *Fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, nè me torqueas.* Marc. 5. Cur qui adulator Chriſti prædicat Deitatem, profitetur ſe ab ipſo torqueri? Profectò in ipſius adulationis tuitionem. Oſtendit ſe Chriſti ex aggrauatione tormentorum inimicum, vt credatur veritatis vi compulſum laudes proferre; quis iniquus in aliquem affectus haud poteſt laudare, imo non poteſt non parua commiſſa exaggeratione efferre.

Victor.

Victor Antioch. *Nè adulandi ſtudio* IESV *Fili Dei, clamitare dæmones videantur, verum experientia, hoc eſt, pœnarum ſenſu compulſi, Veniſti huc antè tempus torquere nos vociferantur. Nam nè illorum ſupplicatio de fide ſuſpecta haberi queat, verbis modo allegatis inimicitiam inter ſe intercedere manifeſtò teſtantur.*

Etenim inimicus non ſolum collaudare
non poteſt, verum non poteſt non
inuiſi ſibi exaggerare commiſſa
paruula. Vberius
probo.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Ille teſtimonium perhibebit de me, Et vos.

Chriſtus Paracletum, qui à ſe per dilectionem & à Patre procedit, diſcipulóſque ſibi amiciſſimos implet; curat de eorum cauſis proferre teſtimonium.

Et quando vel in euidentiſſima commendatione inimicus verè teſtificatus eſt?

Inimici non eſt audiendum teſtimonium etiã in euidentiſſima innocentia.

SPiritum ſanctum à ſe per amorem procedentem, Apoſtolóſque ſibi chariſſimos, atque amiciſſimos eligit Chriſtus Dei Filius ſuæ cauſæ euidentiſſimæ teſtes? Cur non potius inimicos teſtatur, qui nunquam Chriſtum potuere de peccato arguere? Quia vel in euidentiſſima cauſa, in manifeſtiſſima commendatione nunquam inimicus homo ſcit proferre veritatem ad ſibi inuiſi hominis laudationem. 22.

Inimici de IESV *ſibi inuiſe mendax teſtimonium proferunt.*

Quis ex vobis, (inquit Dominus aliquando,) *arguet me de peccato?* Attamen illi, qui cognorant Domini innocentiam, de inimicorum ingenio vociferantur, *Nónne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Luc. 11. Cur non laudibus effertis ſanctum, quem non poteſtis de crimine arguere? Cur ſaltem non profitemini ſimpliciter veritatem? Certè quia inimicus haud poteſt ſibi inuiſum vllatenus commendabilem exponere.

Curat Dominus de innocentia ſua teſtimonium proferre lapides inimicos, nõ homines. Ioan. 10. Hieron.

Occumbente Domino, *terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Matth. 27. En inimicæ petræ Chriſtum collaudauerunt. *Sæpè* Iudæi contra Chriſtum tulere lapides, *vt iacerent in eum.* Ioan. 10. D. Hieronymus videns petras ſcindi, illud de Chriſto teſtimonium *demonſtrationem* appellauit; quia commendari hominem ab inimicis, auguſtiſſimum eſt innocentiæ documentum. Cur itaque ô Domine non excitaſti Iudæos vt inſtar petrarum in tuæ Deitatis teſtificationem contererentur? An difficilius hominis lingua inimici traheretur ad laudes, quam petrarum? 23.

Teſtis Reſurrectionis adhibetur Angelus et Milites ſepulchri cuſtodes, ſemper dormientes, vt inimicè bona videant. Matth. 28. Seuerian.

Feſtinantibus fœminis ad ſepulchrum IESV, *ecce terræmotus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos, ſcio enim, quod* IESVM, *qui crucifixus eſt, quæritis; non eſt hic; ſurrexit enim, ſicut dixit,* Matth. 28. Vbi pulchrè Seuerianus, *Et ſedebat ſuper eum, ſedebat, inquam, cui nulla inerat laſſitudo, vt fidei Doctor, vt Reſurrectionis Magiſter.* Seſſio illa innuit Magiſterij diuturnitatem. Auolat cur non Angelus, & excitatos Milites iam adhibet teſtes Reſurrectionis? Quia inimicorum ingenium ſemper pronum eſt ad vituperium, nunquam ad commendationem. Semper dormientes teſtes adhibebis, ſi curaueris ſalutem ex inimicis profluere. 24.

Ad Dominum acceſſit Gentilis Centurio rogans;

Centurio Gētilis laudat Chriſtū, quia amicus erat Iudaicæ gentis.
Matth. 8.
Baſil. Sel.

rogans, vt omnipotenti verbo ſeruum ægrotantem ſalute donet. *Domine*, ait, *non ſum dignus, vt ſub tectum meum intres*, &c. At Dominus, *Non inueni tantam fidem in Iſrael.* Matth. 8. Ad quæ D. Baſilius Seleuc. orat. 19. *Quid tibi Iſraël, lucri ex miraculis in Ægypto editis? Vnicus Gentilis ſupra totam Iudæorum multitudinem fide ſeſe extulit. Eſto Gentilis diſcipulus, incredulus, vt credas, ſequere.* An ex ore Gentilis increduli tam auguſta Domini commendatio: *Domine, non ſum dignus*, &c. Ergo ex inimico ſalus. Profectò miratus, quod Gentilis tam egregium de Chriſto teſtimonium perhibuiſſet, legi Lucam profantem, *Centurionis cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus. Et cum audiſſet de* IESV, *miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret & ſaluaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad* IESVM, *rogabant eum ſollicitè dicentes ei: Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram.* cap. 7. Totum populum Iudæorum diligit, haud acceptor perſonarum? Ergo diligebat IESVM. Igitur non mirum ex amico, ex diligente tam eximium elogium proferri. Nam ſi Gentilis inimicus extitiſſet, potius taxator operum IESV, quam commendator adhiberetur.

Luc. 7.

25\. Quis Moſe illuſtrior? Cuiúſnam facinora magis ab hominibus decantata celebrata à Nationibus? Poterat ne vllus tot tantorúmque operum fulgorem obſcurare? Profectò facinota quæ Auguſtinus deſcribit, non videntur obnoxia taxationi. *Moyſem famulum Dei fideliſſimum, humilem in recuſando tam magnum miniſterium, ſubditum in ſuſcipiendo, fidelem in ſeruando, ſtrenuum in exequendo, in regendo populum vigilantem, in corrigendo vehementem, in amando ardentem, in ſuſtinendo patientem, qui pro eis, quibus præfuit, Deo ſe interpoſuit conſulenti, oppoſuit iraſcenti.* Attendas precor. *Hunc itaque talem, ac tantum virum, abſit, vt ex maledico Fauſti ore penſemus.* Quid Fauſto cum Moſe? Profectò hæreticus fidei inimicus ſacræ Scripturæ ſibi inuiſam quamlibet particulam conſpurcabit.

Vel eximia merita ab inimico conſpurcantur.
Auguſt.

Observ. III.

Ad illa verba:

Quem ego mittam vobis à Patre ſpiritum veritatis, ille teſtimonium perhibebit de me.

Veritatis ſpiritus verum teſtimonium omninò prolaturus, à Patre venit, à cœleſtibus peruolat aulis.

Neſciunt homines veritatem ſyncerè, & ſine vlla immutatione proferre.

26\. Chryſoſt. CHryſoſtomus, *Veritatis vocat ſpiritum, oſtendens, quod erit fide dignus.* Vt autem probet ſpiritum veritatis, addit à Patre procedere. Auguſtinus, *Spiritus veritatis à Patre eſt, & Filio.* Profectò veritas ſyncera ſolum profluit à ſuperis. *Omnis* hîc *homo mendax*; quia difficilè veritas ſine aliqua immutatione, aut variatione ab hominibus proferetur.

Tertullianus in Apolog. cap. 7. rariſſimam hominum fidem exprimit circa ſyncetam veritatis prolationem, ſæpè detrahit, adiicit, demutat de veritate. Exclamat Tullius orat. pro M. Cœlio. *O magna vis veritatis! quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contráque fictas omnium inſidias facilè ſe per ſe ipſa defendat.* Ab omnibus ne veritati inſidiæ collocantur? Verum Dauidicum, *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.* Pſalm. 115. An non aliquis homo vera profatur? Certè multi veritatem proferunt, ſed rarus quidem eſt, qui non detrahat, non adiiciat, non demutet de veritate. Bellarminus, *Alij referunt particulam, Omnis homo mendax, ad quandam quaſi deſperationem Regni obtinendi, quod Samuel Dauidi promiſerat, & in exceſſu turbatus dixerit, Omnis homo mendax, videlicet, vt etiam Samuel mentitus videatur.* Liceat vulgariter exponere. *Se Samuel miento, todo el mundo miente.* 27.

Omnes homines mentiuntur?
Tertull.
Tull.
Pſalm. 115.
Bellarm.

Certè veritas à cœlo profluit, à Patre procedit, ab Spiritu ſancto infunditur. Vnde Samuel mentiri non potuit. At homines ſine ſufflatione Spiritus ſancti vix poſſunt aliquid de veritate non detrahere. D. Baſilius arguit ſic: *Si omnis homo mendax, igitur & Dauid, qui eſt homo, mendax eſt; ergò mentitur, cum dicit, Omnis homo mendax: ac per hoc ſibi ipſi contradicit, & dictum ſuum ipſe deſtruit.* Reſpōdeo Dauidem Spiritus ſancti, veritatis ſpiritus afflatu eſſe locutum; ideò ipſum non mentiri. Bellarminus appoſitè, *Baſilij ſophiſma ceſſat, quia per hominem intelligitur hoc loco homo humano affectu loquens, non autem homo ſpiritu diuino afflatus.* Ergo ſaltem eſt mendax omnis homo, qui à Paracleto non accepit ſyncerè exponere veritatem. *Poſſet etiam dici*, (adiicit Cardinalis,) *aliud eſſe, hominem ſemper mentiri; aliud, eſſe mendacem; poteſt enim homo mendax aliquando vera loqui, præſertim ſi non ex ſe, ſed ſpiritu Dei loquatur; mendax enim dicitur homo omnis, quoniam ex natura ſua obnoxius eſt errori, & falſitati.* Itaque homo ingenio ſuo relictus, ac naturæ, ſine Paracleti inſufflatione mendax? 28.

Soli illi non lædunt veritatem, qui ſpiritu veritatis à Patre procedente inſufflantur?
Baſil.
Bellarm.

A ſuperis petenda ſynceritas veritatis. Homo vera loquitur, (Bellarminus,) *præſertim ſi non ex ſe, ſed ſpiritu Dei loquatur.* Cecinit Iuuenalis Sat. 2. 29.

A ſuperis petenda veritatis ſyncera prolatio.
Iuuen.

Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta, Curius quid ſentit, & ambo
Scipiadæ, quod Fabritius, Manéſque Camilli.

Ac ſi diceret, haud credendum homini vlli niſi ex hoc ſæculo iam mendaci arreptus fuerit. Soli Manes, id eſt, mortui & in ſuperis collocati Curius, Scipiadæ ambo, & Camilli credendi. Solum modo à ſuperis veritas ſyncera prolabitur? 30.

Teſtor ipſos veritatis aſſertores Apoſtolos, quibus hic Dominus, *Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.* An Apoſtoli ſynceriſſimè veritatem proferent? Dixerat IESVS Petro, *Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illum diſcipulum, quem diligebat* IESVS, *ſequentem. Domine, hic autem quid? Dicit ei* IESVS, *ſic eum* volo

Apoſtoli loquuntur, quod IESVS non dixerat? An Apoſtoli aliquid de veritate immutarunt ante Paracleti aduentum?
Ioan. 15.
Ioan. 21.

Ioan. 21. *volo manere, donec veniam, quid ad te?* Addit Euangeliſta, *Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei* IESVS, *Non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Num vel Apoſtoli egregij veritatis aſſertores poſſunt aliquid de veritatis ſerie immutare? D. Auguſtinus tr. 124. Auguſt. *Quis facilè aliud eſſe credat, quam quod fratres crediderunt qui tunc erant? Sed hanc opinionem Ioannes ipſe abſtulit ſubdens: Et non dixit ei* IESVS. *Non moritur, ſed ſic eum manere volo, donec veniam, quid ad te?* Vel teſtes irrefragabiles veritatis Apoſtoli aliquam opinionem exprimunt, quam Euangeliſta non approbat? Potuere decipi in iis, quæ ſpiritus veritatis poſtmodum immiſſus edocuit, nè rurſum quidnam non probandum, & aſſerendum loquerentur.

31\. *Vt Moyſes nihil à veritatis verbo immutet promittitur ei ex Dei ore locuturum.* Exod. 7.

Prudentiſſimus ideò Moyſes ſe ab Ægyptiaca legatione excuſauerat. Quonam modo, ô Domine poterò homo Dei verba proferre ſine læſione aliqua veritatis? Cui Dominus, linguæ balbutiem cauſaris ad tractandam veritatem? *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mandabo tibi, & ille loquetur ad Pharaonem.* Exod. 7. Agnato hominum ingenio ad veritatis adiectionem ac mutationem, iam non laborabis, vicarius enim Dei loqueris Spiritu ſancto afflatus; & Aaron ſpiritu prophetico veritatem exponet. Profectò vicarium Dei gerit, imo Deus eſt, qui ſyncerè profert veritatem. *Omnis homo mendax?* Pſalm. 115. Igitur qui verax eſt, homo non eſt: Supra hominem ergo eſt. Remigius, *In eo quod non ſumus mendaces, non homines ſumus, ſed Dij.* Pulchrè Pythagoras apud Hieron. contra Ruff. *Veritas poſt Deum colenda eſt, utpotè quæ homines Deo proximos facit.*

Deus eſt qui vera profert ſyncera. Pſalm. 115. Remig. Pythag.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba :

Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

Apoſtoli, qui viderant opera Saluatoris, eius Deitatis aptiſſimi teſtes adhibentur.

Ille enim teſtis egregius, qui non refert ex auditione, ſed ex viſus experimento.

32\. *Taxantur, qui ex audita fallaci plerumque audrus proximorum piacula aſſerere.* Anſelm.

ANſelmus exponit, *Et vos quia à principio mecum eſtis, ideò prædicare poteritis, quod experientia noſtis.* An ſi non vidiſſent Apoſtoli adhiberentur teſtes ad Domini geſta prædicanda? Certè teſtis maximè commendat fidem, quod non aſſerat ex auditu, ſed ex viſu, aut experimento.

Sæpè hoc occurrit argumentum, quod pluribus alibi confirmaui. Nonnulla addere libuit.

33\. *Quod Deus ſciebat, quodammodo eſſe ſe ſcire oſtendit eo, quod audiatur: quia plerumque fallax auditio.* Gen. 18. Hilar.

Geneſeos teſtimonium ſpeciali pódere efferam. Deus Abrahæ, *Clamor Sodomorum venit ad me, deſcendam igitur, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.* cap. 18. Preme τὸ *Vt ſciam.* Quonam modo Deus poterat non ſcire, quæ certò cognouerat? Verùm quia vel ipſi Deo quaſi non ſunt, quæ vulgò proclamantur, & ſolummodo auditum voce percutiunt, nec oculis præſentantur. Pulchrè Hilarius lib. 9. de Trin. *Habemus ergo neſcientem Deum quod tamen non neſciat; nam cum peccata magna valdè ſciat eſſe, & rurſum deſcendit, vt videat, an conſummata ſint, intelligimus eum non tunc ea ſcire.* Quomodo ergò quæ ſciebat eſſe primum, iam quodammodo ſe neſcire oſtendit, & curat videre, an ſint? Quia eo ipſo, quod veritas ipſa vulgariter inclamatur quaſi mendacium oſtenditur, fallax etenim plerumque eſt auditus teſtimonium, cui imprudentes tam facilè aſſolent fidem adhibere.

34\. *Oculatam teſtificationem Deus requirit.* Philo.

Deſcendam igitur & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint? Agens iudicem edocet Præſules, cuinam teſtificationi ſit credulitas exhibenda. Haud dando teſti ex auditu, ſed oculato? Pulchrè Philo lib. de Conf. linguar. *Deſcendam & videbo vtrum clamorem, opere compleuerint: Viſus enim certus potius quàm fallax auditus teſtis adhibendus eſt.* Ac ſi in illo cœleſti ſupremo tribunali auditus ineptus ad teſtimonium ferendum haberetur. *El oido no vale por teſtigo.*

35\. *Ideo deſcendit Deus, vt videret turrim.* Gen. 11.

Proclamant Adami filij, *Venite, faciamus nobis Ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Mox adijcitur, *Deſcendit autem Dominus, vt videret Ciuitatem, & turrim.* Gen. 11. Si Deus audierat ipſos proclamantes cordis ſuperbi piacula, cur auditui fidem non adhibebat, cum Iudices edocere curat? An reus proferet ſine tortura delictum, cuius macula non afficiatur? Profectò adeò aſſolet eſſe fallax auditio, vt vel quum reus ipſe profitetur piaculum, ei fides haud ſit adhibenda. Ideo Deus nos edocturus, (ait Philo citat) *propius introſpecto negotio, diligenter cuncta perluſtrat. Qua propter in optime conſtituta Republica lege cautum eſt, nequis auditu dicat pro teſtimonio; quia iudicium auditus naturaliter facile eſt corruptoribus: Hanc cenſemus eſſe cauſam, cur deſcendiſſe dicatur Deus.* Philo

36\. *Vana eſt ſæpe auditio.*

In cuius robur inducit Doctor Moyſis locum quem inuenire eis verbis non potui. *Non admittes auditionem vanam.* An auditio aliqua eſt, quæ vanitatis, aut inanitatis vitio non laboret? Quodcumque ex auditu teſtimonium plerumque inane. *Apud Moyſem quoque,* inquit, Philo. *inter vetita legitur, Non admittes auditionem vanam. Vbi non tantum interdicit, nequis falſum ſermonem, aut ſtultum accipiat auribus; ſed docet, quod ad manifeſtam veritatis perceptionem longè minus quam viſus idoneus habeatur auditus, cum ſit refertus vanitatibus.*

37\. *Non taxatur Heli filios mitius taxâſſe, quia nō videbat, ſed audiebat ſolum famam delictorum.* 1. Reg. 2.

Filij Heli valde flagitioſi ſic à Samuele deſcribuntur, *Porrò filij Heli filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum; ſed quicumque immolaſſet victimam veniebat puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua &c. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines ſacrificio Domini.* Porrò Heli taxare curans filiorum ſcelera, fatur, *Nolite filij*

filij mei; non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini. 1. Reg. 2. Vbi Doctores multi taxant Heli, quod leniorem, quam par erat, delinquentibus adhibuerit correptionem. Aſt ingenioſè alij eum liberant à piaculo: imò aſſerunt prudenter ſe erga illos geſſiſſe. Ratio eſt, quia cæcitate laborabat iuxta illud: *Caligauerunt oculi eius, nec poterat videre lucernam Dei.* At cæcus poterat quidem audire, non videre. *Heli autem erat ſenex valde & audiuit omnia, quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli, & quomodo dormiebant,* &c. An ex teſtificatione auditus poterat prudens reos omninò condemnare? Mitius ergo ſe gerit in filios, quia non videns delicta, quodammodo fictitia eſſe à fallaci auditu conficta præ-

Gaſp. Sanct. ſumit. Noſter Gaſpar Sanctius bellè ait, *Non poterat videre lucernam Dei, & conſequenter vitia non cognoſcit.* Quia vitia quæ non videntur, quaſi non cognita à prudenti, à ſancto reputantur.

O quotiens vel ipſa viſus experientia fallitur! *Adduxit* Deus animantia ad Adam, *vt videret, quid vocaret ea.* Gen. 2. Vbi acutè Caietanus, *Non ex corporali viſu noſſe poterat proprietates animalium, ſed intellectuali opus erat viſione.* Viderat à longè Adamus animantia & velociſſima, & tarda, & pulchra, & fœda. An non prudenter eis nomina imponeret, niſi propius inſpecta ex actionibus iteratis eſſentiam eorum agnouiſſet. Multa à longè aſpectas proximi, piaculáque reputas, quæ ſi mente perpendiſſes, & experimento curaſſes exhiberi, omnino immunia à culpa proclamares. 28.

Vel, viſus aſſolet ſeducere, quid auditus? Gen. 2. Caietan.

SECTIO II.

Diſcipulorum pericula indicat.

TEXTVS.

VERS. 1. HÆc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. 2. Abſque ſynagogis facient vos; ſed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur, ſe obſequium præſtare Deo. 3. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. 4. Sed hæc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De diſcipulorum præoccupato ſcandalo.

1. *De ſcandalo ſeu perſecutione Apoſtolorum.*

HÆc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.*] Quidnam ſcandalum? Offendiculum eſt viæ, in quod incidentes impingunt. At per metaphoram rebus ipſis accommodatur; nam offendiculum, & ſcandalum magnum erat Iudæorum ac Gentium perſecutio Apoſtolis Chriſtum prædicantibus. Eos igitur præmonet Dominus, quod futurum eſt, reuelando, & adiutorium Paracleti promittendo, vt ſic inſtructi non offendant.

2. *Huius particulæ contextus varia expoſitiones.* Cyrill.

Hæc. Cyrillus duas affert particulæ expoſitiones. Prior eſt, Illud *hæc* refertur ad perſecutiones, & odia, quæ ſe ideò Dominus prædixiſſe illis aſſerit, vt minus terreant. Quod enim non expectatum præter opinionem ſubito euenit, magnos etiam plerumque animos turbat; quod autem prouiſum eſt, quamuis grauius inſetatur, leuius tamen propter præmeditationem videtur. Altera expoſitio eſt, Relatiuum *hæc* ad id refertur, quod de Spiritu ſancto dictum eſt, hoc ſenſu: Hæc dixi, nempè Spiritum ſanctum venturum, & teſtimonium redditurum, nè ſcandalizemini, cum videritis incredulos futuros Iudæos, veſtríſque ſermonibus fidem abnegaturos. Si enim ego tot, tantáque mirabilia feci: Si Paracletus ſimilia perficiet, nec tamen Iudæi ad meliora reducentur: nolite conturbari, ſi oratione veſtra eos conuertere non poteritis. Auguſtinus ad Paracletum refert, fatus: *Meritò promiſſo Spiritu ſancto, quo in eis operante, fierent teſtes eius ſubiunxit: Hæc locutus ſum vobis. Cum enim charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, ſit pax multa diligentibus legem Dei, vt non ſit illis ſcandalum.* Alij aliter expoſuerunt.

Auguſt.

Ego autem ad præcedentia refero particulam *Hæc.* Verbum enim ſequens præteriti temporis *locutus ſum vobis* id probare videtur. Refertur autem ad duo prædicta, nempè aduentum Spiritus ſancti, & odia, ac perſecutiones, ac cauſam eorum; hæc enim illis erat locutus. Horum ergo prædictio ſcandalum futurum remouet, cum quia præmonerut periculum, tum quia promittit auxilium. 3.

Authoris ſententia.

§. II.

De multiplici ſynagogæ ſignificatione, quid namque ſit Diſcipulos abſque ſynagogis fieri?

A*Bſque ſynagogis facient vos.*] Quid ſynagoga? Græcum eſt vocabulum idem ſignificans quod Latinè *Congregatio.* Tripliciter in ſacris vſurpari lego. Primò pro tota illa Iudæorum Republica; vt enim nunc Chriſtianorum conuentus Eccleſia dicitur, ita olim Iudæorum multitudo ſub vna veri Dei Religione ſynagoga dicebatur. *Recenſuerunt Moyſes, & Aaron, & Principes ſynagogæ filios Caath.* Num. 4. Auguſtinus ad Pſalm. 81. aſſerit Apoſtolos illum Iudæorum conuentum ſynagogam appellaſſe: *Sic enim in veteri Teſtamento appellatus eſt.* 4.

Tres ſynagogæ ſignificationes. Prima. Num. 4.

Secundò

5. *Secunda.* *Pſalm.85.* *Eccli.21.*

Secundò accipitur Synagoga pro quocumque ſiue bonorum, ſiue malorum cœtu. *Synagoga potentium quæſierunt animam meam.* Pſal.85. *Stupa collecta Synagoga peccantium.* Eccli. 21. Tertiò accipitur pro loco illo, in quem multitudo Iudæorum conueniebat, ad aliqua ſpiritualia exercitamenta. *Synagogam ædificauit nobis.* Luc.7. Aderant apud Ieroſolymam huiuſmodi Synagogæ multæ.

6. *Ad quoſnã vſus Synagoga?*

Quonam in vſus Synagogæ hæ inſtitutæ? Ad explicationem verbi Dei, & Moſaycæ legis prædicationem; ſingulis enim Sabbatis tota Iudæorum multitudo diuerſas in Synagogas conueniebat, vt legis doctrinam exaudiret. *A temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus Moſes, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.* Act. 15. *Erat prædicans in Synagogis Galilææ.* Luc. 4. *Erat docens in Synagogis eorum Sabbatis.* Luc. 13. Alter huiuſce loci vſus erat orare, & laudare Deum. *Conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra Eccleſiam orauerant, petentes auxilium à Deo Iſraël.* Iudith 6. Synagoga hoc loci appellatur Eccleſia. *Qui amant in Synagogis orare.* Matth.6. Conuenientibus viris, ac fœminis locus diſtinctus aderat. Primùm orabant pro communibus neceſſitatibus, ſpeciatim Meſſiæ poſtulantes aduentum. Poſt orationem primi illorum legis periti partem aliquam de libris Moyſis, ſeu alicuius Prophetæ populo explanabant. His perfectis, ſi quis inter adſtantes aderat peritus, maximè ex aduenis, aut alterius Synagogæ, ad dicendum inuitabatur; qui locum huic muneri deſtinatum aſcendens habebat concionem. Conſtat ex Act.13. confirmante Ioſepho lib.2. cont. Apio. & Philone lib.3. de Vit. Moſ.

(Margin: Act. 15. Luc 4. Luc 13. Iudit.6. Mat 6.)

7. *Probrum magnum, à Synagoga turbari.*

Hinc elicio merito probri loco duci, quemquam extra Synagogam fieri: eum enim à fidelium ſeparabant conſortio iudicantes indignum, qui cum eis in oratione & doctrina communicaret.

8. *Locus exponitur.*

Præmiſſis his, iam expendo ſententiam. *Abſque Synagogis facient vos*, priuabunt Synagogis, à ſuis vos conuentibus, & conuerſationibus tanquam excommunicatos expellent. Huiuſmodi ignominiam Dominus aliis verbis expreſſit, *Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum propter Filium hominis.* Luc 6. Quis non expectaſſet, poſt promiſſum Paracletum tantæ potentiæ, ſcientiæ, & bonitatis: & poſt verbum, *Non ſcandalizemini*, dicturum Dominum *In Synagogas vos recipient*, omnes ad vos procliues occurrent, beneuolentia efferent, & obſequio? Haud ſic, ſed, Abſque Synagogis vos facient, tanquam impios interficient. Pulchrè Toletus Cardin. *Multo aliter diuina ſapientia de rebus indicat quam mundana. Maius beneficium, & maius opus fuit Diſcipulos fortes facere in morte ſubeunda, & lætos aggredi pericula, omniaque huius mundi bona contemnere: quam impedire, ne occiderentur. Illud Apoſtolos fecit beatos, non hoc*

(Margin: Luc.6. Tolet. Læ: rum. beneficium.)

§. III.

De perſecutionibus diris Apoſtolorum.

9. *Augetur ſententia.*

Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos arbitretur, ſe obſequium præſtare Deo.] Auget ſententiam, Non ſolùm è Synagoga eiicient, imo venit hora vt ſic interficiamini, quod qui vos interfecerit, ſe ſacrificium Deo gratum offerre ſit arbitraturus. Interficiemini enim tanquam Dei aduerſarij, & legis peruerſores. *Sed* augmenti eſt particula pro *Imo*, ſeu *Quin potius. Venit hora*, id eſt, *Veniet tempus.* Sic illud: *Venit hora, quando omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei*, Ioann.5.

10. *Alia Patrũ expoſitiones.* *Auguſt.*

Scio particulam *ſed* in varios ſenſus Doctores adduxiſſe. Auguſtinus tract. 93. aduerſatiuam interpretans, hunc exprimit ſenſum: *Eiicient vos de Synagogis, ſed gaudete, quia tantam conuerſuri eſtis multitudinem, vt non patiantur Iudæi perſecutores veſtri vos viuere: ne omnes ad vos conuertantur.* Beda autem, *ſed vos gaudete, quia qui vos occident, non tam odio veſtri, quam Religionis ac legis diuinæ æmulatione id facient.* Porrò duras reputo expoſitiones, quæ adhuc legitimam gaudendi cauſam non continent; cum minus malum odium perſonale proprium reputandum erat, quam odium Religionis Chriſti: & quod impietas reputaretur, quæ ſumma erat pietas. Noſtram ergo expoſitionem accommodatiorem planè D. Cyrill. lib. 10. cap. 35. confirmat. *Non ſolum eiiciemini è Synagogis, ſed etiam fiet, vt interficiamini ſic vt veſtri interfectores ſacrificium Deo gratum veſtram mortem exiſtiment.*

(Margin: Beda. *Improbantur.* *Meam ex Cyrillo confirmo.* Cyrill.)

11. *An ſint verba intelligenda de Iudæis.* *Auguſt.*

Quæſieris, num hæc verba de perſecutione, quam, Apoſtoli à Iudæis paſſuri erant, an de illa, quam à Gentibus ſint intelligenda? Auguſtinus tract. 93. de Iudæorum perſecutione exponit. *Quinam de Iudæis* (ait) *deuouerunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.* Act.23. Idem Doctor lib. 2. cont. literas Petilia. cap.92. non ſolum de Iudæorum perſecutione contrà Diſcipulos Domini exponit: ſed probat, non poſſe de Gentibus intelligi, *quia hi non interfecerunt arbitrantes obſequium præſtare Deo; quia non verum Deum, ſed idola colebant.* Conteſtatur Cyrillus lib. 10. cap. 35.

(Margin: Cyrill.)

12. *De Gẽtibus præcipuè expono.*

Improbo tamen, quia Dominus ad Diſcipulos dirigit præcipuè ſermonem, & loquitur generaliter, *Omnis, qui interficit vos.* At præter vnum, reliqui à gentibus ſunt interfecti. Non ergo de Iudæis determinatè, ſed etiam de Gentibus ſententia eſt interpretanda. Dominus Gentes non expreſſit, tamen generalitate vtens, *Omnis*, eas præcipuè indicauit. Prior ergo ſententia, *Abſque Synagogis facient vos*, pertinet ad Iudæos; hæc autem maximè ad Gentiles. Haud efficax reputo Auguſtini argumentum. Nam etiam ſi falſos Deos colerent; veros tamen eſſe, & iis rem gratam ſe efficere putabant, Diſcipulos Domini interficientes: ſicut etiam non erat obſequium verum, quamuis Iudæos intelligamus, ſed impietas. Haud dicit Dominus, obſequium præſtabunt Deo; ſed *Arbitrabuntur, ſe obſequium præſtare*

§. IV.

Ex cauſa perſecutionis, & mortis Diſcipulos Dominus conſolatur.

13. *Perſecutio ex ignorantia, ſed culpabili.*

ET *hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.*] Zelus Gentium in vos non ex vero obſequio, ſed ex ignorantia erit. Si enim non nouiſſent Chriſtum, non interfeciſſent Diſcipulos eo nomine, quod Chriſtum anonnciſtent. Si autem non nouerunt Chriſtom, nec nouerunt Apoſtolos; ignorantes igitur quinam eſſent, illos interfecerunt. An Iudæos, ac Gentiles illa à crimine excuſarit ignorantia? Minimè, quia Diſcipuli ſufficientiſſimum illis teſtimonium perhibuere, quo audito, Chriſtum, & Patrem potuerant agnoſcere.

14. *Magnum conſolationis argumentũ.*

Magnum prorſus conſolationis argumentum, tùm quia eos ſine culpa pronnnciat ipſorum interficiendos; tùm quia ſigoificat eos propter Patrem, ac Filium paſſuros; vti rectè

August. deducit Auguſtinus tract. 93. Toletus, *Si pro patria, & parentibus, & amicis mori glorioſum eſt; quanto glorioſius erat pro Deo mortem oppetere?* Tum etiam, quia non agniti erant Diſcipuli, quinam eſſent. At ab ignorantibus pati, multo minus malum exiſtere Chryſoſto-

Chryſoſt. mus hom. 78. ſppoſita Principis ſimilitudine oſtendit. *Princeps, relicto à tergo omni comitatu, ſolus ad hoſpitium peruenit, & incognitus tanquam vnus de vulgo tractatur, iniuriaque afficitur. Hic profecto iſtorum contemnet ignorantiam, eoſque irridebit; expectans cito, comitibus, & familiaribus aduentantibus, illos qui iniuriam intulere, confundendos.*

15. *D. Cyrillus ſupplet verba ad ſententia expoſitionem.*

Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia dixi vobis.] Cyrillus lib. 10. c. 37. propter illam particulam *ſed* ſententiam qoandam ſupplet in hunc modum?

Cyril. *Non hæc ea de cauſa dixi, vt vigor veſtræ mentis eneruetur, & antequam pericula veniant, formidetis; ſed vt recordati, hæc vobis à me prædicta fuiſſe, magis admiremini: & in ipſo tempore periculorum certior ab euentu rerum ſtabiliorque in me fides efficiatur.*

16. *Sine ſupplemento expono.*

Exiſtimo tamen abſque Cyrilli ſupplemento, ſuperioris ſententiæ ſenſum conſtare. Illi, ait, interficient vos, quia ignorabunt me, & Patrem: ſed ego ab eis vos interficiendos prænuncio, vt ipſa interfectionis hora in memoriam verſetis, me ea omnia vobis prædixiſſe.

17. *Commoda ex præmonitione Dominica.*

Quidnam commodi Diſcipuli obtinuere, hanc eius præmonitionem memoria voluendo, dum patiabantur? Reſpondeo ex Cyrillo citato, *Reminiſci iubet prædicta ſibi omnia fuiſſe, vt etiam hinc firmiter eſſe Deum credant, (futura enim nouit) ac facilè poſſe per eum à periculis liberari non dubitent.* Cyrill. Profectò verba hæc efficaciora eſſe, ac plura complecti exiſtimo. Primò, *Reminiſcamini, quia ego dixi.* Recordabimini mei, qui pro vobis maiora paſſus ſum; hocque exemplo fortiores reddemini, & libentius ad mortem properabitis. Secundò, *Quia ego dixi.* & ſicut certum & veracem me in his perſecutionibus agnoſcetis, ita etiam veracem credetis in promiſſionibus; vt enim prædixi, vos morte afficiendos: ita etiam vos meo in Regno ſeſſuros prænunciaui. Tertiò, *Quia ego dixi*, ſi potui prædicere, potui impedire; cumque non impedierim, cognoſcetis vos munere cœleſti donari, cum nece afficiamini crudeliſſima.

18. *Laborum beatitudo.*

Rogitarunt aliquando Tyranni Chriſticolas, *ſi veſtri curam gerit Deus, & prouidus eſt, cur non vobis ad propulſandam necem fert auxilium?* Sic Clemens Alex. lib. 4. ſtrom. Non intelligebant miſeri hæc non eſſe vera mala; ſed media, quibus ſumma bona comparantes. Fideles ſummum decus, & ingens Dei beneficium reputabant, pro Chriſto mori. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſalm. 115. Vbi Hieronymus aſſerit, de Martyribus eſſe prophetiam. Dei ergò non erat, Diſcipulos tanto bono priuare; ſed eis auxilium ad tolerantiam impertire. An non Paulo expetenti à tribulatione liberari, Dominus reſpondit? *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12. Græcè *Mea virtus.* Splendet enim diuina virtus magis, dum per afflictiones tanta in hominibus operatur.

Clemens. Alex. — Pſalm. 115. — 2. Cor. 12.

IN IESUM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM,

EX PERICVLORVM INDICATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque Synagogis facient vos, &c.

Paracleto ſpiritu dilectionis aduentante, Diſcipuli non ſcandalizantur, dum tribulationibus opprimuntur, dum afficiuntur probris.

Quia diligentes perſecutores, eorum inanrant errata. O charitas operiens peccatorum multitudinem!

LOCVTVS ſum vobis, præclamans 19.
Spiritus ſancti aduentum, ac ſimul horri

horribilium tribulationum irruptionem, *vt non ſcandalizemini.* Si à Synagogis à falſis fratribus deturbandi ſunt, ſi occidendi ita, vt obſequium ſe præſtare Deo reputet homicida; quonammodo non ſunt ſcandalo afficiendi? Certè quia Spiritus ſancti aduentu dilectionis ignis & in Deum, & in proximos accendua erat: at amantibus nullum ſcandalum; quia amor omnia excuſat, cunctis parcet iniuriis, nullam è dilecto cauſam timoris arbitratur poſſe procedere.

20. *Non eſt ſcādalum diligenti.* Thom.

Fatur D. Thomas, *Cum charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, ſit pax multa diligentibus legem Dei, & non eſt illis ſcandalum.* Qui legem diligit, ſcit amare inimicos. Porrò qui diligit hoſtes, nullam in eis aſpicit taxandam actionem; amor enim inaurat errata.

21. *Reſpiciens ieſus paralyticum peccatorē Paracleti luminibus, ei parcit, quia multum deliquerat. Paracleti charitas inaurat errata?* Ioan. 5.

Cùm Dominus Piſcinam probaticam iniiſſet, ſiſtitur illi paralyticus poſt triginta & octo annorum ægritudinem. *Hunc cum vidiſſet* IESVS *iacentem, & cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri?* Denique donauit eum ſanitate, Ioann. 5. Ex Patrum expoſitione ad illud, *Iam noli amplius peccare.* ibid. miſer ille inueteratæ criminibus conſcientiæ fœditate iacebat. Videns autem Dominus, quia tam diuturna grauabatur iniquitate, ei ſanitatem impertit. Vndenam IESV ſic inaurare errata, vt vndè ſupplicium irruere deberet ſerius, venia ineffabilis exoritur? Proculdubio ex Paracleti in oculis Chriſti commoratione. Lumina IESV Spiritus ſancti igne ſuccenduntur, qui Spiritu ſancto reſpicit, hoſtis diuturni ita inaurat errata, vt ſit diuturna iniquitas excitatio ad veniam, ac ſi tot annis virtutis exercitamentis incubuiſſet. Fauet Rupertus lib. 5. in Ioan. *Oculis miſericordia, qua non eſt alia quam ipſe Deus noſter Spiritus ſanctus, vidit iſtum languidum.* Quid mirum motiuum fuiſſe veniæ diuturnitatem delinquendi, quaſi tot annis litaſſet obſequio?

Rupert.

22. *E cœlo nūc reſpiciens oculis Paracleti igne ſuccenſis, parcit benignius eis, qui grauius deliquere?* Pſalm. 101.

An nuncalius à ſe Dominus? Certè ſemper reſpiciens oculis columbæ id eſt, quos Spiritus ſanctus ſuccendit, ſemper parcere eſt præparatus innumera peccatorum vincula perfringendo, ſeu potius comburendo. Canit Dauid, *Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum.* Pſalm. 101. Qui in fornace compeditorum vincula combuſſit, è cœlo reſpiciens luminibus Spiritus ſancti igne ſuccenſis, comminuit compeditos; quia multum tempus habent iniquitatis. O dilectionis vis inaurans errata! Rupertus citat. ad hæc, *Proſpiciens de excelſo ſancto ſuo, de cœlo in terram aſpiciens, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum, vidit & cognouit quia multum tempus peccator haberet, id eſt, ſenſum pietatis ſuæ ſe ſerſiſſe probauit, quia tempus miſerendi venit.* Quaſi ei, qui Paracleti igne ſuccenſis oculis aſpiciebat, occaſio eſſet miſericordiæ vbertas miſeriæ, & quando dilectio non inaurabit errata?

Rupert.

23. *Qui odit, virtutes reputat errata: qui diligit, errata virtutes exiſtimat eſſe.* Prou. 10. Naz. an.

Sapiens inquit, *Odium ſuſcitat rixas, vniuerſa delicta operit charitas.* Prouerb. 10. Qui aliquem odio proſequitur, cunctas virtutes reputat, errata; qui autem diligit omnia errata virtutis iudicabit actiones. Nazianzenus Orat. de Pace. *Quemadmodum eadem terra ſtat quidem ſanis, mouetur autem vertiginoſis: cum videntium paſſio ad id, quod cernitur, tranſmutatur. Ita & nos facilè decipimur in inimicitiis. Contra verò vniuerſa delicta operit charitas.*

24. *Charitas velat aurū extenditur ad operienda crimina* 1. Pet 4. Corneh.

Applaudit Apoſtolus, *Antè omnia autem mutuam in vobiſmet ipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum* 1. Pet. 4. Preme *continuam.* Græcè ἐκτενῆ *Extenſam.* Extenditur charitas ſicut aurū ad operiēda dilectorum errata. Cornelius verbum *Operit*, ex Græco legit *operiet*, *hoc eſt, operire ſolet multitudinem peccatorum.* Non ſemel contigit dilectioni inaurare delicta, eius agnatum officium eſt: *Solet operire.*

25. *Quia Ieſus oculos dilectione accēſos habet, ferrea candelabra aurea reddidit.* Apoc. 1.

Chriſtus Ioanni apparet ſeptem Epiſcopos delinquentes taxaturus. *Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea, oculi eius tanquam flamma ignis.* Apoc. 1. Ex Alcaſaris mente ſeptem hi Epiſcopi totidem aureis candelabris ſignati ſeptem criminibus fœdabantur, quæ taxaturus Dominus aduentauit. Cur ergò Præſules crimine fœdati aureis in candelabris ſignificantur, & non ferreis? Certè quia oculi IESV ignis flamma ſuccenduntur, Paracleti ſole fulgentiſſimo illuminantur. Et quando dilectio non inaurauit errata? D. Baſilius ſermon. de Inſtit. Monaſt. *Deus & ſol promiſcuè omnibus lucem impertitur. Sic imitatores Dei charitatis ipſorum radium omnibus communicare debent.* Illud, *Ipſorum*, Dei & ſolis radios dilectionis effert. Quinam ſol, cuius charitas, ſeu dilectio laudatur, & à nobis imitanda obiicitur, niſi Spiritus ſanctus cuius flammis ſuccenſis luminibus Deus noſtra aſpectat errata, nempe vt operiat, vt inauret?

Baſil.

26. *An dum videt Deus errata, poteſt non videre? Dilectio inaurat, quia malum non cogitat?* 1. Cor. 13. Hebr. 4.

Paulus conteſtatur, *Charitas non cogitat malum, ſed vniuerſa delicta operit charitas.* 1. Corinth. 13. Non cogitat malum? Cæca ne dilectio, an ſtulta? Certè occulatam contemplare dilectionem, imo Dei oculatiſſimam intuere. *Viuus (inquit idem Apoſtolus) eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſiones animæ, ac ſpiritus.* Hebr. 4. Si Dei ſermō tam oculatus, quid Dei ratio? Quonammodò igitur mens diuina ſic cogitationes hominum elucidans, poteſt malum non cogitare? Profectò quia ipſi intellectus oculi igne Paracleti ſuccenſi dum crimina aſpectant, ſimul inaurant. Exaggeratum accipe cum grano ſalis D. Bernardi teſtimonium ſerm. 23. in Cant. *Stat propoſitum Dei, ſtat ſententia pacis ſuper timentes eum, ipſorum & diſſimulans mala, & remunerans bona; vt miro modo eis non modo bona, ſed & mala cooperentur in bonum. Hos ergo aduerti quaſi nunquam peccaſſe. Quoniam & ſi qua deliquiſſe videntur in tempore, non apparent in æternitate, quia charitas Patris* (ideſt Spiritus ſanctus) *operit multitudinem peccatorum.*

Bernard.

27. *Paracleto non tribuitur ſedere ad Iudicādum, quia non agnoſcit dilectio peccata?* Mar. 16.

O dilectio, quæ *non cogitas malum! Aſſumptus eſt* Chriſtus *in cœlum, & ſedet à dextris Dei.* Mar. 16. Cur non dixit, & Spiritus ſancti? Certè ſedente Patre, ac Filio, etiam Spiritus S.

conſedere dicendus eſt. Equidem ſeſſio illa ex
Mat. 16. aliquorum ſententia innuitur Chriſti iudiciaria poteſtas. Sedet Pater, ſedet Filius, quia iudices; non autem Spiritus ſanctus, qui *Medicus, Advocatus, Pater, Paſtor* ſæpè, nunquam autem
Maldon. Iudex vocitatur in ſacris. Maldonati celebris illa ſententia: *Animaduerto, in literis ſacris nuſquam Spiritum ſanctum, ſed ſolum Patrem, & Filium dici ſedere, quod ſedere gubernare ſit: & non Spiritum ſanctum, ſed Pater & Filius dicantur gubernare; gubernare inquam, extrinſecus: nam intrinſecus quidem animos hominum regere Spiritus ſancti proprium eſt.* Quare autem gubernatio non tribuitur Paraclero? An quia dilectio cum ſit, ita inaurabit errata, vt nullum quodammodò piaculum videbit, quod iudicare, ac taxare poſſit? Ita planè.

Observat. II.

Ad illa verba:

Abſque Synagogis facient vos, ſed venit hora, vt omnis, qui interficit vos arbitretur, ſe obſequium præſtare Deo.

Vt Dominus horribilia annunciet Diſcipulis pericula ita vt animo non conſternantur ea conſolationis nomine protulit.

Mirum enim in modum malum imminuitur pro conſolationis amici verbo.

28. ANnunciat Dominus Diſcipulos à Synagogis deturbandos, & conſolationis loco, aſſerit tam dirè trucidandos, vt qui occiderit, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Aſt illi mirum in modum alleuantur. Vndenam precor? Certè quia illa indictio grauioris tribulationis ſub ſpecie conſolatorij verbi profertur. Pia enim amici verba conſolatoria vel exitialia pericula aſſolent indulcare. Audi Angeli-
Thom. cum Doctorem in Cat. *Quæ verba ita ſubiecit, tanquam ex hoc conſolaretur eos, qui de Synagogis Iudaicis pellerentur. Iſte itaque ſenſus eſt in his verbis: Extrà Synagogas facient vos; ſed nolite ſolitudinem formidare, ſeparati quippe à congregationibus eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, vt illi metuentes, nè templum, quod erat apud eos, & omnia legis veteris Sacramenta deſerantur, ſic interficient vos, vt Deo arbitrentur ſe præſtare obſequium.* Prophetia quidem horribilia profert, ſed mitia omnino toleraturis, quia *verba hæc ita ſubiecit, tanquam ex hoc conſolaretur eos.* Ipſe Domini affectus ad conſolationem Diſcipulorum procurandam, illa pia diligentis IESV verba ſic indictionem horribilem malorum futurorum emolliebat, vt Diſcipuli mirum in modum confortarentur. O conſolatoria amici potentiſſima verba ad propulſandam ex animo conturbationem!

29. *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eo-*
Non eſt tribulatio, vbi *rum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor.* Apoc. 21. Ex mente Bernardi non ſolùm lacrymæ abſterguntur in ſuperis cum homines beatitudine donantur; ſed & in valle *eſt conſolatio.* lacrymarum. Quonammodò igitur dum flemus largiter, lacrymæ abſterguntur? Quia
Apoc. 21. Chriſtus piis verbis ſolatium impendit. *Felices* (inquit Abbas in Declam.) *lacrymæ, quas* Bernard. *manus benigna Conditoris abſtergit. Et beati oculi, qui in talibus liqueſieri fletibus elegerunt.* Benigna manus poteſt amaritudinem lacrymarum nectareum efficere liquorem.

30. Samueli dira erat tribulatio reprobatio Saulis. At Dominus aperte Regis indicens abiectionem, Prophetæ ait: *Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethleemitem; prouidi enim in filiis eius mihi Regem* 1. Reg. 16. Vſquequo luges Saul? Quia illum proiecisti, ne regnet Audi pulchram Ruperti lib. 4. de gloria & honore Filij hom. ſententiam, *Samuel talem conſolationem conſecutus eſt, vt miſſus à Domino, vngeret Dauidem Regem.* Iſta nè conſolatio, an aggrauatio tribulationis? Luget Samuel, & vt conſolatione afficiatur, indicitur Saulis reprobatio, & ad alium Regem inungendum immittitur. Vbinam ergo conſolatio? Portò ipſæ tribulationes nomine conſolationis ex verbis amicis, ac mitioribus exprimuntur.
Conſolatione affectus Samuel, diriora fortis ſuffert.
1. Reg. 16.
Rupert.

31. Iobum audite. *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo* cap. 29. Quonammodò Iob excitabat prodigia illa, quæ ſoli diuinæ potentiæ adſcribuntur? *Cæci vident, claudi ambulant*, inquit, Dominus Diſcipulis Ioannis, vt ſe aſſerat rerum conditorem, quem expectabant Iſraëlitæ: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Ioan. 1. Homo igitur purus quomodo ſe affirmat cæcis lumen, pedes claudo? Certè quia dum Iob conſolationem amicis verbis cæco, & claudo curabat afferre, dum illi cæcitate laborabant, dum compedibus illigabantur, quodammodo & videre, & ambulare poterant: quia conſolatio omninò videtur incommoda ablegare. Pulchrè Chryſoſtomus apud Comitolum in Cat. *Pro natura melior quidem, quam quiuis medicus, curator eram hominum mancorum, ac membris captorum; nam quæ arte corrigi nequibant, ſolatio ipſo, ac mira prudentia recreabam.* En conſolationis amicæ prodigia.
Cæcus, & claudus, dū conſolationē accipiunt, videns, & ambulant.
Iob 29.
Ioan. 1.
Chryſoſt.

32. Fatur Paulus. *Non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam: ſed conſolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.* Hebr. 10. Si autem dies iam mortis inſtat, ad quidnam tunc temporis conſolatio? Certè vt quodammodo non trucidentur, qui Martyrio ſunt coronandi. Quanam re poterunt vulnerati non vulnerari: necè affecti non mori? Proculdubio conſolatione: *Sed conſolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Gregorius lib. 5. Mor. cap. 3. *Bene Paulus abſconditum æternæ vitæ theſaurum quærentibus dicit, Non deſerentes, &c. Sed conſolantes, &c. Laborantem quippe conſolari, eſt pariter in labore perſiſtere; quia ablatio eſt laboris viſitatio hæc collaborantis.* Inſonet conſolatio, labor omnia aufertur, *Mors non erit vltra.*
Mors ex conſolatione vitalis eſt.
Hebr. 10.
Gregor.

33. Crediderim, conſolationem compatientis fortiorem eſſe ad ablegandam ex animo cauſam mœroris, quam ipſe effectus. Expone me rem. Suſcitaturus Dominus Lazarum, cuius mors
Fortior eſt conſolatio ad leuamē, quam ipſa tribulationis ablatio.
Ioann. 11.

acri

acriter ſororum præcordia vulnerabat, inquit, *Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei, Domine, veni, & vide. Et lacrymatus eſt Ieſus.* Ioan. 11. Cur Dominus lacrymas profudit? Zeno. D. Zeno ſerm. de Lazaro, aſſerit lacrymatum eſſe, vt ſorores Lazari conſolaretur. Cur autem curat conſolari lacrymis eas, quas donaturus mox erat ipſa fratris reſurrectione. An quia fortior eſt amici conſolatio ad propulſandam triſtitiam, quam ipſius cauſæ mœroris ablatio? *Cum Lazarum* (ait Pater) *poteſtate ſua fretus mortis de vinculo reuocauit, præſtabat pietatis officium ſolatio lacrymarum.* Præcurrebat conſolatio cauſæ mœroris ablationem, quia plus alleuantur præcordia mœrentis conſolatorio amici affectu, quam ipſa cauſæ mœroris ablatione.

Observat. III.

Ad illa verba:

Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur, ſe obſequium præſtare Deo.

Vt Dominus Diſcipulos ab ſcandalo remoueat, præmittit paſſuros eſſe dira certamina. An labores conſolatio?

Ita planè, Sanctorum enim tribulationes ficta omninò, non vera.

34. Tolet. Ait Toletus. *Quis non expectaſſet, poſt promiſſum Spiritum ſanctum tanta potentia, ſcientia, & bonitatis, & poſt verbum, Non ſcandalizemini, dicturum Chriſtum, In ſynagogas vos recipient, beneuolentia, & obſequio vos omnes afficient? At non hæc dicta ſunt, ſed, Abſque Synagogis facient vos, & interficient tanquam impios & ſceleratos, ſed venit hora.* An aggrauat tribulationem? Minimè, ſed deſpiciendam oſtentat. Ei enim, cuius mentem Paracletus illuſtrat, cuncti mundi labores quaſi ficti præſentantur. Non ſcandalizemini, quia abſque Synagogis facient, & quia dirè occidẽt. Ac ſi diceret, ex opprobrio, ac nece, ſcãdalo non afficiamini, quia cuncta mundi incommoda ficta eſſe comperiuntur.

35. *Eodem nomine exprimitur tribulatio ac beatitas.* Cur ſcandalum patiant tribulationes, quæ ſunt vera gaudia? Eodem ſi vocabulo & frui deliciis, & incommoda pati exprimatur, non probabiliter arguetur idem eſſe pati, ac exultare? Clamitant impij, *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter.* Sap. 2. Sap. 2. Conſal. M. Conſaluus *Græcè frui bonis, ſiue commodum ſumere, valet etiam incommodum capere. Nam ex iis detrimenta maximè percipiunt mali, vndè ſibi pollicebantur delibare commoda, & emolumenta præclara.* Vnde id elicio eodem commoda, & incommoda ſignari vocabulo, quia idem eſſe comperiuntur. Quemadmodum enim dum mali bonis fruuntur, malis verè vulnerantur: ſic dùm ſancti afficiuntur laboribus, verè frui commodis oſtentantur.

36. Dauid, *Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis, quibus vidimus mala.* Pſal. 39. *Lætamur in diebus laborũ in præſenti* Pſalm. 39. An in ſuperis lætabimur pro diebus tribulationis? Certè & hîc, lætitia afficimur: Vnde particulam *Pro* aliquis vertit *In.* Vt innuatur Diuos non ſolum afficiendos in ſuperis lætitia pro diebus & annis, quibus incommoda ſuſtinuere: ſed & hîc in hiſce diebus & annis tribulationũ lætari, quia illud ipſum pati, gaudere eſt. Vnde Bernardus ſer. 87. in Cant. Bernard. *Hoc genus lætitiæ cæli neſcierunt, niſi per Eccleſiæ filios.* Qui quidem ex his, quæ paſſi ſunt, didicerunt educere beatos in laboribus adeſſe beatitudinis voluptatem.

37. *Flores laborum cũ fructibus gloria hîc colligantur.* Cant. 2. Clamat Sponſa, *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit.* Cant. 2. Inuerſus ordo verborum cuidam non immeritò Interpreti, debuiſſet enim dicere, *Tempus putationis aduenit, flores apparuerunt in terra*; quia poſt arborum putationem in autumno perfectam, primo vere exoriente floribus arbores exornantur. Cur ergo aſſerit poſt flores putationis tempus aduentaſſe? Porrò inter flores & putationem fructus præſentantur hoc ordine, primò arbor flores producit, mox flores fructus faciunt, denique ad futuri anni fœtus arboris ſuperflua reſecantur. At in præſenti poſt flores illicò, putationis fit mentio, quia ipſi flores fructus ſunt vocitandi. Et quinam flores fructuum nomine decorantur? Certè labores, tribulationes, quibus iuſti hoc in ſeculo agitantur, flores ſunt æternæ fœlicitatis, quam quidem non ſolum ſperamus futuram, ſed & præſenti fruimur. Nyſſen. Pulchrè Nyſſenus ad illud Dominicum: *Beati qui perſecutionem patiuntur, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum.* Matth. 5. Non dixit *erit*, ſed *eſt*, quia & hîc Regno fruitur, qui patitur perſequutionem. *Fructuum qui ſperantur, flos afflictio eſt. Iam verò anima ſancta, viſis floribus, qui æternitatis fructum inamiſſibilem promittunt, gaudio iam perfuſa annunciat, Flores apparuerunt, tempus putationis aduenit.* Iam gaudio perfundor, iam fructus præſentantur, iam inſtat ad anni venturi ſpem putationis labor.

38. *In virga laborum Diuorum requies.* Gen. 47. Morti olim proximus Iacob, *adorauit Dominum conuerſus ad lectuli caput.* Gen. 47. LXX. *Adorauit Iſrael ſummitatem virgæ eius.* Preme *Ad lectuli caput*, & *Adorauit virgam.* Quid virgæ cum lectuli capite? In capite lectuli ceruical ad capitis requiem apponitur, virga labores, tribulationeſque in ſcriptura ſignantur. Quænam igitur conuenientia virgæ cum ceruicali? laboribus cum requie? Profectò hîc virga percuti Diuus idem eſt, ac beatè quieſcere; quia picti labores. Hilar. Hilarius Can. 11. in Matt. *Nunquam dulcius ſancti requieſcunt, quàm dum laboribus fatigantur.* Hieron. Hieronymus in Regu. Monach. *Chriſtianis vexilla Crucis ſunt delicia. Trophæa noſtra vita non pompis, ſed miſeriis reportantur. Ideoque plus vobis donatum eſt, non ſolum vt credatis, ſed etiam, vt pro Chriſto patiamini.* Pende illud: *Chriſtianis vexilla Crucis ſunt delicia.* En puluinar in virga.

39. *Si labores toleras, quid expectas futuram gloriam? An nõ habes, dum pateris.* Euſeb. Emiſ. Do Euſebij Emiſſeni hom. de Martyr. ſententiam. *Cauete, ne bonam vitam ſi quando afflictionibus ſubditam videritis, miſeram iudicetis. Cauete, nè in arena mundi, in quam ad ſubeundos labores miſſi ſumus, aliquam felicitatem expectandam putetis.* Cur non miſeram iudicabimus vitam afflictionibus exundantem? Quia

afflictio ipſa Diuis eſt beatitudo. Quare autem agitati laboribus aliquam fœlicitatem expectandam haud eſt nobis putandum? Quia vanè futuram fælicitatem expectabit, qui de præſenti iam gloria potitur? ſi laboribus iam potiris beatis, exiſtima futura bona iam tibi præſentari. Quid ergò putes aliquam expectandam vltra fœlicitatem? Pulchra exaggeratio.

40\. *Vt requiem quam quærebat, Dauid inueniret, remittitur ad labores.* 1. Reg. 22. Carthuſ.

Requiem quærebat Dauid, cum à Saule agitaretur, & apud Regem Moab amicum commorari decernens, audit à Propheta Gad. *Noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in terram Iuda* 1. Reg. 22. Quare ad terram Iuda reuerti iubetur, Carthuſianus, *Iubetur abire, vt perſecutionem ſuſtineat.* Ideo ô Gad, Dauid ad præſidium ſe recipit, vt requie potiretur, cur eum cogis iterum ſubire certamina? Certè vt requie, quam quæritat, potiatur, Ac ſi diceret Vates, Non aptè expetens requie frui ad præſidium fugis, ſi Diuis in laboribus verax requies præparatur. *In terra ſua Dauid laboribus exerceatur, & per eos victor euadat. Is enim tantummodo* accumbit, *qui Crucem fert ſecum: ſuccumbit vero, & premitur, qui Crucem non tolerat.*

41\. *Paulus non vult dari vincula, ſed gloriam ſuã aliis, quaſi Deiſicus ex patientia.* Act. 26. Chryſoſt.

Coram Agrippa Paulus, *Opto apud Deum, omnes, qui audiunt me hodie, fieri tales, qualis & ego, exceptis vinculis his.* Act. 26. Cur cuncta bona omnibus exoptans vincula ſibi ſoli reſeruat? Reſpondet Chryſoſtomus hom. 33. in 1. ad Cor. *Vt qui nondum illam gloriam noſtram deguſtauerint, vbi philoſophari diſcent, etiam catena, & vinculorum decus admirabuntur.* Attamen conuenientius argumento, exiſtimo, ideò non vult vincula communicari illa, quia Deificus quodammodo ex beatitudinis fulgore effectus gloriam ſuam alteri non vult exhiberi. *Gloriam meam alteri non dabo.* Igitur dum Dominus Diſcipulis in ſolatium opprobriorum, necem diram annunciat, eos gloria potituros oſtendit.

Observ. IV.

Ad illa verba:

Abſque Synagogis facient vos, &c.

Poſtquam Dominus prænunciauit Diſcipulis virtutum faſtigium, ad quod erant, ex aduentu Paracleti, euehendi: conſequenter aſſerit ipſos tribulationibus diuexandos.

Celſioris enim virtutis aſſeclæ ſunt vberiores tribulationes.

42\. Verorum prænunciauit Dominus Paracletum, qui (ex mente Dydimi) Diſcipulos ſempiterno virtutum gaudio, & robore donaret. Mox conſequenter perſecutiones diras annunciat, labores, opprobria, neces indicit. Etenim tribulationes perfectionis aſſeclæ aſſurgunt; quò ſanctior eſt, vberioribus perſecutionibus, aut laboribus agitatur.

43\. Semper tribulatio iuſtis præbet annonam, laboribus ſpiritualis infantia nutritur. Moyſes Zabuloni, *Lætare Zabulon in exitu tuo, Iſſachar in tabernaculis tuis. Qui inundationes maris quaſi lac ſugent.* Deut. 33. Pro lacte dulci aqua amariſſima Zabuloni & Iſſachari propinatur. Quare precor, niſi quia virtutis aſſignantur alumni? Stephanis in Allegor. Gudofredi. *Inundatio maris eſt abundantia tribulationes, quæ tunc ſugitur, cum dulcis à iuſtis reputatur. Denique ſicut lac eſt nutrimentum puerorum, ſic tribulatio pabulum ſit electorum.* Si paruulis pelagi vndæ pro lacte offeruntur, quid non robuſtiores tribulationum omnium ſagina cibentur? Anſelmus Rom. 6. *Id quod dicitur paruulis iuſtis lac grandibus eſca ſit.* Paruuli enim mitiori potantur tribulatione, quæ robuſtiori ſolidatur.

Tribulationibus veluti cibo iuſtus educatur, & creſcit. Deut. 33. Anſelm.

44\. *Dum iuſtus perfectior oſtenditur, grauioris tribulationis igne decoquitur.* Iſa. 48. Oleaſt.

Iſaiæ ore Deus, *Ecce coxi te, ſed non quaſi argentum: elegi te in camino paupertatis* cap. 48. Hebraicè, *Ecce fudi te, & non in argentum: elegi te in camino humilitatis.* Ac ſi diceret, te tribulationibus purgaui, recens natum virtutis alumnum. Poſtquam autem factus es virtutibus fortior, te ad caminum adduxi, vt inſtar argenti acrioribus tribulationibus agereris. Oleaſter, *Tribulationibus purgaui te, ſed non ſicut argentum, quod magno igne eget, vt purificetur. Poſtquam te ab omni ſcoria purgaui, & ad maximam deduxi munditiam, & pulchritudinem: tunc elegi te etiam in camino humilitatis.* Tunc etiam? An non omninò animus erat purificatus? Cur ergo acrioris tribulationis ignis ſancto ſuccenditur? Quia auguſtior virtus maioribus tribulationibus exornatur. Vndè vir perfectus fornaci humiliationis addicitur, cui infirmiori pepercerat ignis.

45\. *Qui cum Deo aſſiduè adeſt, grauiori abnegatione afficitur.* Luc. 15.

Conqueritur Prodigi frater, *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer.* Luc. 15. Imo & ideò tibi non impenditur temporariarum rerum abundantia, nec laxatio vt epuleris; quia tam celſæ virtutis es, vt nunquam Dei voluntatem violaueris. *Nunquam* præteriſti Dei mandatum? *Nunquam* (conſequenter planè) à laborum tolerantia recedes. Reſpondit Pater, *Fili tu, ſemper mecum es.* Si mecum commoraris, ſi ad habitaculi mei conſortium admitteris, ſi eleuaris ad verticem: aſſeclas neceſſario tribulationes experieris. Addit Hieronymus Epiſt. 146. *Mecum es ſemper. Mecum es lege, qua ſtringeris, mecum es, dum mihi & in captiuitatibus erudiris.* Qui cum Deo ſemper commoratur in captiuitatibus eruditur, quia de more eius, qui ediſcit, quotidie, facit ſcientiæ progreſſus. Vis vulgariter explicem. *Cada dia en la facultad del padecer es mas docto.* Hieron.

46\. *Creſcentibus iuſtà partubus, creſcit & dolor.* Gen. 3. Epheſ. 5. Procop.

Enæ Conditor, *In dolore paries filios.* Gen. 3. Myſticè Hugo Victor. *Non videtur hæc eſſe maledictio, ſed potius benedictio.* Benedictio nè, acerbiſſimo dolore eniti? Certè *Sacramentum hoc* (ait Paulus) *magnum eſt, ego dico in Chriſto & in Eccleſia.* Epheſ. 5. Parit Eccleſia, fructus perfectionis ſancti producunt? Labores ſimul multiplicantur. Procopius appoſitè, *Eccleſia magnis dolorum ſæuitia generat. Labor enim ſemper virtutis anteambulo eſt. Vnde Eccleſia ſuos liberos parit interuentu regenerationis lauacri; comes ſi quidem virtutis eſt labor.* Si ſemper labor anteambulo virtutis à natalitio, ſi comes: aſcendente virtute, & laboris aſcendet tribulatio. Ante-

ambu

ambulonem magnum aliquis Ioannem Baptiſtam appellauit meritò, quia magni Regis. Creſcente virtutis perfectione, creſcat & anteambulo, id eſt, labor oportet.

47. *Quo eleuatior eſt Arca iuſtitiæ, eo creſcit & laborum profunditas.*

De Noëmitica Arca Moſes, *Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt Arcam in ſublime à terra*, Gen. 7. An non Arca eleuata ab aquis falſis iuſtè liberaretur? Profectò eleuationi illi neceſſaria erat vndarum comitatio. Inſeparabiliter virtus & labores degunt: creſcit iuſtitia, exuberent labores neceſſum eſt. Anſelmus ad Luc. 14. *Scriptum eſt de aquis diluuij, Vehementer inundauerunt, & leuauerunt Arcam in ſublime à terra. Quid enim per aquas niſi tribulationes: & quid per Arcam niſi Eccleſia figuratur? Aquis ergo inundantibus, eleuatur Arca in ſublime, aduerſis irruentibus fidelis anima cælo fit proxima.* Cœlo proxima & ſimul ſalſo immerſa? Ita planè; nec enim poteſt Arca aſcendere ſine vndarum vehiculo: nec ſine laboribus vitæ perfectio incedere. Vnde virtutis incrementa laborum connotant multiplicationem. Gen. 7. Anſelm.

LIBER NONVS.

IESVS EXITIVM PRÆVIDET IEROSOLYMÆ

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput decimumnonum Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

Ligni vitæ, ſeu IESV prophetantis FRVCTVS NONVS.

PERGENS Dominus Per Ieroſolymam ttiumphaphator, propius intuitus Ciuitatem antè ingteſſum, defleuit illius cladem omnium miſerrimam, quam à Romanis Principibus Tito, & Veſpaſiano erat acceptura. Iamque intra Vrbis mœnia aderat, cum ſubitus omnes occupat motus, quo nouarum rerum cupidi ſcire geſtiebant, quis ouationibus vſque adeò inſolitis Ieroſolymam ingredeterur. An æternum miſerabilis Ciuitatis excidium? Minimè quidem, quia Deipara pto ſuo populo exorauit. Pulchrè ad argumentum D. Amedæus hom. 5. de Deip. *Quis explicet, quo dolore angebatur Virgo, quibuſvè premebatur anguſtiis, cum propheticis oculis cerneret caſum populi, ruinam Patriæ, & ipſius ſanctæ olim Ieruſalem euerſionem? Certè Prophetæ præſcij futurorum prædixerunt excidium Iudæorum, & interitum ſuorum fletu multo proſecuti ſunt. (Ipſe Dominus mouit lacrymas ſuper Ieruſalem.) Paulus plenus pietate optauit anathema eſſe à Chriſto pro fratribus, qui erant ſecundum carnem. Quanto magis Mater pietatis cuncta faceret, omnia lubens ſuſtineret, quibuslibet ſe pœnis, & mortibus obiiceret, vt interitum illum, & cladem (quam prædixit Dominus) à gente ſua ſubmoueret.* O lacrymas Mariæ aliquandò, ſi non àb excidio temporali liberationi, conuerſioni nouiſſimæ profuturas!

Amedæ.

LVCAS

LVCAS CAP. XIX.

VERS. 41. ET vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens:

42. Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo; & circumdabunt te: & coangustabunt te vndique.

44. Et ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

45. Et ingreſſus in Templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes, dicens illis:

46. Scriptum eſt, Quia domus mea domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

47. Et erat docens quotidie in Templo.

PARAPRASIS.

41. *CVM iàm eo progreſſus eſſet Ieſus, vt propius in proſpectu eſſet Ieroſolyma, videns ciuitatem illam ignoratione venturæ calamitatis ſecuram, miſericordia motus illacrymauit, ac verbis abruptis, veluti præ dolore ſingultiens, deplorauit illius exitium profatus.*

42. *Si tu quoque cognouiſſes, quemadmodum ego cognoui, tu hac die tua, ſeu mei aduentus, quæ tibi ſalutem offert, quæ ad pacem tuam, ſummamquè felicitatem ſpectant, ſtuderes amplecti, quod offertur; non perires, non funditus dirueretis ab hoſtibus. Nunc nec diem tuum agnoſcis, nec illum non tuum proſpicis. Vterque abſconſus eſt ab oculis tuis præſentis felicitatis temulentia cæcutientibus.*

43. *Venient Romani Principes; quos tuo Regi antepoſueras cum armatis copiis ac primum circumſepient te vallo, ne qua puteas effugium; deinde viris, ac machinis vndique cingent te obſidione arctiſſima.*

44. *Denique totam iſtam ſtructuram tuam vna cum Templo ſolo æquabunt. Nec hoc contenti, filios tuos; quibus tu nunc ſuperbis, internecione concident: totamque iſtam tuam gloriam ſic funditus tollent, vt nec lapidem relicturi ſint tibi lapidi cohærentem; nè quod veſtigium tui maneat, aut nè qua ſit ſpes inſtaurandi. Erunt hæc miſeranda, ſed tuo merito accident, eo quod toties prouocata olim per Prophetas, nunc per Ioannem, & Meſſiam tuum obſtinatè Dei ſpernas miſericordiam.*

45. *Hæc locutus Ieſus venit Ieroſolymam, & ingreſſus eſt Templum, vnde ementes, & vendentes deturbauit, dicens:*

46. *In ſcripturis fatur Deus: Domus hæc mea non negotiationi dicata eſt, ſed precationi; vos autem vertiſtis illam in ſpeluncam latronum ſpoliantes hoſpites, & inſidiis impiis veſtrum lucrum aliorum damno procurantes. Declarauit hoc facto Dominus quantam perniciem fœdi quæſtus ſtudium pariat Eccleſiæ.*

47. *His peractis, velut in ſuo Regno verſans, quotidie docebat in Templo palam, contempta inſanabili Phariſæorum malitia.*

SECTIO PRIMA.

Ieroſolymæ Ruina.

TEXTVS.

VERS. 41. ET vt appropinquauit, videns Ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens: 42. Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis 43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique. 44. Et ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem; eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Dominico Fletu.

1. *Lacrymæ Ieſu ex cõpaſſione futuræ Iudæorum calamitatis.*

ET *vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam.*] O Domini pietatem! In medio triumpho lacrymas profundit, Iudæorum exitium, non propriam mortem lamentatur. *Vt appropinquauit.* Cum in locum montis Oliueti veniſſet, ex quo ciuitatem Ieroſolymã adſpexit, eſt lacrymatus. An inuitæ lacrymæ illæ inuitis nobis erumpunt, Chriſti autem imperio ſuberant tam affectus, quàm fletus. Libens non ſuo, ſed ciuitatis funeri fletum dedit, miſericordiæ affectu. Theophylactus, *Oſtendit viſcera miſericordiæ per fletum.* Euthymius, *Ciuitatem Ieruſalem propter immenſa vitia deſtruendam humano modo Chriſtus præ immenſa ſua bonitate, deflet: etiam hinc oſtendens, qualia haberet erga ingratos viſcera.* Miſereri ingratis, infinitæ pietatis eſt documentum? Apoſtolus monet, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Rom. 12. Porrò Chriſtus nõ cum flentibus, ſed cum ridentibus lacrymatur. Ea fletus vehementioris eſt cauſa, cum rident, qui flere debuerant. *Dicens:*

Theoph. Euthy. Rom 12.

2. *Aliorum expoſitio.* Gregor.

Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi.] Lacrymarum hæc vox. D. Gregorius in hunc modum expoſuit: *Quia ſi cognouiſſes ô Ieruſalem*, ſubaudi *euerſionem, quæ tibi imminet, etiam tu*, ſubaudi *fleres, quemadmodum ego.* Et quidem in *hac die tua, quæ ad pacem tibi*, id eſt, *& quidem in hoc tempore tuo habes, quæ ad pacem tibi eſſe poſſunt, diuitias, & voluptates. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis mala tibi impendentia, ideo in pace agis.* Ianſenius particulam *ſi* putat ſignificare *Vtinam*: particulam verò *Quia* redundare, & abſque reticentia hoc pacto interpretatur: *O vtinam cognouiſſes & tu ea, quæ ad pacem, & vtilitatem tuam faciunt. Nunc autem cæca es, ea non cognoſcis, abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Caietanus ſic.

Ianſen. Caiet.

3. *Auctoris interpretatio.*

Sic tamen ſententiam expendo: *Quia*, hoc eſt, *vtique* ſi cognouiſſes etiam tu ô Ieruſalem, quod ego cognoſco, & intueor. Si cognouiſſes in hac die tua, id eſt, in hac die mei aduentus, quæ tua eſt, quia tibi ſalutem adfert. Si cognouiſſes, inquam, quæ ad pacem tibi, id eſt, quæ ad pacem tuam, ſummamque fœlicitatem ſpectant, meum videlicet aduentum, meumque Regnum, & de tartareis hoſtibus triumphum: ſubaudi, *non perires.*

Nunc autem abſcõdita ſunt ab oculis tuis.] Hoc eſt, nunc autem ea quæ ad pacem tibi, abſcondita ſunt ab oculis tuis. Cæca es, nec agnoſcis eum, quem Vates deſcripſit. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus*, proculdubio peribis. Titus Boſtr. ſic, *Si cognoſceres, quæ ſint illa, quæ vtilia, & planè neceſſaria ſunt vt pacem cum Deo ineas, non tanta te miſeria, & cruces expectarent. Verum ſunt hæc abſcondita ab oculis tuis.* Euthymius, Heſychius epiſt. 79. ad Auguſt. & Auguſtinus epiſt. 80. reticentiam agnoſcunt. Sic enim ſcribunt: *Et tu, ſi cognouiſſes tempus viſitationis tuæ, forſitan permanſiſſes. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Igitur hic Domini plorantis ſermo abruptus eſt per reticentiam, præ dolore loquentis. 4. *Cæcitas Iudæorum.* Titus Boſtr. Euthym.

In expoſitionis robur adnoto, in his verbis: *Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi* relatiuum *Quæ* non referri ad diem, quaſi dicat, *In hac die tua*, quæ dies eſt ad pacem tuam. Eſt enim *Quæ* numeri pluralis, vt conſtat ex Græco, *Ea, quæ ad pacem tuam.* Nec verò exiſtimandum eſt, noſtrum Interpretem aliter legiſſe, quam modo Græci habent Codices, quod probant illa verba: *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis*, nempe τὰ ea, quæ ad pacem tibi. Græcè ἐκρύβη *abſconditum eſt*, vel *abſcondita ſunt.* 5. *De relatiuo Quæ, an ad diem referatur?*

§. II.

De Vaticinio ruinæ Ieroſolymitanæ.

QVia *venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo*] Particula *Quia* non reddit cauſam, ſed idem eſt ac *Vtique*, vt ſæpè alibi. Vtique *venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui* Romani *vallo, & circumdabunt te.* Græcè pro repetitione, *Circundabunt te* eſt, *Circumcingent te milites.* Prius aſſerit obſidendam Ciuitatem, mox militum deſcribit obſidionem: A militibus circumcingeris, & coanguſtabunt te vndique, comprimient, & coarctabunt te omni ex parte. Audiendus Ioſephus lib. 6. de Bello, cap. 13. *Murus vno minus quadraginta ſtadiorum erat. Ad hoc autem foris caſtella tredecim ædificata ſunt & eorum gyrus denis ſtadiis numerabatur, Totum* 6. *Particula Quia. De duplici circumdatione.* Ioſeph.

tum autem opus triduo conſtructum eſt, vt quidem menſibus dignum videretur, celeritas vero fide careret. Iudæis autem cum exeundi facultate omnis etiam ſpes ſalutis adempta eſt, auctaque iam fames tota domos, ac familias depaſcebatur.

7. *Et ad terrã proſternent te.*] Solo æquabunt.

De Iudæorũ, Ieroſolyma. quo excidio. Ioſeph. Euthym.

Denique *non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.*] Ruſum Ioſephus lib. 7. de Bel. cap. 18. *Poſtquam quos occideret, quidve raperet non habebat exercitus: iubet eos Cæſar totam funditus iam eruere Ciuitatem, ac Templum, relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant Phaſelo, & Hippico, & Mariamme, murique tanto, quantum Ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem vt eſſet Caſtrum illic cuſtodiæ cauſa relinquendis; turres autem, vt poſteris indicarent, qualem Ciuitatem, quamque munitam Romanorum virtus obtinuiſſet. Alium verò totum ambitum ciuitatis ita complanauerunt, diruentes: vt qui ad eam acceſſiſſent, habitatam aliquando eſſe vix crederent.* Si relictæ turres, quonammodo Dominus aſſeruit lapidem ſuper lapidem non eſſe relinquendum? Reſpondent Barradius, & alij de reliquis ciuitatis ædificiis locutum, quæ penitus euerſa, vel de tota Ciuitate quia parum pro nihilo reputandum. Affirmo ſermonem hyperbolicum, vti alibi non ſemel, extitiſſe.

Obiectioni reſpondet.

8. *Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.*] Viſitaſſe dicitur Dominus plebem ſuam, cum in mundum venit: *Viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Luc. 1. Eſt viſitatio miſericordiæ, *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens.* Ibid. Eſt iuſtitiæ viſitatio: *Viſitabo ſuper orbis mala.* Iſai 13. Miſericordiæ hæc eſt viſitatio, quam Iudæi non cognouere: ideo iuſtitiæ viſitationem experti ſunt. Auguſtinus lib. 1. de Conſ. Euang. cap. 12. *Pro grauiſſimo ſcelere occiſi Chriſti Iudæi ex ipſa Ieroſolyma, quæ erat Regni eorum caput, penitus eradicati, & Romano Imperio ſubiugati ſunt.*

Quid, Viſitatio. Luc. 1. Iſai 13. Auguſt.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX IEROSOLYMÆ RVINA.

OBSERV. I.

Ad illa verba:

Videns Ciuitatem, fleuit ſuper illam.

Chriſtus de ſua Paſſione & morte non lacrymatur, & ob perituram Ciuitatem lacrymas profundit. O ineffabile diuinæ pietatis documentum.

Edocet nos de proximorum calamitatibus affici, vt Conditorem æmulemur. Compaſſionem enim non oſtendere in proximi laboribus diabolicum eſt.

9. *Euſeb. Emiſ.*

AIT Euſebius Emiſ. *Vt igitur appropinquauit vident ipſam Ciuitatem in ſuam necem conſpirantem, non de ſua morte, quam illa machinabatur; ſed de illius ruina, & perditione fleuit.* O ineffabilem pietatem Conditoris! Diſſoluitur Templum corporis tui, & non profundis lacrymas: & ploras largiter Ieroſolymæ diſſolutionem præuidens?

10. *Quam ingens Domini fletus affectus! Euthy.*

Affectus vehementiam contemplare. *Quia ſi cognouiſſes, & tu, & quidem in hac die tua.* Mutilus ſenſus, nec adhuc perfectus ineſt. Euthymius *Defectiuus ſermo eſt, deficit enim, Nequaquam perires.* Vndenam id? *Conſueuerunt enim flentes verba præ affectus vehementia abrumpere.* Recole totam Dominicæ Paſſionis hiſtoriam. Num audiſti IESVM ſententiam aliquam abrupiſſe?

11. *Apud hortũ fleuit de noſtra ruina. Bernard.*

Apud hortum tunc maioris vehementia affectus tenebatur (vltroneus quidem) cum ſanguinem pro lacrymis (vti Bernardus ait) profudit. *Vbi non ſolis oculis ſed & cunctis membris fleuiſſe videtur.* An de ſua nece, aut paſſione proxima lacrymatur? Addit Abbas, *Vt vniuerſi corporis, quod eſt Eccleſia, macula totius corporis lacrymis mundarentur.* Nec vnam lacrymulam Dominus pro nece propria profundendam voluit?

12. *Cohibet plorantes filias Ieruſalem, quia non pro Ciuitatis exitio flebãt, ſed pro morte Ieſu. Math 27. Barrad.*

Num non & Ieroſolymæ filias plorantes cohibuit? *Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* Mat. 27. Cur eas à luctu protraxit? Qui videns Ieroſolymam fleuerat ſuper illam, vult comites luctus habere. Mecum (ac ſi diceret) plorate, pro futuro Ieroſolymæ exitio, non pro Paſſione mea. Noſter ſapientiſſimus Barradius tom. 3. lib. 7. cap. 9. ait, *Fortis viri eſt, mortem ſuam non deplorare, ſed læto animo, vel patienti ferre: alienis verò malis lacrymas dare. Hoc fortiſſimus fecit leo de Tribu Iuda: mortem ſuam læto tulit animo, ac patientiſſimo; alienis verò ſuorum interfectorum calamitatibus illacrymatus eſt. Fortiſſimi huius animi verba ſunt illa ad mortem euntis, Filiæ Ieruſalem,* &c. *Quoniam ecce veniunt dies*, &c. Mecum lugete de aduentanti veſtræ Ieroſolymæ calamitate.

13. *Amantis egregij affectus hic eſt. Ioann. 11.*

Fortis id animi fatur eſſe documentum: *Fortis viri eſt.* Potius dixerim eſſe Dei amantis affectum. Apud Lazari ſepulchrum Dominus fleuit, *Et lacrymatus eſt* IESVS. Arguere Iudæi adſtantes, *Ecce quomodò amabat eum.* Ioan. 11.

Ioann. 11. Ex Dei lacrymis quidnam niſi dilectio ineffabilis eſt colligenda? Videns ciuitatem Ieroſolymam flet Dominus? Ecce quomodo amabat eam. Sic Barradios citat. *Lazarum cum defleuis mortuum, dixerunt nonnulli, Ecce quomodo amabat eum. Nunc populum periturum cum deplorat, dici etiam poteſt: Ecce quomodo amabat eum.*

Barrad.

14. Aſſerit Auſonius, affectum ad honoris gloriam ita homini agnatum, vt faciat eum à quolibet abſtrahi mœrore. Vnde lepidè addixit, *Nullus Principis hæres veraciter defleuit.* Quia in conſpectu honoris Regij fons luctus exſiccatur. Solemnem ſibi parans Dominus triumphum, vt Ieroſolymam ingrederetur, ſubſtratis in via multitudinis veſtimentis, palmas portantibus iis, qui comitabantur, clamitantibus turbis, *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini: vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam.* Luc. 19. An non Regius honor impenſus debuiſſet hominem à fletu cohibere? Certè vis dilectionis Deum & hominem impulit ad planctum vel in media plauſus ſupremi acclamatione. Caietanus adnotauit. *Vide Phariſæ, quam charam habeat Dominus huiuſmodi gloriam. Inter tot honores ſedens ſuper aſinam flet, non extollitur, non magni facit honores, qui fletum non continet compaſſionis.* An non quia charam habet miſeram Ieroſolymam.

Vel in medio triumpho mœmor excidij ſuorum plorat.
Auſon.
Luc. 19.
Caietan.

15. O quam Deificum eſt, compaſſionis lacrymas profundere! *Verbum Domini quod factum eſt ad Oſee filium Beeri in diebus Oziæ: Principium loquendi Domino in Oſee* cap. 1. Cur in Oſee principium loquendi dicatur Dominus, qui diù iam per plures Prophetas fuerat profatus? Certè quia populi calamitatem proximam obortis lacrymis prænunciauit. Pulchrè Ruffinus, *Alij Prophetæ licet aliqua de populi captiuitate dixerint, tamen quaſi quietis mentibus precinebant. Oſeas autem quaſi lacrymoſis queſtibus totum exequitur, & affectum Domini noſtri effingit.* Qui quidem prænuncians Ieroſolymæ calamitatem eſt lacrymatus.

Deificum eſt, compaſſionis lacrymas profundere.
Oſee. 1.
Ruffin.

16. Certè quemadmodum effingit Dei affectum, qui lacrymas profundit, dum annunciat proximorum incommoda: diaboli affectum æmulatur, & exponit, qui ſiccis oculis aliorum cladem aſpectat. *Nuncius venit ad Iobum, qui diceret: Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxtà eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi.* cap. 1. Nullam triſtitiæ notam nuncius iſte in tam miſerando caſu prætulit. Hominem ne agreſtem habeam, an diabolum reputem? Pulchrè Olympiodorus in Cat. Comit. *Non humanitate aduerſarij ſeruatus eſt is, qui hæc nunciaret: ſed eo vt triſtium rerum duntaxat nuncius exiſteret. Fortaſsè enim agreſtis & ferus aliquis homo erat, aut etiam ipſe dæmon nunciorum perſonam, aut formam potuit præſeferre.* Homo non reputandus, qui incommoda proximi ſiccis oculis aſpectat.

Diabolum imitatur, qui oculis ſiccis aſpicit proximi incommoda.
Iob. 1.
Olympio.

17. Vidiſti velamina in obitu Saluatoris conſciſſa? Crediderim Domini gerens perſonam velum ſcindi, & quaſi lacrymas profundere. *Velum Templi ſciſſum eſt in duas partes.* Mat. 27. An plorat ob Domini necem? Minimè ſed ob populi exitium. Nam perſonam gerens ſaluatoris debebat eius affectum imitari. Bellè Cyrillus Alex. *Hac Iudæorum conſuetudine Templum Dei quodammodo vſum,* (ſciſſa veſte Iudæi animi luctum exprimebant: *Currens vir de Beniamin venit in Silo ſciſſa veſte.* 1. Reg. 4.) *cum Chriſtus expiraſſet, velum quaſi veſtem ſuam illicò ſcidit; quod diuinitus ideò dixerim eſſe factum, vt ſanctum Dei Templum populi cauſam lugere intelligeretur.* Deificum Templum Dei lugentis imitatur affectus; Dæmoniacus autem homo crudelis dæmonis exprimit ſiccitatem.

Velamen Tēpli Chriſti agēs perſonā, plorat Ieroſolymæ exitium.
Math. 27.
Cyrill.
1. Reg. 4.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Fleuit ſuper illam: Si cognouiſſes & tu, &c.

Dum Chriſtus Vrbis Ieroſolymæ ſe ſe exhibet manſuetum Principē, tunc eius infallibile deplorat exitium.

Quia ſicut inter maxima Dei beneficia adnumerandum, corripi peccatorem: extremæ ruinæ documentum eſt, delinquentem non corripi.

MAnſuetum ſe ſe Vrbi Dominus oſtentauit. *Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Math. 21. Si manſuetus ad Ieroſolymam accedis, cur iam infallibile eiuſdem ploras exitium? Quia nunquam homines magis deplorandi obiiciuntur, quam cum Dominum manſuetum excipiunt delinquentes. Corripi peccatores, ſalutis indicamentum eſt: non agi correctione, ruinæ extremæ maximè documentum. 18.

Math. 21.

Fatur Dominus, *Requieſcet indignatio mea in te, nec iraſcar amplius; eo quod prouocaſti me in omnibus his.* Ezec. 16. Ergò ſupplicium grauiſſimū peccatori, Deum ſortiri manſuetum, dum delictis indulget. Ideo Dauid, *Corripiet me iuſtus in miſericordia.* Pſ. 14. Ad quæ Hieronymus, *Magna eſt ira Dei, quando nobis non iraſcitur; reſeruat enim nos ſicut vitulum in occiſionem. Ad Ieruſalem enim dicit: Multa ſunt peccata tua, & multa iniquitates; propterea non iraſcor tibi.* 19.

Supplicium magnū eſt, Deum non iraſci aduerſus peccatorem.
Ezech. 16.
Pſalm. 14.
Hieron.

Oſeas, *Propter hoc non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fornicantur.* cap. 4. An pietatis diuinæ documentum? Pius eas viſitauit inferens olim tribulationes, vti hodie Ieroſolymæ profatur, *Quia non cognouiſti tempus viſitationis tuæ.* Tunc enim (vti vidimus in Commentario) viſitat Dominus homines cum corripit ſuppliciis. Ergo non viſitari Ieroſalem, idem eſt ac æternum perire? Origenes, *Vis audire indignantis Dei terribilem vocem? Audi quod dicit per Prophetam: Propter hoc non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fornicantur. Hoc eſt terribile, hoc extremum, cum iam non corripimur pro peccatis: cum iam non corripimur delinquentes.* 20.

Ex indignatione Deus non iraſcitur peccatori.
Oſe. 4.
Origen.

Audi Dauidem, *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram, & tribulationem immiſſiones per Angelos malos.* Pſalm. 77. Preme *Viam indignationis ſuæ.* Eſt enim ira miſericordiæ. Hiſce & iram & ipſam indignationem profundit æternum puniendis. At ſi agendum eſſet cum illis amicè, ira eſſent flagellandi 21.

Ira indignationis eſt, Deum non iraſci: ira autem miſericordia, corripere peccatores.
Pſalm 77.

In

Ambroſ. in benignitatis documentum. Ambroſius ad Pſalm. *Lex neſcit iraſci, ſed ſcit legum miniſter. Neſcit ergo iraſci qui author eſt legum, cui terrendi eſt voluntas, non puniendi.* Neſcit vtique iraſci Deus niſi ad peccatoris commodum. Illa enim ira corripiens potius benignitas appellanda. Bernard. Bernardus, *Tunc magis iraſcitur Deus, quando non iraſcitur. Miſereamur, inquit, impio, & non diſcet facere iuſtitiam. Miſericordiam ego hanc nolo. Super omnem iram miſericordia iſta ſepiens mihi vias iuſtitia.*

22\. *Ipſi peccatores queruntur, quod ſupplicium non acceperint ad correctionem.* Iſa. 63. Ipſi peccatores, poſtquam dignouere tranſactum tempus viſitationis ſuæ, clamitant: *Quare errare nos feciſti Domine, de viis tuis? Indurasti cor noſtrum, ne timeremus te.* Iſa. 63. Quonam modo Deus peccatores dicitur indurasse? Certè noſtra malitia induramur, dum Dei indulgentia & pietate abutentes, iniquiores efficimur. Vulgariter expono, *El mucho regalo me hizo mal.* Origen. Pulchrè Origenes lib. 2. Periach. cap. 1, *Vt quid in tantum peperciſti nobis, nec requiſiſti nos, cùm peccaremus; ſed reliquiſti nos; vt ita increſceret malum, & propagaretur licentia peccandi, animaduerſione ceſſante?* Addit equitantis ſimilitudinem. *Sic equus ſi non aſſidui ſeſſoris patitur calcem, & frænis ora ferratis obteritur; indureſcit.*

23\. *Non eſt magna miſericordia, non corripi, ſed ſupplicio affici Dei eſt miſericordia magna.* Pſalm. 50. Putas, magnam miſericordiam in te conferri à Domino, cum ſilet, cum patiens oſtenditur? Minimè, quia poſt ſilentium parturiens loquitur: *Nónne ſilui, patiens fui? Parturiens loquar.* Illam magnam vocitaro miſericordiam, cum peccator à Domino acriter corripior. Ideò inclamauit Dauid, *Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Pſalm. 50. Ac ſi diceret, Me vulnera, *hic vre, hic ſeca.* Egregiè Bernardus ſerm. de tripl. miſeric. *Hanc ergo miſericordiam Domini, quæ tardat ferire, paratus ignoſcere, paruam nominaui. Quia hæc ſi quidem ſola fuerit, nullatenus ſufficit ad ſalutem: imò verò iudicium damnationis accumulat. Vt dicatur Pſalm. 49. Hæc feciſti, & tacui.*

Observat. III

Ad illa verba;

Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, &c.

Quia videt Dominus, & agnoſcit ciuitatis opulentiam, ac ſuperbiam, eam lacrymis proſequitur.

Mundi enim miſerias non poteſt non plorare qui noſcit. Qui non plorat, ſine intellectu eſt.

24\. Mirabar aliquando Dominum lacrymas profudiſſe, ſed cum eum Patris ſapientiam eſſe cognoſco, potius admiratione afficeter, ſi perſpiciens mundi periturі miſerias, non lacrymaretur. Cyrill. D. Cyrillus. *Fletu declarat, ſe neceſſariò eorum miſereri.* Cur neceſſariò? Quia præditus intelligentia tanta, quonam modo poſſet in tot miſeriarum conſpectu lacrymas cohibere.

25\. *Quia non cognoſcimus mundi miſerias, non ploramus.* Luc. 19. Ideo fatur, *Quia ſi cognouiſſes & tu.* Luc. 19. Ac ſi diceret, ſi cognitione, ac intellectu polleres, neceſſariò lacrymas profunderes. Dum non ploras apud lacrymarum vallem exiſtens, te planè oſtendis ſine cognitione, inter ſtultos computaberis. Anſelm. Pulchrè Anſelmus. *Si cognouiſſes fleuiſſes, quæ modo exultas.* Quia ſcilicet quidquid aſpicitur, videtur ab intelligente ſeu cognoſcente lacrymas excitare. Si ſocij eſtetis, ait, cognitionis, ſimul & fletus ſocij addiceremini. Vrban. Bellè Vrbanus IV. Pont. Max. ad Pſal. 50. *Et verè ſi cognouiſſem, ſicut tu, peterem a te, vt aperirentur cataractæ capitis mei, & diluuium lacrymarum mearum faceres abundare, ita vt anima mea tota eſſet lacrymis liquefacta: & iniquitas mea in hoc diluuio deleretur.* Preme, *ſi cognouiſſem peterem* &c. Nihil prius parit cognitio, & intellectus, quam lacrymarum deſiderium ad mundi miſerias deplorandum.

26\. *Vt cognouit Magdalena, plorauit.* Luc. 7. Magdalena cæcitate laborans, mundi voluptatibus indulgebat. At *vt cognouit, vt vidit, lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Luc. 7. Cur plorat? Quia iam apertis mentis oculis agnoſcit mundalis menſæ miſeriam epularum, ac deliciarum vanitatem. Videt Phariſæi appoſitam menſam, vbi mundi epulas noxias contemplatur. Nihil prius cognitio parit, quam lacrymas. Gregor. D. Gregorius, *Quæ aſpexerat, flere & inter epulas non erubeſcit.* Cuncta enim mundialia agnoſcit eſſe obnoxia fletui.

27\. *Si videmus, ſi cognoſcimus nos hic miſeros eſſe, lugebimus neceſſariò.* Pſalm. 85. Auguſt. Iacobus clamat, *Miſeri eſtote, & lugete, riſus veſter in luctum conuertetur.* cap. 4. Vbi acutè Auguſtinus ad Pſalm. 85. præponit particulam, *Videte quæ audiſtis. Miſeri eſtote, lugete.* Ac ſi diceret, vt poſſitis lugere, de mundi miſeria ſauciari, videte, cognoſcite. Ex cognitione enim nihil prius prodit quam luctus: vt lugeatis, viſio eſt neceſſaria. *Fratres, qui vobis dicunt, Felices eſtis, ſeducunt vos, ſicut de epiſtola Iacobi conſtat. Miſeri eſtote, & lugete. Videte, quæ audiſtis. Regio iſta ſcandalorum eſt, & tentationum, & omnium malorum, vt gemamus.* Ex viſione, & cognitione ſecularis miſeriæ profluant lacrymæ, neceſſum eſt.

28\. *Mentis compoti hic gaudium nullum, cuncta lacrymabilia.* Senec. Non videnti, aut cognoſcenti bona mundi fælicitatis origo præſentatur: mentis autem compoti mala obiiciuntur obnoxia luctui. Seneca Epiſt. 60. *Gaudia, quæ vocamus adeò non ſunt gaudia, vt ſæpe initia futuræ triſtitiæ ſint. Itaque cum dicit Virgilius noſter, Et mala mentis gaudia, diſertè quidem dicit, ſed parum propriè, nullum enim malum gaudium eſt.* Viri venia aſſeruerim, & diſertè, & propriè Poëtam cecinisse Gaudia enim mundi menti obiecta, mala eſſe, & vana cognoſcuntur. Vndè mentis compos agnoſcit ex huiuſmodi malis bonis non gaudium, ſed luctum profluere debere.

29\. *Scientia terrena miſeria addit laborem luctus.* Eccleſ. 1. Quam verè ſapiens, *Qui addit ſcientiam, addit & laborem.* Alij, *& dolorem.* Dixerat, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: Vidi vniuerſa quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus.* Eccleſ. 1. Qui videt, cuncta mundi agnoſcit eſſe afflictionis originem, lacrymarum fontem. Vnde qui addiderit ſcientiam ad penetrationem rerum ſecularium, addet & dolorem? quia nihil prius ex

Salon.

cognitione hac quàm luctus, & lacrymæ excitiuntur. Salonius ad hæc, *Quanto quiſque plus in ſapientia proficit, tanto magis dolet, ideòque addit & laborem; quia quanto amplius cognoſcit, tanto magis flendo laborat, vt liberari valeat de mundi moleſtia.* Cuncta mundi bona, mala ſunt cognoſcenti; omnes voluptates intelligenti ſunt lacrymarum occaſio. Solus non flet, qui hebetudine mentis obcæcatur.

Obſerv. IV.

Ad illa verba:

Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.

In die pacis ſuæ, & fœlicitatis deberent agnoſcere imminentem ruinam peccatores.

Præſagium enim calamitatis aſſolet eſſe fœlicitas: quod vel bruta agnoſcunt, queis homines deteriores.

30. Anſelm.

SI *cognouiſſes,* (ait Anſelmus,) *ruinam quæ imminet, in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Nam eo ipſo, quod pace frueris voluptatis ac fœlicitatis, imminet ruina, quæ aſſolet inſeparabilis eſſe mundialis fœlicitatis aſſecla. Profectò non præſagire quaſi neceſſariam fœlicitatis conſequentiam, hoc eſt ruinam, & tribulationem, obcœcatæ eſt mentis.

31. *Infallibiliter exitium ſequitur voluptatem.* 2. Reg. 4. & 13. Dan. 5. Luc. 16. Matth. 24. Hilar.

O quam infallibiliter exitium ſequitur voluptatem! quam agnata fœlicitati ſequens ruina! Iſboſeth in deliciarum lecto interficitur. 2. Reg. 4. Amon in conuiuio 2. Reg. 13. Balthaſari inter pocula fœlici nex dira exponitur. Dan. 5. Diues inter epulas ad tartara abripitur. Luc. 16. Mundo in delitiis vernanti dies ſuperueniet extrema. *Cum iam,* (inquit Dominus,) *ramus eius,* ficulneæ, *tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas.* Matth. 24. Æſtas infallibilis eſt teneritudinis ficulneæ ſubambulo? Fœlicitatem mundi calamitas ſequitur. Dum indulges voluptatibus, perſuade tibi dirum imminere ſupplicium. Hilarius, *Cum teneſcere cœperit, atque frondeſcere, tum proxima eſſe æſtas indicij ſentietur. Frondeſcere autem quadam peccatorum exultantia noſcitur.* Exultas inique? Quam illicò æſtatis æternæ ſequetur inſtantia!

32. *Id Dauid prudens agnouit.* Pſalm. 38. Hilar.

Prudens Dauid dum delitiis ſtudebat, diem illum agnoſcebat noctem ſecuturam. *Et quidem in hac die ſua* cognoſcebat. *Nox illuminatio mea in delitiis meis.* Pſalm. 38. id eſt, dum in deliciis verſor, dum die meo fruor, noctis recordor inſtantis, cuius tenebris tandem ſum illuminatus. Hilarius, *In his paſſionis delectamentis, & delitiis; nox inſtans illi illuminatio eſt.* Et nos in hac die noſtra, quæ ad pacem nobis, quæ ad delitias vſurpamus, non recordamur inſtantis neceſſariò ruinæ. *Si cognouiſſes & tu!*

33. *Bruta edocent hominẽ futurã proximè ex fœlicitate præſenti calamitatem præſagire.* Plin.

Non te pudet, animantia bruta ex ſerenitate futuram tempeſtatem præſagire, dum exiſtimas ſecuritatem ex ſecuritate, diem ex die, gaudium ex lætitia æternandum? Volucres tempeſtatem præſagiunt, & effugia quæritant; viliſſima animantia venturos caſus præſentiunt, & præcauent. Et tu brutis inſenſibilior ex præſenti tuarum voluptatum diuturnitate non præſagis neceſſariam tandem malorum irruptionem? Quæritat Plinius, vndénam volucres præſagæ tempeſtatis exiſtant? & reſpondet, *Suprema ſerenitatis qualitas imprimit volucribus & piſcibus proxima neceſſaria tempeſtatis horrorem, vt caueant.* O hominem brutis deteriorem, cui ſuprema voluptatum ſerenitas imprimit ſecuritatis qualitatem, vt grauioribus piaculis implicetur!

34. *Volucres & animantia velut præſaga futuræ calamitatis ob ſerenitatẽ nimiam, ſe ad Arcam recepere, & homo non timet.* Gen. 7. Alcim.

Imminente diluulo poſt Arcæ Noëmiticæ fabricationem animantia, & volatilia ligneam recipiuntur in domum. *De animantibus quoque mundis, & immundis, & ex volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram duo & duo ingreſſa ſunt ad Noë.* Gen. 7. Quiſnam ad Noëmum adduxit volatilia, & animantia? An munus id intelligentiæ alicui commiſſum? Aliqui apud Abulenſem credidere adducta Dei nutu quemdam eis terrorem futuri præſagum imprimentis. An ex nimia ſerenitate, qua orbis potiebatur, ex abundantia fructuum, ex ætheris temperie, ex ſuprema rerum fœlicitate volucres & animantia ad calamitatis præſagium quaſi duce natura rei ſæcularis, ducebantur? Proh hominum ſtulta improuidentia! proh in ſumma ſerenitate ſecuritas! Dulciter canit D. Alcimus lib. 4. de Dilu.

Tunc iuſſa accurrunt volucres, tunc beſtia quæque,
Depoſita feritate venit, ſeſéque tenendam
Ingerit occurrens, & libertate relicta,
Occludi gaudet; tantum decreto futuri
Vis valet: occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentem.
Aſt homines, quos ſors certi diſcriminis vrget,
Vicina nec morte pauent.

35. *Diſce à cane, timere in voluptate ſupplicium.* 1. Reg. 17. Chryſoſt.

Rogatus Polemon, quare exiſtimas canem, oſſe accepto, egredi è loco menſæ properaret? reſpondit: *Ex abundanti annona præſagit verberum irruptionem.* O inſenſibilior cane, qui ex voluptatum abundantia verberis non præſagis vulnera! Aſpiciens Goliath Dauidem cum funda accedentem ad duellum, aiebat: *Quaſi ad canem exiſti cum lapidibus, & virga.* 1. Reg. 17. Vtinam ô ſtulte canem æmulareris! ex abundantia enim proſperitatis imminentia vulnera præſagires. Chryſoſtomus hom. de Dauide & Goli. profatur, *Si canis fuiſſes, nunquam dimicantem contra te Dominum prouocaſſes; ſed vt canis interitum futurum, & dignum ſupplicium metuiſſes. Peior es cane, qui nec virgam metuis; nec lapidem, quo moriturus es, pertimeſcis.* Pulchrè planè.

Obſerv.

Observat. V.

Ad illa verba:

Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Obſidio Ieroſolymitana, populi Iudaici exitium exortum ex eo, quod ingratus ille poſt accepta oſtenditur beneficia.

Exitium ingratitudinem neceſſariò ſequitur.

36. Gregor. EX vrbe Ieroſolyma *lapis ſuper lapidem* non permanſit, funditus euerſa eſt. Gregorius, *Ibi nunc ciuitas conſtructa eſt, vbi extra portam fuerat Dominus crucifixus: prior illa funditus eſt euerſa.* Porrò Doctores aſſerunt ex ingratitu-
Chryſoſt. dine ruinam exortam. Chryſoſtomus hom. 26. ad cap. 8. Matth. *Iudæos nihil magis perditioni dedit, quam quod ingrati Deo eſſe voluerunt. Multas quippè illas & viciſſim ſibi ſuccedentes plagas nihil in eos aliud quam ingratitudo induxit.* Peccatoris ingratitudo excitat, & prouocat plagas, vt inducat in eos, qui beneficia cœleſtia obliuiſcuntur.

37. *Ezechias ægrotauit ex ingratitudine.* Rex Ezechias olim *ægrotauit vſque ad mortem.* Iſa. 38. Vndènam ægritudo? Exiſtimo eam induxiſſe ingratitudinem, à qua cuncta mala ingruunt in peccatores. Hieronymus, *Tradunt*
Iſa. 19. *Hebræi, ideo ægrotaſſe Ezechiam, quoniam poſt*
Hieron. *auditam victoriam Iudæorum, & Aſſyrij Regis interitum, non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyſes Pharaone ſubmerſo: & Debbora, interfecto Siſara.*

38. *Dauid iraſcitur manſuetiſſimus licet in Nabalem ingratum.* Cecinit aliquando Dauid, *Memento Domine, Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* At vir omni manſuetudine affectus in virum exſurrexit ingratum. Quò tendis ô Rex? Ad Nabalis exitium. Cur non recordaris omnis manſuetudinis tuæ, cuius Deum memorem eſſe precaris? Quia Na-
1. Reg. 25. balis ingratitudo me manſuetiſſimum prouocauit, & induxit ad vindictam. *Reddidit mihi ma-*
Theodor. *lum pro bono.* 1. Reg. 25. Ad quæ Theodoretus q. 54. *Recordatus ergo Dauid horum beneficiorum, & auditis conuitiis, magno impetu venit armatus.* Venit planè impetu ab ipſa inductus, & quaſi tractus ingratitudine.

39. *Quaſi neceſſitate conſequentiæ ingratum ruina ſequitur. Quodammodo hoc piaculum irremiſſibile.* Preme particulam, *Recordatus ergo.* Quaſi neceſſitate conſequentiæ ingratum ſequatur ruina. Cur non parcis virorum manſuetiſſime ſtulto Nabali? Quia peccatum ingratitudinis quodammodo eſt irremiſſibile, ſicuti crimen in Spiritum ſanctum; vnde ſine remiſſione ſupplicium inſtat. Miſit Dauid nuncios ad conſolandum Regem Ammonitarum, quos illi raſo capite, præciſiſque tunicis deformarunt. *Igitur*
1. Par. 19. *Hanon pueros Dauid decaluauit, & raſit, & præcidit tunicas eorum à natibus vſque ad pedes.* 1. Par. 19. Denique debellati, & profligati veniam à Dauide clementiſſimo orare non audent. Cur non accurritis ſupplices, memores, quod Dauid in Saulem hoſtem teterrimum, qui cædem ipſi moliebatur, nè manum quidem eſt auſus extendere? Certè quia ingrati Regi, qui pueros immiſerat ad Regis conſolationem, putarunt, fieri

non poſſe, vt tantæ ingratitudinis debitum illis remitteretur. An peccatum illud contra Spiritum ſanctum, *quod non remittitur in hoc ſæculo, nec in futuro?* Audi Abulenſem q. 12. *Quod Da-* Abul.
uid vellet bene facere eis, & pro beneficio ei contumeliam inferrent, peccatum erat irremiſſibile quaſi apud homines; quia pro bono reddebatur malum. Sic peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile, quia illud ſolum eſt contra bonitatem, quæ attribuitur Spiritui ſancto. Paracletus ſiue Conſolator Dauid Ammonitis oſtenditur, illi autem abutentes benignitate, ei malum pro bono reddidere. Peccatum contra Paracletum conſolatorem non ne irremiſſibile quodammodo?

Andienda manſuetiſſimi Regis precatio. *Pro* 40.
eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem *Vel Chriſtus precatur, vt Pater teneat, nè in ingratos exſurgat, & à Redemptionis vere quodammodo recedat.*
orabam. Pſalm. 108. Precor à te Domine, adiuua infirmitatem meam, tua potentia me illiga irruentem in vindictam. Ij enim, qui à me beneficiis donati fuerant, me irriſione affecerunt. Genebrardus, *Eorum erat, me diligere ob beneficia miraculorum,* (exaggerat excogitationem ex ore Chriſti veri Dauidis locutus,) *& aliorum donorum, quibus eos aff ceram. At mihi detrahunt, &* Pſalm 108.
inimicantur. Ego vndique ab eis expugnatus in- Genebr.
gratis ad te ò Domine Pater confugiebam, vt mihi adeſſes. Ne ingratitudo in eos à me vindictam induceret. Apud hortum clamat, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. Ne pro ingratiſſimis meus ſanguis pretioſiſſimus profundatur. *Sed non quod ego volo, ſed ſicut tu.* Precor vt adſis mihi, viuat viuat ingratus: in eum me ingratitudo hoſtem inducebat, trahebat; ſed precor à te detineri vindictam: *Ego autem orabam.*

Vidiſti Chriſti patientiam tot tentatam iniu- 41.
riis Iudæorum, ſed non ſuperatam? Sola Dei pa- *Sola Dei patientia poſſet ab ingratis poſt tot vulnera tolerare?*
tientia poſſet ab ingratis poſt tot beneficia tot vulnera tolerare. Deus planè fecit potentiam in brachio ſuo, vt contineret iram ſuam, nè ingratos exitialiter vulneraret. Nyſſenus lib. de Perf. Chriſti. *Quot modis patientia in imagine inuiſibilis* Nyſſen.
Dei conſpicitur? Ipſa patientia Chriſti ſe Deum inuiſibilem oſtentat? Ita planè. Sola enim patientia Deifica poſſet ingratorum dira vulnera ſuſtinere. *Vbi gladij, fuſtes, & vincula, verbera, alapa, maxillæ percuſſæ, facies ſputis ablita, humeri verberibus traditi, iudicium impium, crudelis ſententia, & grauiſſima quæque ſine cauſa illata: imò verè pro innumerabilibus beneficiis reddita. Quot modis patientia Chriſti in imagine inuiſibilis Dei conſpicitur.*

Filij Iſraël apud Ægyptum dum colerent 42.
deos Ægyptiorum, nullam ob idololatriam lue- *In Ægypto filij Iſraël ita morantur idololatræ, non puniuntur; poſt beneficia accepta ob idem crimen vulnerantur ingrati.*
runt pœnam. At ex Ægypto egreſſi ob idololatriæ piaculum pœnas luerunt acerbiſſimas. Quare in Ægypto non fuere ſupplicio affecti idololatræ, & in deſerto idolis immolantes puniuntur? Certè vt ex Ægypto egrederentur, innumera miraculorum beneficia cœlitus experiuntur. Vnde ingratitudo ſupplicium traxit. Theodoretus appoſitè, Filij Iſraël cum quinta generatione aſcenderint ex Ægypto vbi Deos Theodor.
Ægyptiorum coluerant, nullas ob idolorum cultum luerant pœnas: cum tamen ob eam cauſam ex Ægypto egreſſi luerunt acerbiſſimas? *Quia poſt tanta beneficia accepta, & tam multa miracula edita non abiecerant* idololatriæ *impietatem.* Sic q. 40. in Exod.

SECTIO II.

Templi violatores puniuntur.

TEXTVS.

VERS. 45. ET ingreſſus in Templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes, dicens illis. 46. Scriptum eſt, Quia domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. 47. Et erat docens quotidie in Templo.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De exturbatione prophanatorum Templi.

1. *Vrbem ingreſſus Dominus, mox Templum inuiſit.* *Imperf.*

ET *ingreſſus in Templum.*] Mox poſt acceſſum ad vrbem Templum inuiſit. Edocere, cum in oppidum aliquod fueris ingreſſus, mox ad Patris domum accurrere. Auctor Imperf. *Hoc erat proprium boni filij, vt & veniens in vrbem, ad domum curreret Patris: & illi honorem redderet, qui genuit. Vt tu imitator Chriſti factus cum in aliquam ingreſſus fueris ciuitatem, primùm antè omnem actum ad Eccleſiam curras.*

2. *Prius puniuntur vendentes, quam ementes.*

Cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes.] Cur non dixit, vti Marcus, *Cœpit eiicere vendentes & ementes*: ſed, *Cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes?* An ſpeciatim curauit vendentium delictum exaggerare, qui ementibus occaſionem ſacrilegij exhibebant? Ita planè. Prius puniuntur, qui tanto facinori occaſionem dabant.

3. *Quanam die eiecit de Templo mercatores.*

An Chriſtus illa die, qua ingreſſos eſt vrbem, et Templo eiecerit nundinatores, an alia die? Rationē dubitandi ex Marco ſumpſi; colligi enim videtur, Chriſtum alia die è Templo prophanatores exturbaſſe. De die pompæ ſic ſcribit. *Et introiuit Ieroſolymam in Templum*, nihilque actum in Templo addit. At de alia ſic ſubiicit die: *Et veniunt Ieroſolymam, & cum introiſſet in Templum cœpit eiicere vendentes, & ementes in Templo.* cap. 11 Matthæus eodem die vendentes exturbatos ſignificat, innuit & noſter Lucas. Ianſenius aſſerit, die ſecunda pulſos vti aſſerit Marcus: Matthæum verò vſum eſſe anticipatione. Caietanus autem probabile putat bis Chriſtum tunc è Templo nundinatores expuliſſe, ſemel die prima, iterom ſecunda. Nam quia vendentes pulſi, iterum ad venditionem redierunt, rediit quoque Dominus ad expulſionem.

Marc. 11. Ianſen. Caietan.

4. *Auctoris ſententia.* August.

Sentio cum Auguſtino lib. 2. de Conſ. cap 68. illa ipſa die, qua cum pompa ciuitatem ac Templum ingreſſus eſt Dominus, vendentes, ac ementes exturbaſſe. Marcus enim recapitulatione vſus eſt, idque quod prima die factom fuerat, poſtea ſcripſit. Non enim admodum neceſſarius eſt ordo dierum in rebus geſtis narrandis. Sic expono Marcum: *Et veniunt Ieroſolymam*: per recapitulationem, ſeu repetitionem. Veniunt, inquam, prima die, quæ nunc Dominica eſt; *& cum introiiſſet in Templum, cœpit eiicere vendentes.* Bis Chriſtos de Templo vendentes eiecit, ſed non tunc. Semel quidem prophanatores Templi corripuit poſt Baptiſmum, & miraculum, quod in Nuptiis edidit: iterum nunc paucis antè Paſſionem diebus. Adoota bos nundinantes in Templi atriis, quæ etiam nomine Templi ſignificantur, vendidiſſe, ac emiſſe. Hinc taxabiles, qui apud Templorum atria veneranda, delinquere non verentur. *Bis correpti Templi prophanatores.*

§. II.

De verbis Iſaiæ.

DIcens illis: Scriptum eſt, Quia domus mea domus orationis vocabitur.] inducit Domi- 5. *Domus orationis Templum.*
nus Iſaiæ locum ex cap. 56. *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.* Eſt enim Templum orationis locus, vbi benignius planè preces hominum exaudiuntur. Piè ſapientiſſimus Barradius Sacerdotes monet. *Videant Sacerdotes in domo ſe manere orationis. Sint igitur & ipſi viri orationis. Sciant Deum magna cum pietate, veneratione, & humilitate orare. Caueant, nè domum orationis ſpeluncam faciant latronum. Sacerdotis pectus domum eſſe oportet orationis. Tunc autem ſpelunca fit latronum, cum ſpelunca fit vitiorum, ac dæmonum.* Iſa. 56. Barrad.

Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.] 6. *Auaritia Templum prophanat.*
Propter nundinas, auaritiam, & negotiationem, qua Templum prophanabant. Theophylactus, *Propter negotiatores vendentes, & ementes ſpeluncam latronum appellauit Chriſtus Templum. Auaritia enim, & lucri cupiditas latronum morbus eſt.* Ex ore Ieremiæ rurſum Dominus, *Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris?* cap. 7. Addit Lucas, *Et erat docens quotidie in Templo.*] Vbi Anſelmos ex Gregorio, *Nec indignis verba prædicationis ſubtrahit. Poſt rigorem diſciplinæ perſeuerat in gratia docendi.* Theoph. Ierem. 7.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM,
EX PVNITIONE PROPHANATORVM TEMPLI.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes.

Auaritiæ ſtudentes Dominus è Templo ſacratiſſimo deturbauit.

Vbi quam indecens ſit Sacerdotum auaritia.

7. *Religioſorũ auaritia vexabilis admodum.* Gregor.

DIuus Gregorius innuit Sacerdotum nomine apud atria delubri illa diuendi, quæ eſſent ad ſacrificia neceſſaria. Hinc carpit eos, qui ſacri muneris prætextu ſæcularibus lucris ſtudent. *Sunt, qui Religionis officium in commercium terrena negotiationis trahunt, & domum Dei ſpeluncam latronum faciunt.*

8. *Iudas, & Abſalon Religioſorum typus magis auaritiæ piaculo grauantur.* 2. Reg. 14.

De Abſalonis auaritia celebre, quod cæſariem nutriebat iuuenis, ſub cuius pondere premebatur, donec ſemel in anno tonderetur, & de capillis mercatum ageret. *Quia grauabat eum cæſaries.* 2. Reg. 14. Vbi grauis Societatis Interpres in Abſalone apud Dauidis domum educatum Religioſum contemplatur Dei in domo auaritiæ ſtudentem, quod grauiſſimum eſt piaculum. Vnde *grauabat eum cæſaries* in grauiſſimi piaculi documentum. An non auaritia Abſalonis Iudæ auariſſimi peccatum expreſſit, qui apud domum veri Dauidis IESV lucris dedit ſtudium? O grauiſſimum Religioſi delictum auaritiæ! Drogo lib. de ſacra Paſſ. *Ecce Abſalon, ecce Iudas, ecce corpus Satanæ. Sed quomodo comam nutriebat? Fur erat, & loculos habebat: Iſta eum cæſaries nimium grauabat.* Eum planè, qui Chriſti Religioſorum parentis in Collegio degebat. (Drogo.)

9. *Religioſi denſum lutum contrà ſe aggrauant.* Haba.

Habacuc ex ore Dominus, *Væ qui multiplicat non ſua. Aggrauat contra ſe denſum lutum.* cap. 2. Eos taxat, qui operam dant multiplicationi eorum, quæ ſua non ſunt. Sæculares poſſunt ſtudere lucris, quæ quidem ſua. At Religioſis non licet lucra procurare; ſua enim minimè quæ colligere, & augere ſatagunt. Hinc aggrauant contra ſe denſum lutum, ob piaculi ingentiorem grauitatem. Gregorius lib. 34. Mor. cap. 13. *Denſo luto ſe aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicant, peccati ſui ſe oppreſſione coangustat.* Si omnis auarus peccati ſeſe coanguſtat oppreſſione, quid Religioſus auarus, qui ſemper non ſua multiplicare ſtudet? Aggrauat denſius lutum. (Gregor.)

Addit pulchrè Propheta. *Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali.* cap. 2. Annoto particulam, *Auaritiam malam.* An vlla bona obiicitur auaritia? Crediderim duplicem auaritiam eſſe, vnam ſæcularium, alteram Sacerdotum, ac Religioſorum, quæ mala vtique nominatur. In compoſitione enim auaritiæ ſacerdotalis quælibet ſæcularis auaritia quodammodo bona poteſt appellari. Rupertus, *Quid, rogo, eſt, quod dicit, Auaritiam malam? Quis vnquam audiuit in Scripturis auaritiam bonam? Qualis ergò auaritia fuit Iudæorum, vt rectè dicatur mala, & additio non ſit ſuperflua? Nimirum talis, vt totus orbis audiuit, quia domum Dei, quæ domus erat orationis, fecit ſpeluncam latronum?* Expreſsè Sacerdotes, ac Religioſos Doctor carpit auaros. 10. *Quaſi bona ſæcularium auaritia, ſi cum Sacerdotum, ſeu Religioſi auaritia comparetur.* Hab. 2. Rupert.

Addit etenim, *Quam mala fuit hæc auaritia, præſertim eorum, qui erant filij peregrinorum, qui pauperes ſpiritu Patres habuerunt. Et quidem auaritia nunquam bona, ſed ibi excellenter, & nimis mala.* An Aaron ſpiritu pauper, qui omnia mundi bona contempſit, qui ex temporariis ſolum modò vitæ tranſigendæ neceſſaria admiſit, auarorum genitor Sacerdotum? An Abrahamus, qui ſtudio perfectionis domum, cunctaque reliquit, qui peregrinationibus operam dedit, hæc Religioſorum auarorum monſtra progenuit? O Benedicte, ô Bernarde, ô Dominice, ô Franciſce, ô Ignati ſpiritu pauperes, in Patria peregrini! Mirum eſſet, *Si filij peregrinorum, qui pauperes ſpiritu Patres habuerunt,* auaritiæ morbo corriperentur. 11. *Quam indecens auaritia Religioſis, qui Parentes ſpiritu pauperes habuerunt.* Rupert.

Dauid perfectorum Parens aiebat, *Dominus pars hæreditatis meæ, calicis mei.* Pſalm. 15. Mea hæreditas calix eſt, paupertas eſt. An non ſpurij nati, qui terrenis lucris, calicis prætextu, dant operam? Hieronymus epiſt. ad Nepot. ſic Clericos, ſic Religioſos carpit auaros: *Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extrà Dominum habere poteſt.* Addit opportunè, *Obſecro itaque, & repetens iterum, iterúmque monebo, ne officium Clericatus genus militiæ putes: id eſt, ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia. Nonnulli enim ſunt ditiores, Monachi, quam fuerant, ſæculares: & Clerici, qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete, & fallace diabolo non habuerant; vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit antè mendicos.* 12. *Ne lucra ſæculi in Dei quæras militia, calicis prætextu.* Pſalm. 15. Hieron.

Porrò grauitas auaritiæ Religioſorum petenda ex caſu. Nam qui in perfectionis vertice 13. *Religioſi*

nuari caſus periculoſior. Pſalm. 104

conſtituti obiiciebantur, auaritiæ pondere ad abyſſum properant diaboli ruinam æmulantes. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.* Pſalm. 104. Quam magna calamitas è vertice tanto in tantam protrudi profunditatem! D. Bernardus ſerm. 48. de modo viuen. *Illis, qui ſicut Iudas loculos, proprium retinent, vel de rebus Monaſterij abſcondunt: conuenit illud: Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.* Plura alibi.

Bernard.

Observ. II.

Ad illa verba:

Domus mea domus orationis eſt.

Semper in Templo orandum eſt, quia domus eſt orationis.

Nam licet vbique orandi ſit facultas, ſemper nobis curandum, vt Templum, & altare mente in noſtra ædificemus.

13. CVr Templum *domus orationis* appellatur *cunctis gentibus*, ſi non omnes gentes in Templo precantur; ſed vbique orare permittuntur? Sit Regularibus Templum, ſit Clericis orationis domus: quonam modo autem domus orationis poterit viatoribus, aut in deſerto, aut domi commorantibus exiſtere? Profectò quia quemadmodum Conſules illi (de quibus Iob,) dum in curia exiſterent, poterant ſibi ædificare *ſolitudines:* ſic quilibet vt oret, poteſt ſibi Templum ædificare. Vbique Chriſticolæ orare poſſunt, quia vbique valent proprio in corde delubrum conſtruere, vbi ad Deum reuerenter preces profundant.

14. Dixit Paulus, *Volo viros orare in omni loco.* 1. Tim. 28. An non cunctis gentibus Dei domus, domus eſt orationis? Cur ergo venia datur vbique exorandi? Crediderim, quia vbique homo poteſt, exhibita reuerentia ſibi religioſum oratorium præparare. Auguſtinus, *Nobis iam, quoniam Chriſtus adueniens vniuerſam terram expiauit, omnis locus oratorium à nobis factum eſt.* Eſt omnis terra apta ædificio ſacro. Chriſtus locum ſanctificauit, ad nos pertinet inibi delubrum extruere.

Omnis locus aptus orationi, quia vbique potes Templum extruere. 1. Tim. 28. August.

15. Quærebantur aliquando Hebræi, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Pſalm. 47. Nondum terram totam Chriſtus ſanctificarat, idcóque Templum Ieroſolymitanum locus vnicè orationis erat. Chryſoſtomus, *Vetus canticum à Deo anguſtis finibus circumſcribebatur intra populum vnum, & Regionem: Sed nouum per omnem terram inceat, quæ ſub cælo eſt.* Quia ſcilicet Chriſti ſanctificatio reddidit aptum omnem locum ad Templa in cordibus conſtruenda. Idem Doctor hom. 79. de orat. *Vbicunque ſis, potes altare tuum conſtruere; nihil enim locus prohibet.* Gregorius lib. 25. Mor. cap. 7. *Altare eſt cor noſtrum Dei, in quo iubetur ignis ſemper ardere.*

Chriſtiani vbique Templum ad orandum ædificant, nulla terra aliena. Pſalm. 47. Chryſoſt.

16. Deuotio tua conſtruit Templum vbique. Reuerentior adeſt in deſerto deuotus ad orandum, quam indeuotus in delubro; quia hic Templi profanator, & deſtructor, ille autem Templi & altaris ædificator eſt. Magdalena in conuiuio Phariſæi ædificat ſibi altare. Phariſæus indeuotus Dei Templum deſtruxiſſe videtur. Bonauentura in ſpec. Diſc. ad Nouit. p. 1. pulchrè. *Deuotus quiſque vix opportunitate fraudatur; Deum enim, quem ex animo quærit, vbique inuocans inuenit. Ignarus autem & tepidus nec in ipſo valet oratorio orandi affectum inuenire. Plorat in conuiuio Magdalena, nec præſentia illam impedit conuiuarum; in ipſo autem Templo deſipit Phariſæus.*

Deuotio noſtra Templū poteſt in cāuinio extruere, & indeuotio delubrum deſtruere ſacratiſſimum. Bonau.

Certè licet facilius ex Chriſti expiatione Chriſticolæ poſſumus vbique Templa in corde extruere, licuit & Diuis antiquis omni in loco ſpiritualia delubra ædificare. Chryſoſtomus citat. *Non eſt quærendus locus, ſed loci principium. Ieremias erat in cœno, & Deum exorauit; Ionas in ventre ceti, & facilem habuit. Licet in balneo ſis, ora; vbicumque ſis, ora. Templum es, ne locum quæras.* Deuotus enim animus ſe ſe vbique poteſt in Templum conſecrare. 17.

Iuſti omni in loco Templa ad preces ædificant. Chryſoſt.

Profectò huiuſmodi Templi exædificatio tā neceſſaria eſt oraturo, vt nullatenus exaudiatur niſi in Templo à ſe quolibet in loco ædificato. Orare Dominus edocuit in Templo, dum ait, *Pater noſter, qui es in cælis.* Matth. 5. Cur non dicit, Pater noſter, qui es vbique, ſi quidem Dei immenſitas omnia loca tranſcendit; ſed ſpeciatim, *qui es in cælis?* Exiſtimò, quia Deus non exaudit niſi in domo orationis quod Templum eſt. Cur ergo non dixit, Qui es in Templo, ſed *in cælis?* Aſſeruerim, Templum cœli vocabulo expreſſiſſe. Bellè Auguſtinus Epiſt. 57. ad Dardan. *Illud eſt multo mirabilius, quod cum Deus vbique ſit totus, non tamen in omnibus habitat*, ad audiendum. *Vnde fatendum eſt, vbique eſſe Deum per Diuinitatis præſentiam. At non dicimus, Pater noſter, qui es vbique, cum & hoc verum ſit; ſed Pater noſter qui es in cælis, vt Templum eius in oratione commemoremus.* Dum clamat, *Qui es in cælis*, eſſe in Templo affirmat. Ad orationis efficaciam Deus inuocandus exiſtens in Templo, quod animus deuotus conſtruit vbique. 18.

Non innocēdus Deus niſi in Templo, licet vbique commoretur. Quaſi ſolum in Templo adſit, vt exaudiat preces. Matth. 5. Auguſt.

Viator Iacob myſtico ſomno, hoc eſt, orationis exercitamento indulget iuxta quorumdam Doctorum expoſitionem. Reuelantur Patriarchæ myſteria cœleſtia, impetrat, quod precatur. Euigilans autem inclamat: *Quam terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* Gen. 28. Adeſt inibi Deus, (vti ait Hieronymus epiſt. ad Iuli.) *vt laſſo manum porrigeret, vt aſcendentem ſuo ad laborem prouocaret aſpectu.* An Templum inibi domus orationis? Deſertus locus, ſed Iacobi deuotio non lapidum materiali aceruatione, ſed extructione ſpirituali Dei domum ædificauit, vbi propitium Numen experitur. Igitur domus orationis eſt Templum, ſolummodo orationis domo Deus exaudit precantes; ſed quolibet in loco poteſt homo pius, ac deuotus Templum in præcordiis ædificare. 19.

Viator Iacob ſibi conſtruxit Templū Dei domum oraturus in via, vbi Deus adeſſe viſus eſt. Gen. 28. Hieron.

* * *

Observ.

Observat. III.

Ad illa verba:

Domus mea domus orationis. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Templum, Dei domum, ſeu cœlum, ineffabilis decet reuerentia.

Templorum exprimo maieſtatem.

20. Caietan. E Templo Dominos exturbat profanatores vt ex Caietano innuimus ſemel & iterum, die vna & altera Dominica ſcilicet, & ſeqoenti luce, quia ſemel exturbati, ſurſum ad aoaritiam rediere. Nulla ſubeſt tam eaacti ſupplicij maiot cauſa, niſi quod domus erat conditoriſt *Domm mia.* Quid exaggeratius?

21. *Non eſt aliud Templum, quam domus Dei? Quid terribilius, ſeu religiоſius?* Genes. 28. Adam. Apud cœleſtem Thronom Cœlicolæ ſe ſe reuerentes oſtentant? *Cœlum* (ait Adamus) *reuerentia ſumma, ineffabilis animi decet ſubmiſſio.* Quare, *niſi quia Dei domus eſt?* Templum domus Dei? quam terribilis locus! *Vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes, & Dominum innixum ſcalæ. Cum autem euigilaſſet Iacob de ſomno ait: Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Quam terribilis eſt locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* Geneſ. 28. Preme illud: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* An non ſcis, Dominum vbique commorati immenſom? Ita planè, ſed de ſpecialiſſima Dei illo in loco memoratione Prophera proclamat. Porrò Lyranus, & Caietaous ſentiunt illo in loco Bethel poſtea Templum fuiſſe ædificatum. Iam ergo Dominus ſpecialiſſimo illo in loco, quem elegerat morabatur ſpeciatim. Templi erat futori locus? *Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.* Cœlum eſt Templum? Tremunt Angeli, homines Diui contremiſcunt: *Quam terribilis eſt locus iſte*, quam religioſus, ſublimis, auguſtus! Chryſoſtom. homil. 36 in 1. ad Cor. *Ecclesia eſt locus Angelorum, locus Archangelorum, Regnum Dei, ipſum cœlum. Quod ſi non credis, aſpice ad hanc menſam.* Cornelius, *id eſt, ad Altare.* Si locus vbi erat extruendum Templum Iſraëlitarum ea futuro reſpectu iam erat Diuo Iacobo cœlum: qoid Chriſticolarum Delubra, vbi Chriſtus Dei Filius ſacratiſſima præſens adoratur in menſa?

Lyran. Caietan. *Quia locus ille, quo ædificandum erat Templum, iam terribilis, iam domus Dei dicitur.*

Chryſoſt.

Cornel.

22. *In domo Dei nec comiter reuereri, aut inclinare capita creaturæ, decet.* Alibi oſtendo quam horribili piaculo fœdantur, qui Templa libidine maculare non vereotur. In præſeoti pondero illam ſenteotiam: *Cœlum reuerentia ſumma decet.* An in vna ſede morantur reuerentia ſumma & fœminarum colloquia vana? Tanta reuerentia, tanta animi ſubmiſſio decet delubrum, vt minimè cum illa componi poſſint corporis, capitiſque inclinationes, queis comiter ingredientes amicos, aut notos proſequimini. Qui Deo ſubmittit animum verè, corpus renuit ſubmittere creaturæ. *Ni hacer reuerencias de corteſia a los amigos, es razon en el Templo.* Acceſſere aliquando ad Ægyptum fratres Ioſeph, vt frumentum emerent. *Ioſeph* (Gen. 42.) *erat Princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos loquebatur.* Geneſ. 42. Poſtmodum acceſſere fratres cum Benjamino. *Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus ſuis, & adorauerunt proni in terram.* Geneſ. 43. Vbi ſingularem viam ſecutus Græcos Auctor apud Lipom. aſſerit cunctis fratribus adorantibus ſemel & iterum, nunquam Benjaminom ſe ſe exhibuiſſe fratris adoratorem. Admitto in præſenti ſeotentiam, & rogito, quamobrem Benjaminus fratrum minimus non exhibuiſſet Ioſepho reuerentiam? Reſpoodet acutè Græcus, *Notandum, quod Benjamin cum adoraſſent Ioſephum fratres ſui, Ioſephum non adorauit; ideo quod in partem Tribus Benjamin ceſſit Templum.* Qui à parte Templi Dei futurus erat, iam inde reuerentiam, & adorationem homini abnegabat, quæ ſoli Numini Templi habitatori litanda eſt.

Gen. 43. Græc.

23. *Nec aſpectus vanus, ſeu curioſus permittitur in domo Dei.* An ſaltem liceat aſpectus nutu aliquid innuere diſtanti amico, aut curioſè aſpectare, quæ in Delubro aguntur, ingredientes & egredientes reſpicere: ſi à turpi aſpectatione recedant? Profectò ſacrificij immenſa puritas huiuſmodi inani aſpectatione aſſolet prophanari. Moyſes, & Aaron Pharaoni dixerunt, *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto.* Exod 5. Cur in Ægypto victima non præparatur? Reſpondet Philo apud Lipom. *Aiebant, ſolitudine opus eſſe ad peragendos ritus patrios, & ideò receſſum requirunt, ne prophanentur externorum oculis parum ſanctum ſpectaculo.* Externi ſunt, qui exteriora ſpectaculi curant aſpicere, non interna myſteriorum contemplari! Tanta exhibenda Templo reuerentia, vt vel parum fauens aſpectatio prophanatria exſurgat.

Exod. 5.

Philo.

24. *Totus homo in Templo Deo ſoli viuat, velut beatus in cœlo exiſtens.* Ambroſ. D. Ambroſius aſſeruit idem eſſe in cœlis commorari, *ac viuere* totum hominem *de Deo, & viuere Deo.* Quid totum hominem Deo viuere, niſi cogitationes, opera, verba, nutus Deo litare, Dei impendere obſequio. Quiſquis apud Templum verſatis, exiſtima proculdubio in cœlo morari; quia Templum eſt cœlum. Deo ſoli viue. Salomon precatos, *Quodcumque orauerint in loco iſto, & exaudies in loco Tabernaculi tui in cœlo.* 3. Reg. 8. Id eſt, in ipſo Templo, quod cœlum eſt. *Ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum.* Pſal. 77. Quidam apud Genebrard. *ſicut excelſa*, id eſt, *ſicut cœlos.* Erat enim cœlorum exemplar ex Philone, Ioſepho, & aliis; ad quam ſimilitudinem iuſſit Deus extrui Tabernaculum. Exod. 25. Vbi Diodoros, *Vt anguſtum ac breue illud opus Tabernaculi maximum illud, auguſtumque cœli Templum animo colentium repræſentaret.* Videntur enim qui in loco ſacro diuinis rebus interſunt, aut orant, iam hîc in cœlo eſſe, ac futuræ illius gloriæ beatitudinem prælibare ſoli Deo viuentes, nec nutum paruulum litantes creaturæ.

Pſal. 77. Philo. Ioſeph. Diodor.

* * *

Observat. IV.

Ad illa verba:

Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Poſtquam Dominus Ieroſolymæ præcantauit exitium, Templi prophanatores punit, vt oſtendat, vndénam illa ruina proueniret.

Etenim ſicut reuerentia Templis exhibita firmat vrbes, irreligioſitas contra Delubra ſacerrima eas facit corruere.

25. POſt prophetiam de Ieroſolymæ ruina ſuprema expreſſam, poſtquam cunctos lapides è lapidibus abſtrahendos præcantauit, ſeu potius præfleuit: illicò ingreſſus vrbem pergit ad Templum, vt Templi puniret prophanatores. Quamobrem poſt exitium ciuitatis expreſſum mox dat operam violatorum Templi punitioni? Reſpondet pulchrè Strabus, *Oſtendit, vnde radix perditionis proceſſerit.* Certè ſicut pietas erga Delubra firmat vrbes, roborat Regna: ita irreuerentia Templis exhibita efficit vrbes miſerè deperire, Regna conturbari.

Strab.

26. Noë profatur, *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in Tabernaculis Sem.* Geneſ. 9. Legit, & exponit Theodoretus, *Dilatet Deus Iaphet, & ipſe Deus habitet in Tabernaculis Sem. Primò Deus habitauit in poſteris Sem, ſcilicet in Patriarchis, & Prophetis, & poſtea habitauit in Tabernaculis, deinde in in Ieroſolymis, ac tandem in Tabernaculo carnis ſuæ habitauit Dei Verbum.* Cur autem quemadmodum de Iaphet obſequenti filio præcinit Pater, *Dilatet Deus Iaphet*: alterius ſimul obſequentis nati Sem nō prædixit dilatationem? Certè quia idem fuit, Sem promitti Dei domus, quam coleret religiosè ſemen eius, ſcilicet Prophetæ, & Patriarchæ: ac eiuſdem dilatatio præcantari. Quia ex religioſitate in Templa omnis hominum fœlicitas æternatur, Simul enim Templo religiosè colendo promittitur Sem Verbi Incarnatio. O proſperitas ineffabilis!

Templū religiosè venerari, idem eſt, ac dilatari cultorem.
Geneſ. 9.
Theodor.

27. Olim *Abraham plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni.* Geneſ. 25. Hebraicè, *Plantauit arborem.* Si arborem plantauit, vbi conditorem quaſi in Templo degentem veneraretur, quonammodo dicitur nemus multis arboribus conſitum plantauiſſe? Profectò quia vnius arboris, Templi ſcilicet, veneratio efficit cuncta germinare, fructuſque vberrimos produci. Vnde Caietanus ex vna arbore (ſiue Templo) plantata, colligit non tam nemoris infructiferi, quā vberrimi fructuum horti radicatam dilatationē. *Iuxta Hebræum habetur, Et plantauit arborem, & inuocauit ibi nomen Domini. Rationabile autem eſt, quod plantaret arbores fructiferas potius, quam nemus. Rationabilius etiam eſt, quod nemus quoddam tanquam Templum effecerit, ad inuocandum nomen Dei.* Arborem vnam colens, plantat multas fructiferas arbores? Certè vna plantata, id eſt, Templo extructo, ad nominis Dei venerationem, ipſa fructifera æternùm germina præſentantur.

Templi venerationem ſequitur radicata fructuū abundantia.
Gen. 25.
Caietan.

Tota (mihi credite) vrbium fortitudo, ad Regnorum æternitatem religio eſt in Delubra. Dum in Maſphat Hebræi ſacrificiis velut in Templo vacant, Philiſthæi contra inermes armantur. Adeò autem robore inuenere potentes, vt tonante cœlo, ac terra tremente, ab eorum facie fugientes Philiſthæi vnica ex fuga euaſionem à periculo vix æſtimabant. *Egreſſi filij Iſrael de Maſpha perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum, qui erat ſubter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, lapis adiutorij.* 1. Reg. 7. Legit Ioſephus lib. 6. Ant. c. 2. *Fortitudo,* & innuit lapidem illum Templi typum exprimere. Premo iam particulam, *Tulit Samuel lapidem vnum.* Vna eſt populi fortitudo, aut infirmitas Templo reuerentiam exhibere aut non exhibere. Non multi lapides aceruantur, ſed vnicus erigitur; quia tota Regni fortitudo, aut infirmitas; erectio aut deiectio ex vnica Templi religione aut irreligione procedit. *Cum populus* (addit Ioſephus) *votis & ſacrificiis operam daret, magnamque religionem & cultus diuini curam præ ſe ferret: Samuel iubet eos ſecuro eſſe animo,* &c. 28.

Vnica vrbium, ac Regnorum fortitudo aut infirmitas ex cultu Templi, aut contemptu.
1. Reg. 7.
Ioſeph.

An ſecuri, qui erga Templum ſe irreuerentes exhibent? Tota hinc Hebræorum ruina, Ezechiele prophetante: *Ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & deſiderium oculorum eorum, ſuper quo requieſcunt animæ eorum.* cap. 24. Tollitur fortitudo, id eſt Templum, ſeu Templi cultus fidelis, iuxta Ioſephi expoſitionem: & conſequenter eis omnis fœlicitatis annunciatur interitus. Trophæum ergo qui expetit fortitudinis erigere ad æternitatem fœlicitatis vrbium, Regni: Templum religiosè cultum oſtentet. *Fixo ibi ſuæ victoriæ termino Samuel* (loquor cum citato Ioſepho) *qui trophæi vice eſſet, appellauit eum Fortem.* Vnus lapis ſeu Templum vnicum, multiplex fortitudo? Certè in Templi pio cultu adeſt omnis armatura fortium, Regnorum omnium ſtabilimentum. 29.

Tollitur à Regno fortitudo, fundituſque corruit, erga Templum reuerentia ſi tollatur.
Ezech. 24.
Ioſeph.

LIBER

LIBER DECIMVS.

IESVS ABOMINATIONEM DESOLATIONIS PRÆNVNCIAT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput vigeſimumquartum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

EVERSIONEM Dominus vrbis Ieroſolymæ prædicit, abominationem deſolationis memorans. Concludit Dominus in tantæ tribulationis, & exitij ſolatium, *Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ.* Corpus Dominicum, ſeu Dei Filius homo factus medicamen deſolationis ab ipſo Domino promittitur iis, qui aquilino volatu ſacratiſſimum ferantur ad corpus. Profectò is volabit ad Chriſtum, qui pullus Aquilæ Mariæ, eius fuerit alis exceptus. Pulchram accipe Richardi lib. 12. de laud. virg. ſententiam. *Quoniam aquila Regina volucrum, & Maria Regina Angelorum, & iuſtorum. Aquila cæteras aues præcedit in volatu, & ſolis aſpectu: & Maria Sanctos omnes in volatu contemplationis, & aſpectu ſolis iuſtitiæ, id eſt, Filij ſui, qui lucem inhabitat inacceſsibilem. Vbicumque fuerit corpus, id eſt, Verbum caro factum, illuc congregabuntur & aquilæ; quia Aquila Maria prouocat ad volandum pullos ſuos*, vt Deiparæ pietatis alis ad Dominum deuehamur aduersùs deſolationis abominationem cœleſti afficiendi medicamine.

Ligni vitæ, ſeu IESV prophetantis FRVCTVS DECIMVS.

Richard. Laur.

MATTHÆVS CAP. XXIV.

VERS. 15 CVM videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtantem in loco ſancto: (qui legit, intelligat.)

PARAPHRASIS.

15. *CVM videritis idolum abominabile, quod conabitur ſubuertere Religionem Euangelicam (de quo vobis olim Daniel vaticinatus eſt) collocatum in Templo, ſeu arce ſanctitatis: qui Prophetæ vaticinium legit, intelligat.*

16. Cum

16. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes:

16. Cum igitur hæc tempeſtas ingruerit, qui ſunt in ciuitatibus Iudææ, relictis oppidis, fugiant in montes.

17. Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua:

17. Et qui in tectis ſunt ædium, non deſiliant, nec deſcendant, vt quidquam rerum tollant ex ædibus.

18. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.

18. Et quos illud tempus deprehenderit in agro, ne vt veſtem auferant, recurrant. Non enim tunc rebus conſulere vacabit. Magnum erit, ſi celeri fuga vitæ conſulatur.

19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

19. Proinde male erit prægnantibus, & mamma in diebus illis nutrientibus. Neque enim grauidæ onus ventris abiicere poterunt, vt expeditæ currant: nec lactenses volent abiicere filios, quos tenerius quam ſe ipſas, amant.

20. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbatho.

20. Vobis autem tantum orandum eſt, ne vobis incidat, vt ſit hyeme, aut Sabbatho fugiendum. Nam & celeriter erit fugiendum & procul. Hyems ob lucis breuitatem, incommoda. Sabbathi obſtat religio, quominus procul aufugiatis.

21. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet.

21. Erit enim tunc afflictio vehemens qualis à condito mundo ad hunc vſque diem nunquam fuit, nec poſt futura eſt.

22. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

22. Quid ſi calamitas vt erit vehemens, ita foret & diuturna? Nullus hominum ſupereſſet incolumis. Merebatur quidem hominum malitia internecionem, ſed propter electos, quamlibet paucos, dies illi breuiabuntur.

23. Tunc, ſi quis vobis dixerit, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere.

23. In hac confuſione rerum, cum meus expectabitur aduentus, cauendum eſt, ne quis impoſtorum arte decipiatur clamantium me hîc, aut illic exiſtere.

24. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt) etiam electi.

24. Exorientur enim multi pſeudochriſti, qui ſe iactabunt eſſe Chriſtum, cum ſint Chriſti aduerſarij. Hi non ſolum erunt dolis inſtructi, falsáque ſanctimoniæ ſpecie: verum etiam prodigiis, ac magicis oſtentis meam potentiam imitabuntur, adeóque multis, ac miris præſtigiis meam ſibi perſonam vendicabunt: vt electi quoque ſi fieri poſſit, in errorem ſint adducendi.

25. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exire; ecce in penetralibus: nolite credere.

25. Vos igitur moniti cauete; nam in hoc prædixi, vt caueatis. Tum ſi dixerint: Ecce Chriſtus eſt in deſerto, nolite exire; Ecce in penetralibus, nolite introire. Non erit enim talis aduentus, qualem hunc vidiſtis, lentus, & humilis: ſed ſubitus, ac maieſtatis fulgore totum orbem ſubitò complens.

26. Sicut

26. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.

26. Sicut enim fulgur emicans ab Oriente, rapsim vſque ad Occidentem penetrat: ſic erit aduentus Filij hominis.

27. Vbicumque fuerit corpus, illud congregabuntur & aquilæ.

27. Nec eſt, quod metuatis, ne non ſitis mecum in tanta rerum confuſione. Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Sua membra capiti non deerunt.

28. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

28. Porrò calamitatis magnitudinem & cœleſtia corpora ſentient. Nam & Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lucem ſuam: nimirum obſcurato ſole, vnde mutuum lumen ſortitur. Stellæ de cœlo decident; atque ipſæ cœlorum virtutes concutientur, veluti de ruina periclitantes.

29. Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes Tribus terræ.

29. Tunc inter denſiſſimas tenebras ſignum Filij hominis coruſcabit: ſignum, inquam, quo deuicit ſatanam. Quo conſpecto, pectora Nationes totius terræ percutient. Iudæis videntibus, quem compunxerunt, Gentibus crucis mirantibus maieſtatem.

30. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate.

30. Videbunt hi & illi Filium hominis, quem nunc humilem deſpiciunt in ſublimi venientem in nubibus cœli, cum ingentibus Angelorum copiis, ſumma cum maieſtate, & gloria.

31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum, vſque ad terminos eorum.

31. Tum ſuos Angelos emittet, qui vocali tuba congregent omnes electos eius à quatuor ventis, à ſummis verticibus cœlorum vſque ad terminos illorum extremos. At quo tempore hæc ſint futura, non eſt meum exactè præfinire. Sed tamen ex iis, quæ commemoraui, malis veluti ex proœmiis poteritis coniicere, tempus illud haud procul abeſſe.

32. Ab arbore autem fici diſcite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas.

32. Quemadmodum ficus indiciis quibuſdam inſtare prædicit æſtatem: videlicet cum ad fauonij flatum iam teneſcente ramo, gemmas protrudit, ac folia quodammodo parturit:

33. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, ſcitote, quia prope eſt in ianuis.

33. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, quæ prædixi, ſcitote, quod Filij Dei in foribus præſentatur aduentus.

34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

34. Illud affirmo, Non præteribit hæc generatio, quin omnia, quæ prædicta ſunt, eueniant.

35. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

35. Cœlum, & terra peribunt citius, quam mea ſint irrita verba. Vobis igitur ſatis eſt ſigna noſſe, quæ diem aduentus mei portendant, ne opprimat incautos.

SECTIO PRIMA.

Fuga indicitur.

TEXTVS.

VERS. 15. CVm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, (qui legit intelligat.) 16. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. 17. Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua. 18. Et qui in agro, non reuertatur, tollere tunicam ſuam. 19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. 20. Orate autem, vt non ſit fuga veſtra in hyeme, vel Sabbatho. 21. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet. 22. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Abominatione deſolationis.

1. *De quanam deſolatione ſermo?* Origen & alij.

CVM *videritis abominationem deſolationis.*] De quânam deſolatione Dominus præloquatur? An de Ieruſolymæ deſolatione? Affirmant Origenes tract. 19. in Matth Auguſtinus Epiſt. 80. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, Barouins, Maldonatus, Salmeron, & alij. Probat Auguſtinus, *Lucas pateſcit non ad ſeculi finem, ſed ad expugnationem Ieruſalem pertinere, id quod dictum eſt de abominatione deſolationis, & quod dictum eſt de dierum breuiatione propter electos. Quia ſi ea ipſe non dixit, dixit tamen apertius cætera de hoc ipſo: quo & iſta pertinere monſtrauit.*

Auguſt.

2. *Sententiam approbo.* Luc. 21.

Subſcribens quidem argumentum validum Doctoris expendo. Ex Luca conſtat, verba illa, *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes,* & ſequentia ad vrbis euerſionem referenda. Sic enim ſcribit: *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquat deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Ergo hæc etiam verba: *Cum videritis abominationem,* &c. quæ antecedunt, de eadem euerſione ſunt explananda, hoc ſenſu; *Cum videritis abominationem deſolationis,* Ieruſalem ſtantem *in loco ſancto,* hoc eſt, in Templo, fugite. Addo, Dominum de hac abominatione Danielem vaticinatum aſſeruiſſe: *Quæ dicta eſt à Daniele Propheta (qui legit intelligat.)* Extat vaticinium cap. 9. *Et erit in Templo abominatio deſolationis; & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* De Ieroſolymæ deſolatione Daniel loquitur, quæ vſque ad mundi terminum perdurabit. Nunquam enim Ieruſalem cum ſtatu illo Iudaico, & Republica, cuius caput erat Ieroſolyma, inſtauranda.

Dan. 9.

3. *Quænam deſolationis abominatio ſtans in loco ſancto? Prima ſententia.* Hieron.

Dubium exſurgit, quænam appelletur abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto? Hieronymus exiſtimat imaginem Cæſaris, quam Pilatus in Templo poſuit, dici abominationem. At non credidero auſum Pilatum collocare in Templo ſtatuam, quod ægrè ferêtes Iudæi minimè permiſiſſent. Qui Chriſtum perimit innocentem, *ne tumultus fieret in populo,* tantam eis tumultus occaſionem exhiberi procuraret?

Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius ſtatuam Titi & Veſpaſiani, qui vrbem expugnauere, in Templo appoſitam explicarunt abominationem. Chryſoſtomus, *Abominationem appellat Dominus Titi aut Veſpaſiani, qui vrbem expugnauit, ſtatuam; quam deſolata vrbe, atque ſubuerſo Templo, intus ſtatuit. Quo circa & deſolationis ipſam appellauit.* At ſi expoſita eſt ſtatua illa in Templo ſolo æquato, ſignum eſſe fugæ non poterat. 4. *Secunda.* Chryſoſt. Euthym. Theoph.

Origenes tr. 29. Imperfectus hom 49. Chryſoſtomus homil. 77. (Queis hærent Caietanus, Salmeron, & Saa) abominationem exiſtimant Imperatorem, & exercitum Romanorum eſſe. *Diximus,* (ait Origenes) *ſtantem quidem in loco ſancto abominationem deſolationis, Principem eſſe, qui Ieruſalem circumdedit exercitu.* At abominatio deſolationis ſtetit in Templo, vt ex Daniele conſtat: exercitus autem Romanorum, quando Ieroſolymam circundedit, non fuit in Templo, ſed extra vrbem. Non ergo fuit abominatio deſolationis, de qua Dominus. 5. *Tertia.* Origen. & alij.

Auctor Hiſt Scholaſt. Dan. 10. & Dionyſius Carth. Dan. 9. cenſent abominationem deſolationis appellari ſacrificia. *Erit* (inquit ille) *in Templo abominatio deſolationis, id eſt, abominanda, & deſolanda erunt ſacrificia poſt mortem Chriſti.* Vterque autem ad cap. 14. Matth putat ſtatuam eſſe abominationem. Probabilitate caret interpretatio, Dominus enim de ſacrificiorum deſolatione nihil. 6. *Quarta.* Petrus Comeſt. Carth.

Maldonatus doctè quidem & ingenioſè in re prorſus incerta veroſimilius exiſtimat, abominationem deſolationis ipſam appellari deſolationem, phraſimque eſſe Hebræorum, quæ abominatio deſolationis dicitur, id eſt, abominabilis, & horrenda deſolatio. Paulus ſimili Hebraiſmo *operationem erroris* dixit 2. Theſſ. 2. id eſt, operantem, & efficacem errorem homines in exitium trahentem. Non probo, videtur enim obſtare, quòd Chriſtus de futuræ vaſtationis ſigno agat cuius vaſtatio ipſa ſignum eſſe non potuit. 7. *Quinta.* Maldon. 2. Theſſ.

Aſſero

8. *Authoris interpretatio.* Abul. & alij. Aſſero cum Abulenſi quæſt. 98. Baronio tom. 1. Ianſenio, Heſſelio, Barradio, & aliis abominationem deſolationis appellari Templi prophanationem, quæ à Zelotis hominibus flagitioſiſſimis facta eſt. Hanc ſententiam amplexus ſum, quia abominationem oſtendit, quæ deſolationis fuit ſignum, & cauſa, & in Templo ſtantem. Nomen zelotarum à zelo ſibi hi flagitioſi homines vſurparunt, *atque ita ſe vocabant*, (ait Ioſephus lib 4. de Bel. cap. 5.) *vt bonarum profeſſionum æmuli, ſiue zelatores.* Ioſeph. Zelotæ itaque in Templo ſteterunt, illúdque prophanarunt, ac Ieroſolymæ exitium attulere. Nam ſi ſe Iudæi Romanis tradidiſſent, neque vrbs, neque Templum eſſet euerſum. At Deo permittente, Iudæorumque piaculis exigentibus, Zelotæ extitere, qui deditionem prohiberent, vt Templum, & ciuitas ſolo æquarentur.

9. *Signum hoc deſolationis in Templo.* Ioſeph. Fuiſſe autem ſignum deſolationis hoſce Zelotes, Templique violationem, Ioſephus teſtatur lib 5. c. 5. *Vetus quidem ſermo ferebatur, tunc demum ciuitatem capiendam iri; ſancta quoque flammis exurenda eſſe lege belli, cum ſeditio fuiſſet exorta, Fanúmque Dei propriæ manus ante violaſſent. Quibus Zelotæ miniſtros ſe præbuerunt.*

10. *Huiuſmodi abominatio quaſi idolũ in Domini conſpectu.* Deut 32. 4 Reg. 23. Porrò abominatio hæc diuino conſpectui quaſi extitit idololatria, vt ſeditioſorum malitia exaggeraretur. Abominatio enim in ſcriptura appellatur idolum. *Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ſuis*, (id eſt idolis) *ad iracundiam prouocauerunt.* Deuteron. 32. Legitur de Ioſia, *Excelſa, quæ ædificauerat Salomon. Aſtaroth idolo Sidoniorum & Chamos offenſioni Moab, & Melchon abominationi filiorum Amon, polluit Rex.* 4. Reg. 23. En Amonitarum idolum abominatio vocitatur. D. Hieronymus, *Abominatio ſecundum veterum ſcripturam idolum nuncupatur.* Et Chryſoſtomus hom. 2. adu. Iudæos. Omne ſimulachrum apud Iudæos appellatur abominatio.

11. *De Antichriſto expoſitio.* Iren. & alij. 2. Theſſ. 2. Hilar. Mitto Irenæi lib. 5. cap. 25. Hieronymi, Interlinearis, & Hilarij can. 25. ſententiam aſſerentem abominationem deſolationis eſſe Antichriſtum, qui veluti Deus ſedebit in Templo. Ita (inquit Paulus) *vt in Templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus.* 2. Theſſ. 2. *Antichriſtus* (Hilarius ait) *abominatio dictus eſt, ex eo quod aduerſus Deum veniens, honorem ſibi Dei vindicet. Deſolationis autem abominatio, quia bellis, & cædibus terram deſolaturus ſit.* Ambroſius Ambroſ. Luc. 20.) *Abominatio deſolationis execrabilis Antichriſti aduentus eſt.* Meritò Doctores graues admodum hunc ſenſum myſticum, potius quam literalem vocitauere.

§. II.

De Danielis Teſtimonio.

12. *Dupliciter in loco Daniel prænũciat abominationem.* Dan. 9. & 11. Q*Væ dicta eſt à Daniele Propheta.*] Duobus in locis Daniel de abominatione deſolationis præfatus eſt. *Erit in Templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* cap. 9. *Polluent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium & dabunt abominationem in deſolationem.* c. 11. Porrò teſtimonium hoc de Antiochi deſolatione exponendum: Antiochi milites polluent Templum Dei, & auferent iuge, ac perpetuum ſacrificium, ponéntque in Templo abominandum idolum in deſolationem. Hunc ſecundum Danielis locum reſpicit ille Machabæorum: *Ædificauit Rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei.* 1. Mach. 1. 1. Mach. 1. At primum Danielis teſtimonium præſignat deſolationis abominationem, de qua Chriſtus prophetauit.

Qui legit, intelligat.] Num verba hæc tribuenda Chriſto, an Euangeliſtæ? Ianſenius tribuenda aſſerit Matthæo, quia Marcus ſic ſcribit, *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem, vbi non debet, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt*, &c. cap. 13. Danielis nullam geſſit Marcus mentionem, tamen ſcripſit, *Qui legit, intelligat*; ac ſi diceret, qui legit hanc Chriſti de abominatione ſtante in loco ſancto ſententiam, illam intelligat, quia difficilis intellectu. Haud aliter Matthæus interponit parentheſim, qui legit hæc verba Domini, de abominatione, intelligat illa. 13. *Cuinã ſunt tribuenda verba?* Marc. 13.

Exiſtimo tamen ex communi ſententia Chriſto tribuendam particulam, non Euangeliſtæ hoc ſenſu: *Cum videritis abominationem, quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtantem in loco ſancto, qui legit* Danielem, *intelligat* illum, & ſciat Prophetam de abominatione loqui, quæ ſignum erit euerſionis Templi, & vrbis. Certè Marcus, quamuis Danielem non meminerit, tamen ſubintellexit Chriſtum de abominatione deſolationis ſtante in Templo agere, quæ à Daniele fuerat pronunciata. Equidem eodem ſenſu dupliciter locus hic diſpungi poteſt. Primo modo ſic: *Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, qui legit intelligat.* Affigitur punctum verbo intelligat, nec ſenſus ſuſpenditur. Secundo modo ita: *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Protrahitur parentheſi interpoſita, ſenſus ad fugã. *Authoris ſententia.*

§. III.

De fidelium fuga.

T*Vnc.*] Quónam ſit referendum aduerbium *Tunc*? An ad verba illa? *Cum videritis abominationem deſolationis*, quaſi dicat Dominus, hoc vobis ſignum exhibeo, vt fugiatis: Cum videritis abominationem deſolationis, tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Sic aliqui expoſuere, queis ſubſcribendum nobis, aſſerentibus Zelotas deſolationis abominationem extitiſſe. Aptè *Tunc* expenditur, quia ſignum fugæ commodè eſſe potuere Zelotæ, qui Templum violarunt, ante quam Romani Ieroſolymam obſidione cingerent. 14. *De particula Tunc.*

Num de Chriſtianorum fuga Dominus præloquatur, an de fuga Iudæorũ? De Chriſtianorum fuga Euſebius, & Beda locutum aſſerunt. Porrò aptius de Iudæorum fuga locutum affirmo, Chriſticolas enim non ita illa oppreſſit calamitas, vt illis tam veloci fuga opus eſſet. Probo ex verbis illis: *Orate, ne fiat fuga veſtra hyeme, vel Sabbatho.* Quidnam Chriſticolis 15. *De quorum nam fuga Chriſtus loquatur?*

Chryſoſt. cum Sabbathi religione. Chryſoſtomus, *Perſpicis, de Iudais factum hunc ſermonem fuiſſe, & de afflictionibus, quæ illis incumbebant? Nec enim Apoſtoli diem Sabbathi obſeruabant.* Et Theophylactus, *In perſona Apoſtolorum ad Iudæos hæc dicit.* Hæc teſcit Euthymius.

16. *Summa celeritas indicitur.* Chryſoſt.

Qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, &c.] Sententia hæc ineuitabilem, ac ſummam ad fugiendum celeritatem indicit. Chryſoſtomus, *Idcirco eos, qui in tectis inueniuntur domum ad tollendum inde aliquid, deſcendere non permittit; vt ineuitabilem, & ſummam celeritatem oſtendat.* Qui in tecto ſunt, non deſcendant ex tecto, vt cibum, pecuniam, vel aliud quidpiam è domo exportent. Sed vt recta via ad oſtium properent fugam arrepturi. Tecta Iudææ plana erant, in iiſque Iudæi conſueuerant diuerſari. At qui fuerint in agro, domum non reuertantur, vt veſtes accipiant; ſed celerrima fuga ſe malis eripiant. Tantáne Chriſto pro Iudæis eripiendis à clade ſollicitudo? Certè huiuſmodi exaggeratione curat Dominus euerſionis illius calamitatem ingentem exprimere. Vt ſcandali malitiam exponeret, ait Dominus, *Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum, & proiice abs te.* Matth. 5. Vnde Abulenſis quæſt. 113. *Iſta accipienda ſunt magis ad modum loquendi, quam ad corticem verborum.* Et Ianſenius, *Hic voluit Dominus exaggerare atrocitatem malorum.*

Exaggeratio periculi.

Matth. 5.

17. *De prægnantium, ac nutrientiū ad fugam incōmodo.*

Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.] Res domeſticas penitus contemnendas expreſſerat; nunc autem prægnantium, & lactentium vicem dolet. Diuitiæ etenim non difficile prudens relinquet, vt vitæ prouideat incolumitati. At prægnans non poteſt onus charum deponere, nec nutriens dilectiſſimum pignus vlla mortis formidine deponere volet è gremio. Vnde difficile ab eis fuga velox arripietur filiorum cauſa, quos vel vtero geſtant, vel gremio confouent.

18. *De hyemis, ac Sabbathi obſtaculis.*

Orate, ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbatho.] Orari monet Deum, vt commodum, atque aptum fugæ tempus exhibeat. Hyems vias efficit lutulentas, vbi velocior fugiens plus addito impetu aſſolet impediri. Sabbathum longum iter conficere prohibebat. Vnde breue iter, iter Sabbathi dicebatur. Obiicis, licere Iudæis in Sabbatho fugere, vt vitam tuerentur: ergo Sabbathum non erat fugæ impedimentum. Reſpondeo, Iudæos pleroſque hoc ignoraſſe: vel putaſſe fugere quidem fas eſſe, hoſtibus inſequentibus, ſi non inſequerentur, eſſe nefas.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque erit.] Auguſtinus Epiſtol. 80. Euſebius lib. 3. cap. 7. Origenes, Chryſoſtomus, & Euthymius de Iudæorum maxima tribulatione, & Ieruſalem oppugnatione interpretantur. *Erit tunc*, cum Iudæi à Romanis expugnabuntur, *tribulatio magna*, &c. An non fuere maiores aliæ in mundo tribulationes? An nulla maior eſt futura? Num non maior erit ſub Antichriſto Eccleſiæ tribulatio? Reſpondeo, intelligenda verba Domini de Iudæis, de quibus loquebatur, hoc ſenſu: *Erit tribulatio magna* in populo Iudaico, *qualis* in illo *non fuit ab initio mundi, neque fiet*, aut erit in eodem populo Iudæorum. Vniuerſalius ſcripſit Chryſoſtomus, *Tam intolerabilis ira in Iudæos effuſa eſt, vt omnes ærumnas præteritas non dico in Iudæa ſolum, ſed vbique terrarum factas exceſſerit.* Explico, *factas vbique terrarum* Iudæis, puta in Ægypto, in Babylonia, in deſerto, &c.

19. *Maxima Iudæorū tribulatio illa.* Auguſt. & alij.

Chryſoſt.

Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro.] Nulli homines Iudæi fierent ſalui, omnes perirent. *Non omnis* idem eſt ac *nullus*: *Non dominetur mei omnis iniuſtitia.* Pſalm. 118. Id eſt, nulla iniuſtitia. Chryſoſtomus, *Omnem carnem Iudaicam appellauit.* Iudæi plurimi (obiicis) aliis in ciuitatibus, & Regionibus habitabant. Hi etiamſi dies non fuiſſent breuiati, ſalui remanſiſſent. Quomodo ergo non fieret ſalua omnis caro, id eſt Iudæis? Reſpondeo, verba Domini de Iudæis in vrbe Ieroſolyma obſeſſis intelligenda eſſe.

20. *De breuiatione dierū illorum.* Pſal. 118. Chryſoſt.

Sed propter electos breuiabuntur dies illi.] Ex Iudæis prædeſtinatos Dominus appellauit *electos*. Auguſtinus epiſt. 80. *Non debemus ambigere, quando euerſa eſt Ieruſalem, fuiſſe in illo populo electos Dei, qui ex circumciſione crediderant, ſiue fuerant credituri electi ante conſtitutionem mundi, propter quos breuiantur dies illi.*

21. *Propter electos breuiabuntur dies.* Auguſt.

Quonámmodo breuiati dies illi fuere? *Nonnulli* (ineptè tamen) *arbitrati ſunt, abbreuiatos* (loquor cum Auguſtino referente) *quia ſolis curſus celerior tunc fuit.* Nam breuiores dies erunt, ſi ſol celeriori occidat curſu. Abbreuiatos exiſtimo dici, quoniam Dominus noluit diutius bellum Romanorum perdurare. Si enim diutius perſtitiſſet, omnes Iudæi fame, gladio, morbiſve interiiſſent. Poteſt etiam illud: *Propter electos* de electorum exponi precibus. Breuiabuntur, ne totū diſperdat populum, ſed conuertat.

22. *Quonammodo breuiati fuerunt?* Auguſt.

I N IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX INDICTA FVGA.

OBSERV.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Cum videritis abominationem deſolationis.

Peccatum quodlibet lethale abominatio deſolationis eſt.

Cuncta enim ob peccata, deſolantur, euertuntur.

23. *Hieron.* VIdimus abominationem idolum appellari. Hieronymus, *Poteſt hæc abominatio intelligi de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in Templo: aut de Adriani equeſtri ſtatua, quæ in ſancto Sanctorum ſtetit vſque in præſentem diem. Abominatio enim ſecundum veterem ſcripturam idolum dicitur.* Aſt ex aliorum ſententia, quodlibet peccatum lethale abominatio eſt, quam ſequitur deſolatio, ſante Dauide, *Si eſt iniquitas in manibus meis, decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Omnia crimine deſolantur, euertuntur, rediguntur in nihilum.

24. *Cum Templum Dei, id eſt iuſtus violatur, mox deſolatio.* An non Paulus de iuſtis dixit? *Templum Dei eſtis vos* 2. Cor. 6. Cum ergo peccati abominatio, in Dei Templo, ſeu anima ſancta conſpicitur, mox deſolatio præſentatur. Clemens Alex. 7. Strom. *Aram autem verè ſanctam iuſtam animam* dixerim. Omnia bona animæ ſanctæ hæc abominatio deſolationis demolitur. *Clem. Alex.*

25. *Prodigus diſſipans Templum Dei, mox deſolatione afficitur vſque ad eſſentiam quodammodo fundamina.* Prodigus ille adoleſcens, qui Dei Templum aliquando erat, concupiſcentiæ prophanatur idolo. Mox deſolatio. Diſſipauit enim ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. Poſt euerſionem autem *in ſe reuerſus*, ait: *Quanti mercenarij*, &c. Luc. 15. Pœnitudinis effectu in ſe reuertitur? Ergo à ſe, ſiue ab eſſentia exciderat ob peccatum, diſſipauerat ſubſtantiam, ſeu eſſentiam. Vnde Bernardus lib. 5. de Conſid. cap. 10. *Peccato redacti in nihilum, iterato creati ſumus.* Dauid, *Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* Pſalm. 77. Bernardus idem ſerm. de trip. cohær. vincul. *Verè ad nihilum, id eſt ad peccatum.* Quia ad peccati abominationem redigi, idem eſt, ac in nihili deſolationem deturbari. Thomas hæreſcit. *Luc. 15. Bernard. Pſal. 77. Bernard. Thom.*

26. *Ipſa abominationis, inſtar diluuij, omnia obruunt bona. Oſe. 4.* Ipſa abominatio, aut peccatum deſolatio quidem eſt. Clamat Oſeas, *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt*, cap. 4. Cur non dixit, ob maledictum, ob mendacium, ob homicidium, ob furtum, ob adulterium diluuij inundatio profluxit, quæ mundum obrueret? Certè quia ipſa crimina eſt inundatio, diluuium eſt cuncta obruens, & comminuens *Abominatio deſolationis. Maledictum, & mendacium, &c. inundauerunt.* Vidiſti aquas poſt nubium ex tempeſtate profluentiam, cum alueo recipi incapaci non poſſunt, per ripas, ac loca vicina expandi: & quidquid ſeminatum, natumque fuerat, operire, & demoliri? Quodlibet lethale crimen abominatio deſolationis, ac diluuium cuncta comminuens germina, arbores auellens, domus ſubmergens: *Maledictum, & mendacium, &c. inundauerunt.*

De Nazaræis mortuum contingentibus Lex. *Dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius.* Num. 6. Abominatio enim illa in loco ſancto, id eſt Nazaræo, Deo ſpecialiter conſecrato, exiſtens tantam affert deſolationem, vt cuncta bona, ipſáque eſſentia quaſi reducatur in nihilum: *Dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius.* Ex mente Rabbani, *Ac ſi non perſeueraſſe in obſeruantia legis, idem foret, ac non fuiſſe.* Eſſentiam enim quodammodo hæc abominatio deſolationis deſtruit. 27. *Si Nazaræi contaminatio vſque ad primam inopiam nihili quodammodo recurrant. Num. 6. Raban.*

Quæreris filios dilectiſſimos extinctos, diuitias diſſipatas, famam deperditam, domum tuam omnimoda ſterilitate laborare? Aſpice Iobum, peccatoris dum gerit imaginem, omni affici deſolatione inſeparabili criminis comite. Proclamat Iſaias, *Aquæ Nemrim deſerta erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. Secundum magnitudinem operis, & viſitatio eorum, ad torrentem ſalicum ducent eos.* cap. 15. Vndénam herba aret, germina deficiunt, vir omnis interit? Porro ex piaculis, quæ peccatores ad torrentem ſalicum deducunt. Pulchrè Hieronymus hîc lib. 6. *Peccatores ducuntur ad vallem ſalicum, vt nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim ſeminis harum arborum eſſe naturam dicunt, vt qui illud in poculo hauſerit liberis careat, fructu ſcilicet omni.* Abominatio enim omnia perdit. 28. *Omni ſterilitate laborat, qui abominatione peccati inficitur. Iſai. 15. Hieron.*

Adamus Rex omnium creaturarum ſublunarium exurgit, cunctis bonis ornatus, in omnibus diues. Aſt poſt peccatum adeo nudus, ac inops oſtenditur, vt Dominus proclamarit, *Adam vbi es.* Geneſ. 3. An locum requirat immenſus? Minimè, ſed ſtatum delinquentis hominis exponit. Ambroſius lib. de Parad. cap. 14. aſſerit Deum illa protuliſſe quaſi admiratum, ad tantam pauperiem hominem prædiuitem fuiſſe deturbatum. *Non locum quærit, qui nouit arcana. Non in quo loco, quæro, ſed in quo ſtatu. Quo te perduxerunt peccata tua?* Quam expilatum te latro reliquit! 29. *Adami poſt abominationem ſumma deſolatio. Geneſ. 3. Ambroſ.*

Quid mirum, externa bona auferat abominatio, ſi (vti diximus) ipſam quodammodo deſtruxit eſſentiam? Cuidam ægroto, quem ſanitate donarat, Dominus inquit, *Vade in domum tuam.* Marc. 5. E domo, ſiue ex bonis cunctis, filiis, diuitiis, (inundante peccato,) imo è propriæ eſſentiæ domicilio fuerat homo ob crimina deturbatus? Meritò poſt remiſſionem in domum remittitur. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 10. *Dignum eſt, vt peccator ad domum ſuam, & ad mentem redeat, extra domum, & extrà ſe per inobedientiam miſſus.* 30. *E fundamentis domus noſtra, id eſt, cuncta bona ob abominationem corruunt. Marc. 5.*

Abominatio è ſancto animi loco Deo dicato tollatur: deſolatio auferetur.

* * *

OBSERVAT. II.

Ad illa verba :

Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto.

Abominatio in loco ſancto, hoc eſt, in ſacerdotibus, ac Religioſis ſtans, infallibile à Deo trahit ſupplicium grauiſſimum.

Vbi aſſero Sacerdotem è Templi redditibus epulantem, luxuriantem, quaſi operarium omnem iniquitatum eſſe.

31\. ABominatio illa idolum in loco ſancto? An non innuitur peccatum Sacerdotis, & Religioſi, qui Dei Templum ſpecialiſſimè conſecratur? O quam agnata huiuſmodi abominationi deſolatio, & exitium eſt! In loco ſancto, id eſt in Sacerdote aut Religioſo idolum auaritiæ, luxuriei ſimulachrum? Abominatio deſolationis adeſt.

32\. *Vaccæ pinguibus ex Templi violatione imminet ruina.* Amos 4.

Profatur Amos, *Audite hoc verbum, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis veſtris. Afferte, & bibemus. Iurauit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis.* c. 4. Sacerdotibus in ſancto loco pingueſcentibus ex auaritia, & voluptatibus excidium annunciatur. Rupertus, *Non parum ponderis habet, quod dicit: Audite hoc verbum vaccæ pingues. Simul namque vehementer aſtruit turpem ventris impenſionem, quam in otio fouebant Sacerdotes, & affluentibus de cuncto populo diuitiis, veraciter incraſſati, impinguati, dilatati, & exinde recalcitrantes vt vaccæ pingues.* Meritò *in contis* hi leuantur ab hoſtibus, à dæmone abripiuntur in tartarum. Rupert.

33\. *Deturbantur è Templo in tartarum, qui idolum deliciarum in ipſo collocãt.* Mich. 2.

Porrò qui Templum Dei violant inducentes idolum ſaturitatis, (nam illorum *Deus venter eſt*) è Templo in Tartarum deturbantur. Idolum enim abominatio deſolationis eſt ſtans in loco ſancto. Michææ ex ore Dominus, *Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum.* c. 2. Quænam hæ delicioſæ mulieres? LXX. expoſuere, *Duces populi mei proiicientur de domibus deliciarum ſuarum*, id eſt de Templo, vbi deliciarum ſuarum idolum collocarunt. Principes enim hi Eccleſiæ Præſules, authore Hieronymo, *Eccleſiæ Principes, qui deliciis affluunt, propheticus ſermo deſcribit, quod eiiciendi ſint de ſpacioſis domibus, & lautis, conuiuiis* (ex Templi planè redditibus) *conquiſitis.* Hieron.

34\. *Qui Nuptias Agni deturpãt, in tenebras immittuntur.*

Quónam precor ſunt eiiciendi immundi Sacerdotes? Si abominatione tanta Templum, Nuptialem aulam, vbi Agni ſponſi conuiuium celebratur, contaminauerunt: ſi veſte Nuptiali amicti ingreſſi non ſunt ad miniſtrandum: iuſtè in tenebras exteriores deturbabuntur, vbi ſtridor dentium, ac interminabilis fletus. Adiicit Hieronymus, *Si vis ſcire, quo eiiciendi ſunt Principes Eccleſiæ, Euangelium lege. In tenebras ſcilicet exteriores, vbi fletus erit, & ſtridor dentium.* Quænam abominatio illorum? *An non abominabilis ignominia eſt,* IESVM *crucifixum Magiſtrum pauperum, atque eſurientem farſis prædicare corporibus ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiáque ora proferre?* Doctrina admiſcetur ebrietate? Ex doctrinæ prætextu deliciæ procurantur? E redditibus Templi luxuria accenditur? Actum de Sacerdote, aut Religioſo. Hieron.

35\. Proſtientur miſeri, *Manducauimus coram te, & bibimus.* Coram te, id eſt tuo in Templo conſtituti. Addit Dominus, *Diſcedite a me omnes operarij iniquitatis.* Luc. 13. Quilibet enim Sacerdos coram Deo deliciis affectus, id eſt ex Templo luxurians, omnes operarij iniquitatis eſt. Baſilius Reg. 282. fatur. *Cur enim non ritè omnes operarij iniquitatis appellatur, qui domo Dei ad mercaturam voluptatum ſuarum abutitur? Huiuſmodi erant illi, de quibus eſt apud Apoſtolum, Non enim ſumus, ſicut multi adulterantes verbum Dei.* — *Sacerdos ex Templo delicioſè viuens, omnis operarius iniquitatis quodammodo eſt.* Luc 13. Baſil.

36\. Cunctus populus clade afficitur, & ex ſolo templo abominatio deſolationis prodit? Ita planè; peccatum enim Sacerdotum adeò ingens in oculis Domini, vt ſoli Sacerdotes deliquiſſe omnéſque operarij iniquitatis eſſe videantur. Adnotat Theodoretus q. 1. in Leu. Similem hoſtiam iuſſiſſe Deum offerri pro vno peccato Sacerdotis, ac pro peccatis totius populi. Lex audienda: *Si Sacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino.* Leu. 4 De ſacrificio autem cuncti populi addit, *Quod ſi omnis turba filiorum Iſraël fecerit, quod contra mandatum Domini eſt, offeret pro peccato ſuo vitulum.* Ibid. Cur ergo pro vno Sacerdote delinquente integer vitulus offertur ac pro omnis populi crimine? Reſpondet Doctor, *Vt ſe iam indicaret Deus offenſum vnico Sacerdotis peccato ac multis, omnimodiſque populi delictis.* Dixerim, quia vnus Sacerdos delinquens in Templo, ſeu ex Templi prætextu omnes quodammodo operarij iniquitatis eſt. Vnde abominatio in Templo eſt cauſa vnica deſolationis. — *Ex Templo oritur populi exitiũ, quia Sacerdotes ſoli delinquere videntur.* Theodor. Leu. 4.

37\. Exechiel appoſitè, *Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos, & polluerunt Templum ſanctum meum: propter quod conſumpſi eos in ira mea.* cap. 43. Vbi Hieronymus aſſerit, tam Sacerdotes quam ſeculares Dei ira obruendos, quia *vnus laicorum ac Sacerdotum in Templo erat introitus, vt nihil intereſſet inter ſacrum & prophanum.* At mox oſtendit ſolos Sacerdotes quodammodo deliquiſſe. *Audiant indignationem Domini commoueri, quando in conſecratis Deo locis indignus habitator eſt. Exiſtimo autem, quod non polluat nomen Dei niſi ille, qui viſus eſt, ex illius cenſeri vocabulo.* Id eſt, qui ſpecialiter Deum appellare poteſt ex munere ſuum, iuxta illud Leuit. 24. *Homo, qui maledixerit Deo ſuo. Sacerdos inquam, qui illius vocabulo cenſetur*, vti Ziehius apud Strabum innuit. Cur ergo omni populo delinquente, & pereunte, ſoli Sacerdotes aſſeruntur peccaſſe? Quia tam grauis in conſpectu Domini Sacerdotum abominatio ſancto in loco ſtans, vt ſoli Sacerdotes videantur deliquiſſe. At omnis populus corruit, quia è Templo vbi abominatio præcipua eſt, cunctis oritur deſolatio. — *Quaſi ſolũ Sacerdotes deliquiſſe aſſeruntur, omni populo delinquẽte, & pereunte.* Ezech. 43. Hieron. Leuit. 24. Zieh.

Soli filij Iſraël, & Iuda deliquiſſe videtur reſpectu gentium. Soli Sacerdotes reſpectu ſecularium. Ier. 32. Hieron.

38. Arguo è minori. *Erant filij Iſraël, & filij Iuda ingiter facientes mala in oculis meis ab adoleſcentia ſua.* Ierem. 32. LXX. *Erant ſoli peccantes in conſpectu Domini.* Si reliquæ gentes grauiſſima delicta perpetrabant; quomodo ſoli filij Iſraël, & Iuda deliquiſſe aſſeruntur? Reſpondet Hieronymos, *Num & alia gentes eo tempore, quo Iſrael, & Iuda peccabant, malum non fecerunt?* Ita planè. *Sed qui habet ſpecialem notitiam Dei & recedit ab eo, ſolus peccat* (quodammodo) *in conſpectu Dei.* Vnde Dauid ſanctos, vnctus, qui corruerat in peccatum, loquitur, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Pſalm. 50. Id eſt, *ſolus tibi deliqui.* Ergo ſi Iſraëliticus & Iudaicus popolos ſolos deliquiſſe videtur, quia Dei ſui domeſticos: quantò verius aſſeraotur ſolos deliquiſſe Sacerdotes, ac Religioſos, qoi domus Dei Principes aſſignantur, imo & Dei domus, Templáque conſtituuntur? E ſolo itaqoe Delubro, vbi abominatio, deſolatio procedit.

Pſalm. 50.

Observat. III.

Ad illa verba:

Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt: tunc qui in Iudæa ſunt fugiant.

Puniturus Deus hominum abominationes, prius eas oculis omnium obiicit, ne percuſſi conquerantur, aut populus murmuret obiiciens, quod ſine cauſa vulnus fuerit inflictum.

Taxantur Præſules, qui ſine manifeſtatione delicti facta ipſi delinquenti, ſubditum in aliorum conſpectu puniunt.

39. NOn prius Dominos exitium indixit fugiendum, quam crimen Iudæorum faceret manifeſtum. Cum *videritis*, ait, *abominationem deſolationis.* Cum vos Diſcipuli mei iuſti videritis Iudæorum abominationem, ipſi Iudæi fugam arripiant, eis enim imminet horribile exitium. Quamobrem igitur iuſtis ſubditis fit manifeſta abominatio aliorum priuſquam puniantur? Qoia prudens Præſul nunquam punitioni dat operam niſi prius manifeſtata cauſa ſupplicij, ne aut ſubditi puniti querantur, aot alij murmurent, Præſulem crudelitatis accuſantes. Taxo hinc eos Prælatos, qui nec ipſi ſubdito manifeſtát, cur eum ſingulariter vulnerent, dum ei ſoli negatur, quod alijs conſubditis largè conceditur, puta è domo egreſſiones (ſi Religioſi ſint ſubditi) proximorum minisſteria, ac reliqua huiuſmodi. Singularitas quidem agnata murmurationi, ac aliorum ſubditorum ſcandalo. Cum ſecretum cuſtodiendum ſit, ſaltem delinquenti aperiatur cauſa ſupplicij, ne queratur.

40. *In teſtimonium nequi-* Hodie deſertum eſt inhabitabile, quod olim ciuitas pulcherrima extitit Sodoma. *Deſcendente igne in Pentapolim, quibus in teſtimonium nequitia fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores.* Sap. 10. Vbi Egeſippus lib. 1. cap 18. *Spectes illic ſpecie poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si capias, fatiſcunt, ac reſoluuntur in cinerem, fumúmque excitant, quaſi ardeant.* Cur hæc ſigna præteritæ calamitatis relinquuntur in Pentapoli? Profectò vt futuris generationibus pateſceret comboſtarum vrbium delictum, ne incuſaret crudelitatis conditorem. Preme illa verba: *In teſtimonium nequitia.* Potius in teſtimonium ſupplicij, quam nequitiæ videntur poma fumigare. Certè & in delicti teſtimonium, qoia pomum contra oaturam humectatis foeens flammam, & fumum typum gerit abominationis Sodomitarú ipſius naturæ iura violantium. Extet ergo delicti documentum, cum apparet deſolatio; ne Author naturæ crudelitatis incuſetur.

tia Sodomitarum relicta poma fumigantia, ne ipſi puniti, incuſentur crudelitatis. Sap. 10. Egeſipp.

41. *Vel Iudæos in Iudæa abominabiles ſenſerit Dei commodat quia eis cauſa ſupplicij aperta eſt.* Videte obiecto Iudæorum abominationes, & poſtmodum contemplamini ſupplicij grauitatem. An aſpicientes Romanorum exercitum vrbem, ac Templum demolientes, in Deum querelas excitabitis? Minimè, quia nón poteſt conqueri de ſupplicio, qui vidit abominationem deſolatioois, ſeu cauſam exitij. Imò cunctis patebit ſupplicium eſſe prudentiſſimi conditoris, iuſtiſſimi Numinis quod præcedente cognitione, aut viſione delicti proceſſit: *Cum videritis abominationem.* Ioſephus lib. 6. de Bel. c. 16. *Non equidem recuſabo, quod dolor iubet. Puto ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ deuorandam fuiſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulmine: ac Sodomæ incendia paſſuram. Multo enim magis impiam progeniem tulit, quam illa protulerat.* Vndénam vel Iudæos Ioſephus cogit ſententiæ commendare iuſtitiam? Quia viderat, & contemplatus fuerat abominationum grauitatem: *Cum videritis abominationem.*

Ioſeph.

42. *Complementum iniquitatum eſt publicatio, ſeu ratio ſupplicij.* Gen. 15. Clamat Deus, *Nec dum completa ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Geneſ. 15. Et quódnam illarum complementum iniquitatum? An multiplicatio delictorum? Ita Interpretes. At aliquis complementum iniquitatum, earundem manifeſtationem, ac euolgationem expoſuit. Tolerat Deus, nec punit iniquitates, donec eas & delinquentibus, & ſpectantibus manifeſtet. D. Chryſoſtomus homil. 37. *Propter hoc Deus tantam oſtendit longanimitatem, vt nullam poſthac excuſationem habeant,* queruli ſcilicet, *No me lo digiſtes, no me auiſaſtes, caſtigaſtes me ſeñor, ſin decir me porque.*

Chryſoſt.

43. *Cum Deus punit inuidum fratrē Prodigi, rationem ſupplicij reſeruat.* Luc. 15. Pacian. Poſt diſſipatam ſubſtantiam reuertenti prodigo filio Parens feſtiuus occurrit: murmurat alter, cui Dominos, *Epulari autem, & gaudere oportebat; quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Luc. 15. Quare Deus ſatisfacere curat queruli, ac inuidi filij obiectioni: & non potios contemnit eios impudentiam? Aſſerit D. Pacianos epiſt. 1. ſententiam illam potius locum gerere ſupplicij, quam ſatisfactionis. Supplicium infert inuido, cum proloqoutus eſt? Monet igitur cauſam ſupplicij, hoc eſt, delictum commiſſum manifeſtat. Ac ſi diceret: Non te pudet, conqueri de benignitate, quæ pœnitenti fratri impertitur? Nec enim Dei eſſet punire, niſi prius de culpa ſubditus moneretur. Pulchrè Doctor, *Filio reuertenti poſt prodacta omnia bona Pater blandus occurrit, & inuidum fratrem, oſtenſa ratione, caſtigat.*

Cum meretrix magna punitur, ornamenta libidinis obiiciuntur damnationis in documentũ. Apoc. 17.

44. Ioanni videnti Angelus, *Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt Reges terræ. Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & margaritis.* Apocal. 17. Et quare damnanda, ac in abyſſum extorbanda Meretrix purpura, & auro, & libidinis ornamentis ſtipata obiicitur? Certè vt æternitatis miſeræ filiis conſtet ſupplicij æquitas, quæ ob libidinem damnatur libidinis ornamenta exponit. Acutè Tertullianus lib. de cultu fœm. cap. 12. *Illa ciuitas magna, ſedet in purpura cum coccino, & auro, & lapide pretioſo, quæ maledicta ſunt; ſine quibus* (attende) *non potuit maledicta deſcribi.* Cur ſine ornamentis hiſce *maledicta* deſcribi non potuit? Crediderim, quia non deceret Deum iudicem dicentem Babylonicæ meretrici, *Diſcede maledicta in ignem æternum*, ſupplicium inferre ſine delicti manifeſtatione.

Tertull.

Epuloni damnato, reſinquuntur culpæ indicamina, in ſupplicij cõmendationẽ. Chryſoſt.

45. Diues Epulo *qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, ſepultus eſt in inferno*, purpura ſcilicet, & byſſo ornatus: quemadmodum Regij Proceres ſepulchro ſolent amandari. Luc. 16. Porrò linguæ ſpecialiter petit refrigerium ſtillæ, vt appareat ex ſupplicio (ait Chryſoſtomus) crudelitatis in pauperes magnitudo; nam ei abnegatur aquæ ſtilla, qui pauperi panis micam abnegauit. Cur igitur apud inferos extant in Diuite criminum monumenta nempe purpura, byſſus, & linguæ ſiccitas? Certè quia iudice Deo, *non poterat ſine his maledictus deſcribi.* Maledictum ſubditum deſcribis, dum eum ſingulariter carceri cubiculi addicis, & non ſaltem ipſi cauſam aperis damnationis? O Præſulem imprudentem ſummi Præſulis minimè æmulatorem!

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Cum videritis abominationem deſolationis, &c.

Crimina, quæ publicè obiiciuntur; abominationes, quæ videntur ſpeciatim in Clericis, præproperum ſupplicium indicunt.

Moneantur hinc, qui exorto delinquunt ſcandalo, nec ſtudent oculos hominum vitare, cum corruunt.

Cauiè delinquens nõ ita Deum prouocat ad vindictam. Chryſoſt.

46. PArticulam illam, *Cum videritis* ſic exponit Chryſoſtomus: *Oſtendit viuentibus quibuſdam eorum hæc futura.* Alij aſſerunt omnibus fidelibus ſalutare expreſſiſſe documentum. *Cum videritis* abominationem, ſpeciatim in Dei miniſtris, ſcitote proximum iam inſtare ſupplicium. Nam qui occulta crimina, quæ non videntur, aſſolet aliquando diſſimulare; cum videntur, cum in publicum proſiliunt, malitia perpetrantis, plerumque acriter vindicat.

Si exit peccatum, peribit delinquens Cain; ſi intrat, aut abſcondatur, reparatur ruina. Geneſ. 4. Hugo Victor.

47. Dixit Dominus ad Cain inuidiæ iam piaculo maculatum: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* Geneſ. 4. Vbi Hugo Victor. *Duabus de cauſis dicitur aliquid in foribus adeſſe, vel vt intret, vel vt exeat. Similiter hîc de peccato poteſt intelligi.* Ac ſi diceret Deus, *Si malè egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit, vel vt intret, vel vt exeat.* Peccaſti, & in foribus adeſt iam concepta iracundia, vt exeat in publicum. O peccantis infælicitas! Reprime curans exire peccatum, ſi enim intrat abſcondendum, ne ſcandalum excitet, facilius à Numine venia abolebitur. Liceat vulgariter exponere: *Toda tu dicha conſiſte en que entre a eſconderſe, y que no ſalga a publico. Egrediamur* (inquit Cain Abeli) *foras.* Ita egreditur, peccatum manifeſtatur, Cain omnino ablegatur à Domino. O ſtultitia peccantis! Si piaculum è foribus ad mentis abſcondita deferretur, nec exiret in publicum, fortaſsè Dei miſericordia te ab æterno exitio liberaſſet.

Induratur peccator, cũ permittitur publicare crimina. Exod. 7. Auguſt.

48. Deus Moyſi, *Ego indurabo cor Pharaonis.* Exod. 7. Quod ſit à calumnia Caluini ex ſententia Auguſtini quæſt. 18. in Exod. liberatur. *Videndum ſanè eſt, vtrum etiam ſic accipi poſſit, Ego indurabo cor Pharaonis: tanquam diceret, quam durum ſit, demonſtrabo.* Id eſt, permittam, illius interni cordis obdurationem è foribus exire in publicum, vt cunctis pateat aulicis: vt contemptus in Deum Iſraël, & proteruia Regis tot flagellis non emendati nota ſit Ægyptiis, & Hebræis. Quid ex huiuſmodi manifeſtatione niſi æternum Regis exitium, Iſraëliticique populi victoria? Dum durities Pharaonis in mentis vertice recluditur, Deus lento gradu fertur ad vindictam. Manifeſtatur durities cordis! Deſcendet citò *in profundum quaſi lapis.*

Villicus iniquitatis reijcitur, ſeu Dei miniſter damnatur, vbi primum diffamatur ex delicto. Luc. 16.

49. *Villicus iniquitatis* ille ſeruus vocitatur, nec tamen bonorum Domini diſſipator pœnas dedit. At vbi eius iniquitas publicatur, ineuitabile ſupplicium indicitur. *Hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illum, & ait: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ; iam enim non poteris villicare.* Luc. 16. Viderat Deus opera iniqui famuli, ſed diſſimulabat. At ſe vidiſſe, aut cognouiſſe innuit ex ſola publicatione, aut diffamatione. Pulchrè Chryſologus ſerm. 125. *Ergo Deus fama credidit? Fama nunciante cognouit? Abſit. Sed quia illa, quæ nouerat, quæ pietate velabat, quærere tunc cœpit, quando accuſabat terra.* Benigniſſimus Deus, ne ſcandalum ſuſcitetur, vult delinquentem ſic dare operã iniquitati, vt terræ minimè reueletur. Expono vulgariter. *Quiere, que no lo ſienta la tierra.* Quando autem terra accuſat, ad ſupplicium accingitur, quia iam terræ crimen manifeſtum eſt.

Chryſol.

Quia terra aperitur peccatum Cain, operatur e ... puniſionẽ. Geneſ. 4.

50. Redeo ad Cain, cui Dominus, *Non ne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* Geneſ. 4. Vbi non queri Dominus videtur de grauitate criminis, ſed de periculo manifeſtationis. Ac ſi diceret, *Guardate, no lo ſienta la tierra.* Senſit profectò, & ſcandalo puncta clamauit. Iam patientiſſimus Dominus ſupplicium comminatur: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Maledictus tu ſuper terram.* Ibid. Pulchrè Chryſologus citat. *Vox ſanguinis fratris tui clamat de terra. Clamabat terra? Clamabat cœlum, dolebant Angeli, quando iam tota ſæculi fama loquebatur.* Cœlum ipſum, quod aduocatum egerat peccatoris, poſt delicti

Chryſol.

manifeſta

manifeſtationem terræ factam, iam Deum clamoribus excitat ad vindictam.

51. *Delinquens publicè Iſraëlita illicò necatur, diù peccantium verò punitio differtur.* Num. 25.

Iſraëlitæ populares Moabitarum fœminarum capti mente fruuntur illecebris. Iratus Deus iubet inquiſitionem geri de reis, vt puniantur. *Dixit Moyſes ad Iudices Iſraël, Occidat vnuſquiſque proximos ſuos.* Num. 25. Iudiciali ſcilicet ordine ſeruato, probata proximorum iniquitate. Porrò dum hæc agerentur à Iudicibus, *ecce vnus de filiis Iſraël intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſraël. Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari, ſurrexit de media multitudinis, & arrepto pugione, ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar, & perfodit ambos.* Ibid. Scortantur reliqui è vulgo, & Iudices aſſignantur, & liti cauſa datur: ſcortatur miſer ille, & ſine litis proceſſione neci diræ addicitur, æternæ datur damnationi? Cur non præceſſere litis inſtantiæ? Profectò quia ſcandaloſo crimini agnata eſt ſupplicij properatio. Procopius apud Strab. *Hic ſcortator impudicitia ſua*

Procop.

atrocitate ad iſtam iram prouocauit Phinees. Quod videlicet in conſpectu Moſis, & Principum libidinem exercuit. Quapropter animus Phinees æſtuauit adeò, vt nec interrogarit Principem, nec conſilium expectaret. Pulchrè Menander, *Nuda Venus, & Cupido prudentis cultoris veſte induendi.* Quænam prudentis veſtis niſi cauta ſcortatoris verecondia?

Menand.

O tempora, ô mores, quum non tam ab adoleſcentibus voluptas procuratur, quam publicationis affectatio libidinis! Audiant hi appoſitam de facinore Phinees Philonis ſententiam, lib. 1. de vita Moyſ. *Conſpicatus Phinees, quendam ſuæ gentis hominem poſt prophana ſacra ad meretricem ingredi non furtim, vt mos eſt verecundis ſcortatoribus: ſed propalam erecta ceruice, quaſi oſtentantem multitudini ſuam turpitudinem: nec minus ſibi placentem, quam in aliquo præclaro facinore: admodum exaſperatus, & ira iuſta repletus irruit iacentem in complexu adamatæ meretricis, & vtrumque peremit.* Quia & fœmina admittens ſcandaloſum grauiſſimè plectenda.

52. *Adoleſcentes huius temporis ſcandaloſa impudicitia.* Philo.

SECTIO II.

Antichriſti Tribulatio.

TEXTVS.

VERS. 23. TVnc ſi quis vobis dixerit, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. 24. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt,) etiam electi. 25. Ecce prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt; nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. 26. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit aduentus Filij hominis. 27. Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Antichriſti perſecutione.

1. *Verba hæc pertinent ad Antichriſti tempora.* Origen. & alij.

TVnc *ſi quis vobis dixerit.*] Origenes, Abulenſis, Salmeron, & alij adhuc ad Ieroſolymæ exitium hæc referunt. At probabilius, ad Antichriſti tempora pertinere. Allicior, quia tempore illo, quo Ieroſolyma eſt euerſa, à nullo ſcriptore dicitur pſeudochriſtos, aut pſeudoprophetas patraſſe miracula talia, quæ poſſent in errorem etiam ducere electos. At pſeudochriſti ſeu Antichriſti *aduentus* erit *ſecundum operationem Satanæ in omni virtute,* (potentia,) *& ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis.* 2. Theſſ. 2. Fauet D. Chryſoſtomus. *Cum ea, quæ ad Ieroſolymam pertinent, Dominus abſolniſſet, ad aduentum, tranſitu facto ſigna eius prædicit.* Et Theophylactus, *Quæ ad Antichriſtum pertinent, hoc loco incipiunt, Tunc ſi quis vobis dixerit,* &c. Conteſtantur Euthymius, Hilarius, & Hieronymus profatus, *Melius de conſummatione mundi intelligitur illud: Tunc ſi quis vobis dixerit,* &c.

2. Theſſ. 2. Chryſoſt. Theoph. Euthym. & alij.

2. Videtur obſtare particula *Tunc*, quæ conſequentiam videtur innuere. At Chryſoſtomus aſſerit, non ſignificare temporis conſequentiam, aut præcedentium connexionem. Euthymius, *Tunc, interdum non ſignificat conſequentiam prædictorum, ſed initium tantum eorum, quæ dicenda ſunt: Sicut etiam particula illa: In diebus illis.*

Quonam modo particula Tunc ſit intelligenda. Chryſoſt. Euthym.

Si quis vobis dixerit, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti.] Hactenus igitur de excidio Ieruſalem verba fecit, è quo ad maiorem tribulationem inſtruens fideles nouiſſimi temporis in Apoſtolis, facit gradum ad Antichriſti tempora. *Tunc* itaque in illis extremis diebus, ſi quis vobis oſtendere volet Meſſiam, & dixerit, Hîc, vel illic adeſt, fidem haud adhibete, ne pro verò Meſſia falſum recipiatis. Nam extremo illo tempore, (Deo propter hominum iniquitatem & ad Eccleſiæ probationem permittente,) ſurgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, id eſt, falſi Chriſti, & falſi Prophetæ, Græcè ψεῦδος mendacium ſignificat.

3. *Expenditur ſententia.*

Et dabunt ſigna, & prodigia.] Auguſtinus lib. 20. de ciuit. cap. 19. *Per Antichriſtum Satanas in omni virtute ſua mirabiliter quidem, ſed mendaciter operabitur.* Miracula vera vires totius naturæ ſuperant, ideòque à ſolo Deo poſſunt excitari.

4. *Antichriſti falſa miracula.* Auguſt.

excitari. At Antichriſti miracula non ſuperabunt naturæ vires, ſed apparenter ſuperare videbuntur: vnde mira quidem erunt, ſed non erunt verè miracula, ſed mendacia ſigna. Pſeudochriſtus itaque præcipuus & pſeudochriſti, ac pſeudoprophetæ miniſtri. Antichriſti, qui confictæ Deitatis Prophetæ eſſe mentientur, multa mendacia miracula patrabunt.

5. *Ita vt in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt,) etiam electi.*] Ita admiranda edent illi prodigia, vt in errorem inducere poſſint, (niſi ferat opem Deus,) etiam electos. Parentheſis illa: *Si fieri poteſt*, indicat fieri non poſſe, vt electi illis ita decipiantur miraculis, vt à cœleſti gloria excidant; eſt enim certiſſima prædeſtinatio. Porrò prædeſtinatum quemlibet, libero arbitrio ſeruato, Deus ſuauiter ad certiſſimam adducit æternam beatitudinem. Fieri quidem poteſt, vt homo pereat; ſed ſi ponas, prædeſtinatum eſſe: ex hac hypotheſi fieri nequit. Ideo Dominus addidit, *Si fieri poteſt*, quia abſolutè fieri poteſt, ex hypotheſi fieri non poteſt: hypotheſis verò libertati arbitrij non obſiſtit. Seducentur multi ab Antichriſto & pſeudochriſtis, aut pſeudoprophetis miniſtris eius: ſed nullus ſeducetur prædeſtinatus. *Adorabunt eum*, (id eſt, beſtiam Antichriſtum,) *omnes, qui inhabitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni.* Apocalypſ. 13. Et Paulus, *Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, ſignis, & prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis iis, qui pereunt.* 2. Theſſ. 2. Vbi aptè Caietanus, *Explicat Paulus, in quibus fructum habeant ſeductiones Antichriſti, dicendo, In iis, qui pereunt: ad differentiam electorum. Ac ſi diceret: Non in electis fructificabit, ſed in reprobis, qui ſuaptè voluntate pereunt.* Ex Auguſtino lib. 20. de ciuit. cap. 19. accepit.

Fieri non poteſt vt electi in errorem inducantur?
Apoc. 13.
2. Theſſ. 2.
Caietan.

6. *Ecce prædixi vobis.*] Theophylactus explicat, *Ecce prædixi, non habebitis excuſationem. Poteſtis enim non decipi.* Auctor Imperf. *Vt excuſationem ignorantiæ tollat ab hominibus, prædicit Dominus: & vt præcedens conteſtatio iuſtam faciat ſequentem pœnam. Miſericordia enim eſt, mandatis præuenire periculum. Non enim vult, quempiam perire, qui omnibus monſtrat perditionis aduentum.* Subſcribo.

Cur prædixerit.
Theoph. & Imperf.

7. *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exire: Ecce in penetralibus; nolite credere.*] Siue ergò vulgus clamitarit, in locis publicis, quale deſertum, adeſſe Meſſiam: ſiue in occultis, qualia domus penetralia: mendacibus hiſce haud aures præbeatis. In primo aduentu à Ioanne eſt indicatus, *Ecce Agnus Dei*; in ſecundo autem nullus aderit indicator.

Non credendum vulgaris rumori.

§. II.

De Fulguris ſimilitudine.

Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit aduentus Filij 8.
hominis.] Exponit Euthymius, *Sicut fulgur egreditur, & omnibus in conſpicuo eſt, nullo egens præcone, aut prænunciante: ſed exceſſiuo ſuo ſplendore minimo temporis momento vniuerſo apparet orbi: Ita quoque erit aduentus Chriſti propter magnitudinem ſui ſplendoris omnibus ſimul apparens, & factus hominibus ipſe nuncius.* Addiderim, quatuor in rebus ſecundum Chriſti aduentum ſimilem fulguri prætentandum. Vt fulgur ſubitò omnibus apparet, ſic Chriſtus repentè cunctis hominibus adparebit. Quemadmodum fulgur ſplendet, ſic Chriſtus rutilabit. Sicut fulgur non in terra, ſed aëre cernitur in excelſo, ſic Chriſtus cœli conſpicietur in nubibus. Quemadmodum fulgur exiguo temporis apparet ſpatio, ſic Chriſtus cum ad iudicandum venerit, breui mora temporis apparebit.

Fulguris ſimilitudo.
Euthym.
Quatuor fulguris proprietates.

Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.] Alia id Dominus appoſita ſimilitudine oſtendit, & confirmat. Quemadmodum aquilæ, nemine oſtendente, euolant ad cadauer, ſic homines ad me in ſecundo aduentu, nemine indicante, conuolabunt. Hieronymus, *Aquilæ, & vultures etiam trans mare dicuntur ſentire cadauera, & ad eſcam huiuſmodi congregari.* 9.

Aquilarum exemplum.
Hieron.

Requiris, Num hoc loci omnes homines aquilæ appellentur, an ſolummodo iuſti? Hilarius ſentit ſolos iuſtos aquilas vocitari. *Sanctos de volatu ſpiritalis corporis aquilas nuncupauit Dominus.* Chryſoſtomo aquilæ ſunt Angeli. Martyres, cœterorúmque Sanctorum multitudo. Auctor Imperf. *Ideò Sancti aquilæ appellantur, vt in aquilis regalibus regalis Sanctorum dignitas oſtendatur.* 10.

Quinam aquilæ?
Hilar.
Imperf.

Veroſimilius ego cum Abulenſi, Maldonato, & aliis, putarim hoc loco cum aquilis omnes homines conferri hoc ſenſu: Manifeſtus erit omnibus aduentus ſecundus, ſicut fulgur; quoniam omnes ex toto orbe homines, in locum iudicij velociſſimè congregabuntur, quemadmodum aquilæ ad cadauer aſſolent congregari. Notat Barradius innuere Dominum iudicij locum fore iuxta montem, vbi cadauer Chriſti reponendum. 11.

Auctoris ſententia.
Maldon.
Abul.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX TRIBVLATIONE IVDICII.

Observ. I.

Ad illa verba:

Ita vt in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt,) etiam electi.

Eloquentibus Hæreticorum ſermonibus adducerentur etiam electi, ſi fieri poſſet, vt peruertendi eſſent.

Nihil enim efficacius, ad afficiendum animum ad virtutem, aut vitium, quam Rhetoricum eloquium.

12. Origen. FATVR Origenes apud D.Thom.in Cat. *Exaggeratorius ſermo eſt, dicens: ſi poſſibile eſt. Non enim pronunciauit, neque dixit: Vt in errorem mittantur electi; ſed oſtendere vult, quoniam frequenter valde perſuaſores ſunt ſermones hæreticorum; & commouere potentes eot, qui ſapienter agunt.* Vis eſt magno Rhetoricis inſita verbis, eloquens ſermo valet out od virtutem, aut ad vitium hominum animos commouere.

13. *Eloquentia vis ad animos afficiendos pro libito.* Virgil. Mitto exaggerationes à Poëtis excogitatos vt cantus Orphæi, ſeu eloquentis ſermonis vim expenderent. Virgilius lib.4.Georg.

At cantu commota Erebi de ſedibus imis.
Vmbræ ibant tenues ſimulacráque luce carentum,
Quin ipſa obſtupuere domus, atque intima lethi
Tartara cæruleóſque amplexa crinibus angues
Eumenides: tenuitque inhians tria Cerberus ora:
Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.

Naſo. Imitatus hæc Naſo lib.10.Metam.

Talia dicentem neruóſque ad verba mouentem.
Exangues flebant animæ, nec Tantalus vndam,
Captauit refugam, ſtupuitque Ixionis orbis,
Nec carpſere iecur volucres, vrniſque vacarunt
Belides, inque tuo ſediſti Syſiphe, ſaxo.
Tum primum lacrymis victarum carmine fama eſt,
Eumenidum maduiſſe genas, &c.

Tull. Pulchrè eloquentiæ Potens Tullius ad Saluſt. *Neque verò quidquam præſtabilius eſt, quam poſſe dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit: vnde autem velit, adducere. Hæc vna res in omni libero populo, maximéque in pacatis, tranquilliſque ciuitatibus præcipuè floruit, ſempérque dominata eſt. Quid enim eſt tam iucundum cognitu, atque auditu, quam ſapientiſſimis ſententiis, grauibúſque verbis ornata oratio, & perpolita? Aut tam potens, támque magnificum, quam populi motus, iudicum religiones, ſenatus grauitatem, vnius oratione conuerti?*

Profectò in manu eloquentiæ eſt, (vti ait 14.
Auſonius,) *Arbor ſcientiæ boni, & mali*; quia *Arbor ſcientiæ boni & mali in eloquentia manu. Nam ad bonum & ad malum potens allicere.* Petrarch.
vel ad virtutem vel ad vitium facilè eloquentiæ fidibus ipſa obdurati animi ſaxa trahuntur. Elegantem do Franciſci Petrarchæ ſententiam dial.9. *Præclarum eſt eloquium.* R. *Magnum fateor inſtrumentum gloriæ, ſed anceps, cuſpide gemina.* G. *Eloquium torrens eſt.* R. *Haud ineptè quidam eloquentiam furioſi gladio æquiparant, aut probi militis*: probus defendit, furioſum oportet inermem eſſe, nè inferat nocumentum. G. *Eloquium clarum eſt.* R. *Clarum aliquid variè dicitur, clarus ſol, clarum incendium.* G. *Præfulgidum eloquium eſt.* R. *Et lugubres cometæ fulgent, & ſtellæ fœlicitatis præcones.* En arborem ſcientiæ boni & mali in manu eloquentiæ.

Confirmo ex Mercurij habitu, de quo Boc- 15.
cacius lib.12. cap.16. *Mercurius Deus eloquentiæ tegitur galero, vt oſtendatur aduerſus inuidiæ fulmina ſolam eloquentiam plurimum valere. Alata fert talaria, ſermo enim velox eſt.* Et ob id ab Homero alata exprimuntur verba. Illiad.1. *Eloquentia eſt virga Mercurij ad vitales, & lethales effectus.* Boccac. Homer.
Virgam defert, qua fingunt, Mercurium animas ab Orco vocare, alias demittere. Quod nihil aliud ſignificat, quam plurimos è mortis faucibus ſubtrahi, quos carnifex expectet, mox ad ſupplicium rapturus: & ſi velit, in mortem impellat rurſus. Ita Cicero communi voce ob necatum Clodium Milonem eripuit eloquentiæ viribus, ita & Popilium Lenatem, Celium & innumeros alios: Is eadem fandi maieſtate Lentulum, Cethegum, Sextilium, atque eius farinæ homines potentiſſimos morti tradidit. *Eſt & eius virga naturæ, ventos excitare, & tranare nubila. Quod indicat, eloquentiam ſolam ſeditiones commouere, & eas, ſi cupiat, ſedare poſſe.* Ita feciſſe Curionem apud Ariminium in Cæſarem legimus. Ita & Cicero turgidum Cæſaris in Deiotarum pectus pacauit. *Virga hæc ſomnos dat, ac adimit: Ita eloquentia ſopitos, inertéſque ad exercendum ſe, admonet, cum præmia opulentiſſima proponit: Sopit nimium, cum non orare ſit temerario, aut audaci: ſed potius latrare.* Ergo 16.
vita & mors in eloquentis linguæ manu.

Nathan eloquentiæ virga Dauidē excitauit à peccati ſomno.
Profectò diuorum nuncium Mercurium ſacrum decet eloquentiæ virga vti ſolummodo ad animi correptionem, directionem. Miſſus à Deo Mercurius Nathan, vt Dauidem ad frugem

gem meliorem correptionis virga adduceret. *Duo*, inquit, *viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues, & boues*, &c. 2.Reg 12. Cur ô Propheta Dei nuncius parabolas excogitas, cum animus Regis corripiendus eſt? Eloquentiæ das operam, cum veritatis virga deberet peccatorem vulnerare? O ſapientiſſimi nuncij opus! *Serpens*, (ait Boccacius,) *eſt implicitus virga, quod prudentia maximè eloquentiam deceat.* Huiuſce parabolæ dulcedine ſoporatum Dauidis animum criminis auocauit à ſomno. Chryſoſtomus ad Pſalm. 50. exclamat, *O ſapientia medici! Intrauit portans gladium.* (Mercurij virgam,) *vt ſecaret vulnus: ſed infirmanti non oſtendit, nè abhorreret medicinam. Abſcondit ferrum non ſub veſtimento: Sed ſub velamine narrationis. Statim non dixit, O inique, ô immunde, ô adulter, ô homicida! Quid igitur? Cauſam habeo. Duo viri erant in ciuitate vna.* Excitatus Rex inclamitauit, *Peccaui Domino.* O vim eloquentiæ cœleſtis!

2.Reg.12.

Boccac.

Chryſoſt.

17. Deum Propheta imitatus eſt eloquentiæ virga vtens ad animos peccatorum conuertendos, vel confuſione afficiendos. Caïno olim, *Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* Gen. 4. Eloquentem prorſus ſe ſermo Conditoris oſtentat. Ex metaphora terreni oris ſanguinem profuſum haurientis, & ex amplificatione verborum plena Rhetorica clauſula obiicitur. Cur huiuſmodi ſermone Deus vtitur? Vt eloquentiæ virga animum obſtinati peccatoris ad confuſionem excitaret. Procopius Gazæ. *Vt crudelem animum ad pudorem commoueret amplificatione vtitur, mentionem faciens ſanguinis fraterni, & nominis terræ, quæ aperuit os, vt imbiberet fraternum cruorem.* Cùm ergo Deus ipſe ad peccatorem obſtinatum afficiendum pudore deſcendit vtitur ea eloquentia, quam Mercurio cuilibet, id eſt, ſacro præconi à ſe immiſſo curat inſpirare.

Deus eloquentia vſus edocet Mercurios ſuos eloquentia obſtinatos confundere.

Gen.4.

Procop.

18. Hinc patet, quam exitialis Reipublicæ ſuggeſtum eloquens prauus orator aſcendat. Babylonicam illam vidiſti meretricem calice aureo cunctis hominibus venena propinantem? En eloquentiæ vim in manu praui Rhetoris. Ideò D. Auguſtinus lib. 1 de anim. inquit, *Eloquentia in homine prauo eſt venenum in poculo aureo.*

Eloquentia in prauo Cōcionatore venenum.

Auguſt.

Observat. II.

Ad illa verba:

Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret in occidentem: Sic erit aduentus Filij hominis.

Repentinus aduentus Iudicis Dei in vniuſcuiuſque morte fulgor eſt, noſtros oculos illuminans ad vitæ correctionem.

Quis enim non illicò conuertatur à crimine, cui mors ſubita, aut repentinus iudicis imminet aduentus?

19. QVæritat D. Auguſtinus lib. 11. qq. Euang. cap. 38. Cur Dominus ſe venturum Iudicem præclamat in nubibus? & reſpondet, *Quia fulgur maximè ſolet de his nubibus emicare.* De iudicis ſede fulgor exoritur? Ita planè. Nimia laborat cœcitate, qui ſubiti, ac inexpectati, inſtar fulguris, iudicis memoria vulneratur. Aptè ergo aduentus repentinus iudicis cœleſtis fulguri comparatur, quia vti *Domini timor illuminat oculos.*

August.

20. Difficilis planè Spiritum ſanctum abneganti ſalus obiicitur, Domino profante: *Qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei, Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittitur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittitur.* Luc. 12. Vbi ex Doctorum ſententia innuitur veniæ difficultas, quia iniquitas maxima. An deſperata omnino huiuſmodi peccatoris ſalus? Minimè verò. Si fulgur repentè venturi iudicis illuceſcat, aperientur oculi miſeri pertinacis delinquentis, & ad meliorem frugem adducetur. Pulchrè Tertullianus lib 4 contr. Marc. cap. 28. *Qui dixerit in Filium hominis, remittitur: ei autem, qui dixerit in Spiritum ſanctum, non remittitur.* Peribit ne ſiue medicamine miſer? Addit, *Quod ſi iam retentio delicti iudicem Deum venturum ſapiat, huius erit Spiritus ſanctus non blaſphemandus.* Exeat fulgur repentini iudicis venturi aduentus, & peccator ille à blaſphemia abſtinebit pœnitudine affectus, quam ſequetur remiſſio.

Vel delinquens in Spiritum ſanctum iniquiſſimus conuertitur, dum repentè fulgur iudicij præſtingit eius oculos, ac illuminat.

Luc.12.

Tertull.

21. Hæc Pergami Præſuli delinquenti grauiter ſcribuntur: *Hæc dicit, qui habet rompheam vtraque parte acutam: Habeo aduerſus te pauca, quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël*, &c. *Pœnitentiam age, ſi quo minus veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.* Apoc. 2. Particula *Cito* idem eſt ac *Subito. Veniam tibi* Iudex *ſubitò.* O terrorem! ô fulguris exitus repentinus ad oculos peccatoris illuminandos potentiſſimus! Andreas Cæſar. in Apoc. cap. 5. *Per gladium ancipitem innuit peremptoriam iudicij contra impios ſententiam.* Quia ſcilicet Dominus venturus Iudex cum diſcipulis Baalam pugnabit. Si ergò iniquis Baalami ſectatoribus fit comminatio, & non Epiſcopo, illi quidem, & non Angelus Pergami, conuertentur. Cur igitur non dixit, Veniam tibi repentè, & tecum pugnabo in machæra iudicij? Quia tam potens eſt fulgur iudicij vel in aliis peccatoribus expreſſum, vt delinquens eor conuertatur. Vides repentinum iudicium ſuper delinquentem proximum irruiſſe? En fulgur repentè exiens tuos oculos illuminaturum, ſi apud oculos hoſce lucis negatio non adeſt.

Fulgor iudicij vel in me, vel in alio peccatore contemplatus, ab iniquitate recedam.

Apoc.2.

Andr.Cæſ.

22. Vis te legi difficili obſequentem præbere? Exeat tibi lex ipſa ſub ſpecie fulguris repentini territans te horribili iudicis aduentu, & nūquam ſalutari recedes à via. Fatur opportunè Iſaias, *Ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex.* Quonam habitu incedit? Certè exit ex Sionis oriente velut fulgur, quod *exit ab oriente & paret vſque in occidentem: Exibit lex.* Ideò mox adiicit, *Et iudicabit gentes, & arguet populos*

Si lex obliciatur nobis ſub ſpecie repentini iudicij, ipſam non violabimus.

Iſa 2.

pulos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, cap. 2. Tam potens obiectio iudicij repentè aduentaturi? Certè fulgure hoc ſubito procedente & Dei hoſtes conuertuntur ad legem, & iuſti ab eius ſemitis non recedunt. Tertullianus lib. 4. contr. Marc. cap. 1. *Denique iudicabit, inquit; inter Nationes, & traducet populum plurimum ſcilicet non vnius gentis Iudæorum: Sed Nationum, quæ per nouam legem Euangelij, & nouum ſermonem Apoſtolorum iudicantur, & traducuntur apud ſemetipſas de priſtino errore; atque exinde macheras ſuas in aratra, & ſybinas*, (quoddam genus venabulorum eſt,) *in falces: id eſt, feros & ſæuos quondam animos conuertunt in ſenſus probos, & bonæ frugis operarios.* Preme, *Per ſermonem Apoſtolorum iudicantur, & traducuntur.* Iudicantur quidem, quia terrore iudicij exeunte velut fulgure, iam ſe ſe iudicio addictos contemplantur. Mox autem è repentina fulguris operatione *traducuntur de priſtino errore.* Adeò potens fulguris huiuſce coruſcatio.

Tertull.

23. *Chriſtus repentini iudicij terrore Lazarum indurati peccatoris imaginem excitauit.* Ioan. 11. Theophyl. Antioch.

Indusatus multorum dierum peccator fœtenti deſignatur in Lazaro. An tantus delinquens eſt ab improbæ conſuetudinis ſepulchro reuocabilis? Quis dubitet. Exeat fulguris iudicij ſubitò coruſcatio, & peccator è tumulo exſurget. IESVS *ergò rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum.* Repentinus quidnam portendis fremitus? Exiſtimo tonitruum eſſe fulguris, nempe iudicij peccatorum. Theophylus Antioch. lib. 3. in Euang. *Per Lazarum quatriduanum, ut fœtentem eos Scriptura declarat, quos conſuetudo peccandi facit horribiles. Eos Saluator fremens ſpiritu, id eſt, terroribus iudicij, & pœnarum à neceſſitatibus eripit delictorum.* Neceſſitates delictoſum appellas illam inueteratam delinquendi conſuetudinem, quæ in naturam quodammodo tranſis, & perdifficilè ſuperatur. Ab huiuſmodi criminibus ſubitus fulguris terror, ſeu iudicij prædicatio exiens liberat peccatorem.

OBSERV. III.

Ad illa verba:

Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.

Temporibus Antichriſti cuncta fidelium membra cum ſuo capite IESV colligabuntur, ad Eccleſiæ ſtabilimentum.

Nihil enim tam validum, ad Eccleſiæ, ad Reipublicæ, ad cuiuſlibet communitatis exitium, quam diſſidia inter ciues, inter domeſticos.

24. Anſelm.

PVlchrè Anſelmus, *Vbi fuerit corpus, id eſt, Chriſtus, Eccleſiæ caput, eo feſtinat vnita Sanctorum intentio, qui in veri ſolis ſplendorem ſuos poſſunt vnum figere intuitum.* Vnus quinam intuitus? Certè vnio & conformitas fidelium. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum.* Cant. 5. id eſt, in vnitate luminum in vnum ſimul obiectum tendentium. Fideles igitur conſentientes, colligati ſuo capiti hæreſcent dum Antichriſti aſſeclæ totis viribus curabunt homines à concordia auocare in irreparabilem planè ruinam. Perdifficilè enim membra, diſſidentia capiti vtiliter connectuntur. Porrò fideles diſſidentes non omnino abſcinduntur à Chriſto, (*No ſon miembros cortados.*) quia Baptiſmi ſignaculum indelebile; ſed influxu capitis minimè potiuntur.

Cant. 5.

25. *Poſt ſciſſionem, ſeu diſſidia ciuiū, indicitur mox Regni ruina.* 1. Reg. 15.

Increpat Samuël inobedientiam Saulis de cæde Amalecitarum reuertentis. *Non reuertar tecum, quia proiecisti ſermonem Domini, & proiecit te Dominus, nè ſis Rex ſuper Iſraël, & conuerſus eſt Samuel, vt abiret. Ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ ſciſſa eſt; & ait Samuel ad eum: Scidit Dominus Regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* 1. Reg. 15. Vbi Abulenſis, *Scidit Dominus Regnum tuum à te hodie, id eſt, Regnum hodie ſcindetur à te. Scilicet hodie eſt diffinitiua ſententia de ſciſſione Regni contra te.* Preme particulam. *Hodie eſt diffinitiua ſententia.* Cur ſententia tunc contra Regem Saulem de exturbatione ex Regno profertur? Certè mox poſt veſtimenti ſciſſionem, ſententia illa prolata eſt. Quidnam ſciſſio veſtis, niſi ciuium Regni illius ſchiſmata, & diuiſiones? quid niſi Eccleſiæ, communitatis, aut collegij diſſidia? Mox corruit poſt ſciſſiones, poſt diſſidia Regnum, communitas diſſipatur. Petrus Dam. lib. 7. epiſt. 3. *Mox vt Saul apprehendit ſummitatem pallij Samuelis, & ſcidit: protinus Samuel illi dixit: Scidit Dominus Regnum Iſraël à te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te.* Fidelium mox communitati accommodat, *Porrò autem ſicut veſtis illa erat pallium Samuëlis, ſic & ſancta Eccleſia veſtis eſt Redemptoris. Pallium igitur Samuëlis Saul abrupit, & Regnum perdidit. Chriſti ſcinditur veſtimentum*, &c.

Abul.

Damian.

26. *Signum conſummationis, ſeu euerſionis ſæculi ſunt ciuium odia, & ſchiſmata, aut diſſidia, non prælia, non labores.* Matth. 24.

Acceſſere ad Chriſtum Apoſtoli profantes, *Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?* Queis Dominus, *Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte nè turbemini; oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis.* Matth. 24. Quandonam autem inſtare orbis exitium præcognoſcendum? Addit, *Tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent: & odio habebunt inuicem.* Ibid. Tentatur Chriſtianus populus hoſtium externorum præliis, innumeris agitatur; nec tamen mox finis, aut exitium Regni. At ingruentibus ciuium odiis, & diſſidiis, illicò finis adeſt, ſæculi conſummatio inſtat. Pulchrè D. Cyrillus Ieroſol. cat. 15. *Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum, & conſurget gens contra gentem, & Regnum contra Regnum: & erunt fames, & peſtilentia, & terræmotus per loca: & rurſus terrores de cælo, & magnæ tempeſtates. At non finis. Quærimus ergo ſignum aduentus tui. Saluator autem dicit, Mutuò ſe trodent multi, & odio habebunt inuicem.* Illico orbis exitium, ſæculi conſummatio.

Cyrill. Ier.

27. *Schiſmata ciuium præparant Antichriſto locum.* Cyr. Ier.

An non ad exitium, & ruinam ſæculi debet Antichriſtus ab hominibus recipi, & adorari? Ita planè. Profectò ſchiſmata, odia, diuiſiones ciuium præparant Antichriſto tabernaculum. Cyrillus citat. *Sic Antichriſti inuerſo fraternum odium deinceps locum dabit. Antichriſto præparat*

diabolus

diabolus ſchiſmata populorum, vt tantò facilius hoſtis recipiatur.

28. *Dauid curat vnione, & dilectione aſſurgere Imperium, quod Saulus diſſidio, ac odio corruerat.*

Saulis Regnum Philiſtæi curabant comminuere, Goliath euertere ſatagebat, nec potuere, victore Daoide. Aſt ſola vnius Saulis in Dauidem maleuolentia, ſolum vno cum milite diſſidium, (ex parte Saulis à Dauide quidem dilecti,) valuit Principem illum à Deo electum labefactare. Porrò Dauid cognoſcens odió Regem corruiſſe, vt ſuum ſtabiliret imperium, curauit id in inimici dilectione fundare. Vnde nece affecto Saule, *planxit Dauid planctum huiuſcemodi ſuper Saul.* 2. Reg. 1. Adquæ Caſſianus lib. 22. Col. cap. 4. *Dauid præcepta legis ſuperauit, qui præcipiente Moyſe, vt inimicis talio redderetur, non ſolum hoc non fecit: verum etiam dilectione complexus eſt perſequentes, & pro his Domino piè ſupplicans etiam lugubriter fleuit, & vltus eſt interfectos.* Quid mirum Dauidis Regnum *cum Sole, & ante Lunam* erectum permaoere, ſi in vnione ciuiom, in dilectione inimicorum ſolidatur?

2. Reg. 1. Caſſian.

29. *Pax fugità Regnis ob diſſidia ciuium: reditura, ſi odia extinguantur.*

Vereor, Regnum potentiſſimum non tam ex hoſtium impugnatione, quam ex muruo ciuium odio corruere. Vnde Dauid prudentiſſimè vt Regoum ſtabilire poſſit non exercitus potentiam augere, ſed cum inimico curauit pacem iniri, proprio iuri renuncians; vt ablegato diſſidio, pax poſſet ſtabiliri. Vultis, boſtes ab arena recedere? gladios in aratra conuerti? inteſtinæ inimicitiæ ac odij domeſtici iurgia conquieſcant. Nazianxenus orat. 14. quæ eſt 3. de Pace. *Pax*, inquit, *amica, bonum ab omnibus quidem laudatum, à paucis autem conſeruatum, vbinam nos tanto iam temporis ſpatio reliquiſti? Quando ad nos reditura es? Etenim te ſupra mortales omnes cupio, & oſculor, ac præſentem amplector, & abſentem multis luctibus, & lacrymis reuoco, qualibus Dauid Saulem in bello interemptum, & poſtea filium Abſalonem, Montes Gelboë dicens, ſuper vos nec pluuia, nec ros cadat, parricida & inimico velut inſonti ſatisfacit, ac cum mortuo in gratiam redit.* Quid de inimici gratia expectas? Reditum planè pacis ex odiis, ac diſſidiis ciuium ablegatæ. *Quando ad nos reditura es?* Quando dilectionis vinculo cioes fuerint colligati. O florentiſſima ac potentiſſima Hiſpaniarum Imperia, ac Galliarum, tunc ætero a pace fruemini, cum ab Vrbibus inteſtina iurgia, ac diſſidia receſſerint. *O pax, te iam præſentem amplector.*

Nazianz.

Ait Domjous, *Tunc ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.* Matth. 24. Vbi myſticè D. Cyrillus Ieroſol. cat. 15. aſſerit virtutes cœlorum commoueri, cum Eccleſiaſtici, ac ſæculares inteſtinis odiis conturbantur. Hoc plaoè iofallibile deſolationis omnium Regnorum documentum. Mox adiicit, *Tunc parebit ſignum Filij hominis*, &c. Quaſi diceret, Cùm ciuium diſſidia videritis, tunc ias ..ctum eſſe de mundo exiſtimate. *Si audis*, (. Cyrillus,) *quod Epiſcopi contra Epiſcopos*, c ..ici contra *Clericos, & populi contra popu' ..ue ad ſanguinem certant, nè perturberis*; ...*m eſt enim iam orbis exitium.* Hoc aduentus D.. ..ini & conſummationis ſæculi documentum.

30. *Mundi finis ex conturbatione Principum, & ciuium diuiſione,* Matth. 24.

Cyr. Ieroſ.

SECTIO III.

Tribulatio Iudicij.

TEXTVS.

VERS. 29. STatim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſeurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ eadent de eœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. 30. Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes Tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate. 31. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, & à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. 32. Ab arbore autem fici diſcite parabolam, *&c.* 34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 35. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De cœleſtium luminarium obſcuratione.

31. *Quid ſtatim?* Ianſen.

S*Tatim autem poſt tribulationem dierum illorum.*] Ianſenius ſtatim poſt tribulationem Iudæorum ex Ieroſolymæ excidio Solem obſcurandum aſſeroit; quia Dei menſura hoc totum temporis ſpatium minimum quid eſt, iuxta illud: *Mille anni in conſpectu tuo tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* Pſalm. 89. Aſt cum Dominus humane more, & humana temporis meoſura loqui videatur, ſatius intelligo tribulationem, cuius fit memoria, non ſolum Iudæorũ ſignare excidium ex Ieroſolymæ ruina, ſed etiam Eccleſiæ afflictionem Antichriſto imperium orbis obtinente: poſt quam *ſtatim* iudicium adueniet; quia poſt Antichriſti necem vſque ad iudicium noo multi anni effluent. Rogatant, *Quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?* Dominus autem poſt expreſſam Iudæorum tribulationem, quæ ſapiebat extremam iudicij calamitatem, gradom fecit ad Antichriſti tempus, quod quidem iudicium

Pſalm 89.

Expoſitio, & contextus.

eſt

eſt ſecuturum. *Statim* igitur, id eſt, non poſt multos annos iudicij adfutura ſunt ſigna.

2\. De obſcuratione Solis, & Lunæ. *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.*] Exponit Hieronymus, *Sol, & Luna obſcurabuntur, non diminutione luminis. Alioquin* Hieron. *legimus Iſa.30. Solem ſeptuplum habiturum luminis; ſed ad comparationem veræ lucis omnia viſui tenebroſa ſunt. Sol itaque, & Luna, & ſtellæ in* Chryſoſt. *aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur.* Chryſoſtomus, *Sol obſcurabitur, non quia deſtruetur; ſed quia luce aduentus Chriſti ſuperabitur.* Auguſtinus, Beda, Euthymius, & Theophylactus Beda & alij. cooteſtantur. At D. Gregorius hiſce tenebris Gregor. temporis illius mœſtitiam ſignificari aſſeruit. *Sol obſcurabitur, & Luna, & ſtellæ, hoc eſt, in ſummis dolorum, mœſtitiaque tenebris verſabuntur homines, perinde ac ſi Sol illis, Luna, & ſtellæ* Iſa.13. *nihil luminis præberet. Stellæ cæli,* (ait Iſaias,) *& ſplendor earum non expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplende-* Hieron. *bit in lumine ſuo.* cap.13. Vbi Hieronymus, *Eſt ſenſus, quòd cum dies Domini venerit, & furor eius vniuerſa vaſtauerit, præ timoris magnitudine mortalibus cuncta teneſcant. Vt Sol ipſe, Luna, Aſtráque rutilantia ſuum videantur negare fulgo-* Auguſt. *rem.* D. Auguſtinus epiſt.80. Solem, & Lunam ait dici Eccleſiam, quæ Antichriſti tempore ob- Ambroſ. ſcurabitur. Ambroſius obſcurandum ait Solem diabolum, & Lunam ſeu congregationem im- *Improbo ſententias haſce.* piorum, vti Origenes innuit. Sed ſenſus myſtico proximus eſt, duo priores minimè probantur, quia ſi non verè obſcurantur luminaria, ſed aut ex comparatione veri Solis, aut ex hominum triſtitia, nullum verum ſignum erit in Sole, ac Luna. At Chriſtus. *Erunt,* inquit, *ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis.* Quænam quæſo ſigna hæc erunt, ſi nihil illis accidet mutationis?

3\. *Auctoris expoſitio.* Affirmo re ipſa Solem ac Lunam obſcurandam, vel ſubiecta miraculosè Luna, vel multis, denſíſque nubibus interpoſitis, vel luce Carth. penitus à Deo dempta. Carthuſianus, *Obſcurabitur Sol, & Luna, vel quia diuina virtute ſuo lumine priuabuntur; vel quod probabilius ſonat, quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea & terram: & fortè Luna ſupponetur Soli, ſicut in paſſione factum fuit ſecundum Dionyſium Areopa-* *Luna non dat lumen ſuum.* *gitam.* De Luna ſuum non dante lumen ſic Caietanus, *Luna non dabit ſuum. Hinc ſignifi-* Caietan. *catur, quod Luna habens lumen ſuum, non dabit illud; vt intelligamus, quod non loquitur de eclipſi, ſed de miraculo; quia in eclipſi Luna non habet lumen.*

4\. *De duratione tenebrarum.* Abul. Porrò de harum tenebrarum duratione fatur Abulenſis q.161. *Dicendum, quod non eſt credendum, quod durent per duos aut tres dies; nam hoc induceret periculum omnibus viuentibus, & alterarentur diſpoſitione peſſima, & non vitali omnia, quæ viuunt, & ex quibus viuimus. Erit ergo tanti temporis duratio, vt credatur veriſimiliter eſſe ſignum rei maximæ: & tamen non deſtruat viuentia. Hoc tempus ſatis eſt triū, aut quatuor horarum, quia tunc per omnem terram poterit manifeſtè videri.* Opinor tamen, per aliquot dies, fortè vſque ad ignis incendium illas tenebras duraturas. Periculum viuentibus afferent? Concedo caliginem hominibus, animantibúſque reliquis mox perituris perniciem allaturam, non aſſeruandis. Sic mox perituri viuentes, exitialibus incommodis afficientur.

Stellæ cadent de cælo.] Euthymius, *Stellæ cadent, tanquam nulli amplius vſui futuræ.* Chryſoſtomus, *Stellæ re vera ex cælo cadent, quia poſt iudicium nulla erit nox: quis vſus ipſarum erit, nulla exiſtente nocte?* Profectò credendum Aſtrologis tantæ magnitudinis aſſerentibus eſſe ſtellas, vt nè duas quidem, aut vnam capere terra poſſit. Poſt iudicium Aſtra fulgentiſſima vſui futura maximo, videlicet cœlorum ornamento. Non excident ergò Aſtra, ſed cadet Aſtrorum lux, quia non fulgebit. Vnde Ioël, *Stellæ retraxerunt lumen ſuum.* cap.3. Non cadent è cœlo, ſed retrahent ſplendorem. Addo Auguſtinum lib.20. de ciuit. cap.20. *Illud, quod ſcriptum eſt, ſtellas de cælo eſſe caſuras, præter quod poteſt multo probabilius & aliter intelligi, &c. Vel cum tropica ſit locutio, quod eſt credibilius, vel in iſto imo cælo, id eſt, aere, futurum ſit vtique mirabilius, quam nunc ſit. Vnde & illa Virgiliana Æneid.2.* *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit, & Idæa ſe condidit ſylua.* Non iudicat Auguſtinus improbabilem eſſe opinionem, ſtellas è cœlo re vera ruituras; ſed probabilius arbitratur metaphoricam eſſe locutionem, qua ſignificatur, inflammatas exhalationes ſtellis ſimiles, & fulgura ex aëre dimittenda ab Angelis. De quo Iſa.34 & Apoc.6. De virtutum autem commotione iam ſuprà diſſeruimus.

5\. *Stellarum caſu.* Euthym. Chryſoſt. Ioel 3. Auguſt. Virgil. Iſa.34. Apoc.6.

§. II.

De ſigno Filij hominis apparituro.

ET *tunc parebit ſignum Filij hominis.*] Quodnam ſignum? Imperfectus, Chriſti corpus 6. *De ſigno Crucis.* vulneribus conſignatum. Hieronymus, Vexillum aliquod victoriæ. Attamen cum Chry- Imperf. Hieron. ſoſtomo, Hilario, Auguſtino, Theophylacto, Chryſoſt. & alij. Euthymio, & aliis aſſero Crucem ſignum eſſe pariturum, Eccleſia canente, *Hoc ſignum erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.* Sybillina lib.6. hæc carmina extant: Sybill.

O lignum fælix, in quo Deus ipſe pependit:
Nec te terra capit, ſed cæli tecta videbis,
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

An Crux ipſa lignea ſic conſpicienda, an ipſius ex aëre ſplendido effigies efformata? 7. *An Crux ipſa lignea adparebit.* VValdenſis tom.3. de Sacramental. tit.20. cap.158. aſſerit, ipſammet Crucem ligneam VVald. diuina redintegrandam potentiâ in diéque iudicij in cœlo omnibus hominibus oſtentandam. Chryſoſtomum citat hom. de Cruce, & Chryſoſt. latr. fatum: *Crucem ſolam non reliquit Dominus in terra, ſed ſecum eam leuauit in cælum, & ideo audi, quod cum ipſa veniet.* Probabilem arbitror opinionem, ſed veroſimilius putarim Crucem ex aëre vel nube ſplendidiſſima efficiendam in cœlo oſtentandam ſupra locum iudicij magnitudinis tantæ, vt ab omnibus poſſit aſpectari.

Quonam tempore Crux apparebit? Abulenſis 8. *Quonā tempore apparebit Crux.* q.171. & 172. putat Crucem apparituram rutilantem, cum Sol fuerit obtenebratus, & Luna, antè quam Chriſtus è cœlo deſcendat. Clemens Clemens Rom. Rom. lib.7. Conſt. cap.33. *Tunc prodibit deceptor orbis, id eſt, Antichriſtus, quem Dominus interficiet. Et tunc apparebit ſignum Filij hominis in cælo. Deinde vox tubæ inſlante Archangelo, & interea mortuorum ſuſcitatio, ac tunc veniet*

Dominus. Probabilius aſſero Crucem tunc in cœlo conſpiciendam, cum Chriſtus ad iudicandum deſcenderit. Inſtar vexilli enim Regij ante ſummum rutilabit Imperatorem. Chryſoſtomus hom. de Cruce & latr. quæ Auguſtino tribuitur, & eſt ſermo 130. de Temp. *Sicut Imperatorem Regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare conſueuerunt, & his eius declaratur aduentus: Sic Domino de cœlo veniente, Angelorum cœtus, & Archangelorum multitudo illud portant humeris excelſis, & Regalem nobis aduentum nunciant.* Michaëlem, quem Eccleſia appellat *ſigniferum* vnicum affirmo ſigni portitorem.

De Angelo vexillum Crucis ferente. Chryſoſt.

9\. Addiderim ex D. Thoma, Vigoerio, & aliis reliquorum paſſionis monumentorum ſigna, columnæ ſcilicet, clauorum, funium, ac coronæ ferenda à cœlicolis. *Veniente*, (ait Doctor Angelicus opuſc. 2. cap. 244.) *Domino ad iudicium, ſignum Crucis, & alia paſſionis inſignia demonſtrabuntur.* De Crucis ſplendore Methodius orat. de conſumm. mundi, *Orietur ab Oriente vſque ad Occidentem ſignum Crucis ſuperantis ſplendorem ſolis denuncians aduentum, & apparitionem iudicis.* Chryſoſtomus hom. 77. in Matth. *Sol obſcurabitur, Crux autem apparebit; quod fieri non poſſet, niſi ſolares radios ſplendore ſuperaret.* Ephrem, Theophylactus, & Euthymius ſubſcribunt.

De aliis paſſionis apportandis monumentis. Thom. Vig. *De Crucis ſplendore.* Method. Chryſoſt. Ephrem, & alij.

10\. Cur autem Crux ſit in iudicio conſpicienda? An vt iuſtior condemnatio eorum appareat, qui tantam miſericordiam contempſerunt? Sic D. Thomas. An vt ſignetur, per Crucem iudiciariam poteſtatem comparatam? Sic Doctor Angelicus. An vt dolores, mortem, opprobria, quæ tantus Rex pro hominibus pertulit ingratorum oculis obiiciat? Sic Auctor Imperf. hom. 49. *Ego pro vobis alligatus, & deluſus, & caſus crucifixus ſum; vbi eſt tantarum mearum iniuriarum fructus?* An vt indicetur, Chriſtum iudicem eum eſſe, qui à Iudæis eſt crucifixus? Chryſoſtomus citat. *Sicut Thomæ poſt Reſurrectionem vulnera monſtrauit, ſic & tunc oſtendet vulnera, Crucémque, vt iſtum oſtendat illum eſſe, qui fuerat crucifixus.* An apparebit Crux vt fons, & origo totius hominum gratiæ, & gloriæ? Sic Barradius, *Omnis gratia, & gloria, qua ille die homines fulgebunt, ex Chriſti tormentis emanarunt.*

Quare in iudicio conſpicienda Crux. Imperf. Chryſoſt. Barrad.

11\. *Et tunc plangent omnes Tribus terræ.*] Cum apparebit Crux, magnum damnati planctû excitabunt, Crucis aſpectu exulcerati. Euthymius, *Tunc lugebunt infideles, hi quidem, id eſt, Iudæi, quod Deum crucifixerint; alij, quòd Chriſtianos punierint.* Theophylactus, *Tunc plangent omnes Tribus terræ Iudææ lugentes ſuorum inobedientiam, & incredulitatem: & omnes qui terrena ſapiunt, etiamſi Chriſtiani ſint.*

De planctu peccatorum. Euthym. Theophyl.

§. III.

De Angelis cum tuba immiſſis, ad mortuorum reſurrectionem.

12\. *ET videbunt Filium hominis venientem in nubibus. Et mittet Angelos ſuos, &c.*] Anticipatione vſus Euangeliſta; prius enim Angelos ad congregandos electos immittet: poſtea veniet ad iudicandum. *Mittet* quidem *Angelos ſuos cum tuba, & voce magna.* Olim Hebræi tubis vtebantur in bello, in Templo, in feſtis, & ad populum congregandum. Num. 10. Num bellica tuba illa? Iudicium veluti bellum metuendo ſonitu ſignificabit. Num feſtiua? Poteſt indicare feſtum illud æternum, quod Diui celebrabunt. At aptiùs ad congregandos homines tubam ſonitum edituram aſſerimus.

De tubæ ſonitu.

Et voce magna.] An præter tubæ ſonitum vox ſit articulata exaudienda? Caietanus vnum tantum fore ſonitum credit, & legit: *In tuba vocis magnæ. Non ſignificantur duo ſoni, alter tubæ, & alter vocis: ſed vnicus; vel vocis magnæ quaſi tubæ: vel tubæ magnæ vocis.* Conteſtatur Ianſenius. Exiſtimo cum verbis Chriſti magis congruenter, præter tubæ ſonitum, vocem articulatam exaudiendam, qua mortui iudicio adeſſe iubeantur; qualis eſt: *Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Particula enim *&*, vocem à ſonitu diſtinxiſſe videtur: *Cum tuba, & voce magna.* 13.

De voce diſtincta à tubæ ſonitu. Caietan.

Quorſum autem tubæ ſonitus fruſtra fundendus, & vox illa immittenda; ſi mortui neque vocem, nec tubæ ſonitum poterunt exaudire? Reſpondet D. Thomas addit. quæſt. 76. art. 2. vocem illam efficaciam habituram, quod proferatur, non quod audiatur. Abulenſis q. 226. mortuos audituros aſſerit vocem, *Nam Reſurrectio fiet in inſtanti, & vox ſucceſſiua eſt. Ideòque audietur pars vocis ſequens Reſurrectionem.* Arbitror vocem totam audiendam; ſonitus enim tubæ non deſinet, ſed poſt Reſurrectionem permanebit. An plures tubæ ſint audiendæ? Affirmant Anſelmus, & Chryſoſtomus. At probabilius arbitror verba illa: *Mittet Angelos ſuos cum tuba*, non ſignificare, ſingulos Angelos cum ſingulis tubis immittendos: ſed cum vna tuba illa nouiſſima, qua vnus illorum clanget, reliquis homines congregantibus. Paulus ad hæc, *Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* 1. Theſſal. 4. 14.

An tubæ ſonitus & vox fruſtra fundenda. Thom. Abul. 1. Theſſ. 4.

Et congregabunt electos eius à quatuor ventis.] Prius quidem Angeli immiſſi hominum cineres colligent, poſtea Deus corpora ex cineribus collectis efformabit, animas in illa immittet, omnéſque homines reuocabit in vitam. Colligendos dixi cineres, non oſſa, vel corporum partes; quia ignis iudicium præcedens totum orbem incendet, omniúmque hominum cadauera conuertet in cineres. 15.

De electis congregandis, & cineribus primo colligendis.

Num Angeli etiam ſint reprobos congregaturi? Affirmatiuè reſpondeo, quia tam reſurrectio electorum, quam reproborum opus erit Chriſti. Operi verò Chriſti præclaro Angeli etiam ſancti, & Cuſtodes hominum miniſtrabunt, neque his dæmones immiſcebuntur. Cur ergò Dominus de ſolis electis ab Angelis Diuis congregandis loquitur? Certè honoris cauſa. Addo de congregatione glorioſa ſolummodo locutum. 16.

An Angeli beati cōgregaturi ſint etiam reprobos.

An electi ſuſcitati in locum iudicij ſint ab Angelis deducendi, cum dote agilitatis ſint ipſi præditi? Haud portandi Angelorum viribus, vti Abacuc; ſed ſua vſuri agilitate. Dicuntur tamen ab Angelis congregandi, quia ab ipſis comitantibus deducentur. At reprobi dote agilitatis carente apportandi ſunt. 17.

Adducendi beati.

18\.

A quatuor ventis.] A quatuor mundi partibus, à quibus quatuor præcipui venti perflant, Septẽtrione, Auſtro, Oriẽte, Occidẽte. *In quatuor ventis*

A quatuor mundi partibus adducendi.

Zac. 2. *ventis cœli diſperſi vos.* Zach. 2. Addit Euangeliſta, *A ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum.*] id eſt, ab excelſis extremitatibus cœli Orientalibus, vſque ad excelſas extremitates eius Occidentales. Pſalm. 18. De Sole Dauid, *A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* Pſalm. 18. Hebraicè nomen eſt קצה *ketſe*, quod ſignificat *finem, extremitatem, ſummitatem.* A ſummo cœlo eſt egreſſio Solis, id eſt, ab extremitate, & ſummitate cœli orientali; & occurſus eius vſque ad ſummum eius cœli, id eſt, vſque ad alteram ſummitatem, & extremitatem oppoſitam occidentalem.

§. IV.

De Reſurrectione hominum.

19. *Quonam tempore reſurgent homines.* Thom. PRofectò tubæ illius memor nonnulla de hominum futura Reſurrectione prælibabo. Quonam reſurgent tempore, matutino nè, an nocturno? D. Thomas addit. quæſt. 77. art. 3. ſummo diluculo illius diei ſurrecturos affirmat ad Domini reſurgentis imitationem.

20. *Quonam temporis ſpatio.* 1. Cor. 15. Quantum temporis ſpatium reſurrectionis, ac congregationis negotio impendendum? Reſpondet Apoſtolus, *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent.* 1. Cor. 15. Cinerum ab Angelis per motum loci collectio tempore indigebit exiguo, corporum diuina potentia efformatio, animorúmque introductio in inſtanti fiet, temporéque exiguo in valle Ioſaphat ab Angelis Thom. velociſſimo motu congregabuntur. D. Thomas citatus, *Illud, quod fiet miniſterio Angelorum, non erit in inſtanti, ſed tempore imperceptibili; illud autem, quod fiet virtute diuina, fiet ſubito.*

21. *An reſurrectio fiet in tumulis.* Sotus. Ioan. 5. An homines reſurgent in tumulis? Abulenſis aſſerit, hominum cunctorum cineres ab Angelis in vallem Ioſaphat deducendos, inibíque omnes homines reſurrecturos. Hæreſcit Sotus, & alij. Veroſimilius puto, reſurrecturos in tumulis, ad quos Angeli cineres afferent. *Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem eius, & procedent,* &c. Ioan. 5. Procedens vsique ex monumentis. Si erunt extra monumenta? Ibi reſurgent. *Congregabunt electos.* Non cineres, ſed homines iam in vitam reuocatos ad vallem Chryſoſt. adducens. Chryſoſtomus 1. Theſſ. 4. *Vbique reſurgunt, congregantur autem ab Angelis,* &c.

22. *An idem homo ſit excitandus.* Iob 19. Gregor. Damaſc. Num idem ſit homo reſurrecturus? Affirmat Iob, *Rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.* cap. 19. Gregorius inibi, *Non rectè reſurrectio dici poteſt, vbi non reſurgit, quod cecidit.* Damaſcenus lib. 4. fidei, cap. 28. *Reſurrectio nihil aliud eſt, quam ſecunda eius, quod cecidit ſurrectio. Ex quo fit, vt illud ipſummet corpus, quod interit, & diſſoluitur, ad vitam ſit rediturum.*

23. *Quanta in materia, quã habuit, reſurget & quonam.* An tota materia, quam in vita homo habuit, ſit illi in reſurrectione reddenda? Minimè. Nam ſi homo, qui centum vel plures annos vixit, totam, quæ effluxit, materiam recipiat, immoderatam habebit denſitatem, vel magnitudinem. Sic D. Thomas. Ergò aliquid peribit ex homine. Non neceſſarium ad perfectionem, & identitatem reſurrectionis,

concedo periturum. Si ergo non reddenda homini tota materia, quam tota in vita habuit: quænam reddenda? Ex tribus opinionibus, quas Abulenſis quæſt. 244. ad Matth. 22. Abul. refert, ſecundam approbo, nempe illas aſſumendas *partes, quæ ad magnitudinem pertinebunt, & manſerunt in homine vſque ad mortem: vel habuit, dum moreretur.* Quia materia, quæ eſt in homine, cum moritur, magis videtur ad ad corpus pertinere, quam materia, quæ iam effluxit.

Num eadem faciei lineamenta ſint permanſura? Affirmo, maxima tamen pulchritudine perficienda, ita vt poſſit aliquo modo agnoſci, eo modo, quo agnoſcimus ex lineamentis faciei ſenem, quem iuuenili vidimus in ætate. 24. *An eadem faciei lineamenta.*

An reſurrecturi ſint homines in ea, qua obierunt, ætate? Anſelmus aſſerit in Elucid. *Cum ſit hîc delectabile pueros ſenibus mixtos viris mulieres, longos breues iunctos cernere: credibile eſt, multo delectabilius eſſe, ibi ſingulis ætatibus, ſingulis menſuris vtrumque ſexum virorum ac mulierum conſpicere. Vnde magis credendum eſt, omnes in illa ætate, & in illa menſura conſurgere, qua contigit eos hinc migrare.* Hæreo communi Theologorum placito affirmantium, omnes iuuenili ſeu perfecta ætate ſurrecturos. Dei perfecta ſunt opera, perfectum ergo hominem in perfecta excitabit ætate: qualis ea fuit, in qua Dominus reſurrexit. Auguſtinus lib. 22. de ciuit. cap. 15. *Illud, quod commemorat Apoſtolus Epheſ. 4. de menſura ætatis plenitudinis Chriſti, ſi de reſurrectione corporum dictum eſt, ſic accipiamus dictum, vt nec vltrà nec infra iuuenilem formam reſurgant corpora mortuorum; ſed in ea ætate, ac robore, vſque ad quam Chriſtum hîc perueniſſe cognouimus.* 25. *Quanam in ætate.* Anſelm. Auguſt.

Quanam ſtatura reſurgemus? Reſpondet Auguſtinus lib. 22. cap. 16. *Reſurgent omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuuenili ætate.* Itaque apparebit eadem omnium ætas, ſed non erit eadem omnium ſtatura, alij minores, alij maiores erunt. Vnuſquiſque in ea ſtatura reſurget, ad quam natura illius indiuidua nec errans, nec impedita eum perduxiſſet, in iuuenili ætate. Gigantes ne illam ſunt vaſtam oſtentaturi molem? Ita planè, ſi per errorem, aut vitium naturæ ad illam non peruenere. Sic Abulenſis Matth. 22. q. 246. & Sotus 4. diſt. 44. 2. 4. 26. *Quanam ſtatura.* Auguſt. *De gigantibus.* Abul. Sotus.

An atro colore reſurgent Æthiopes? Minimè, quia indecorum corpori glorioſo. *Pulchritudo,* (Auguſtinus lib. 22. de ciuit. cap. 19.) *eſt partium congruentia cum quadam coloris ſuauitate. Nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, vbi, quæ praua, corrigentur.* 27. *An atro colore.* Auguſt.

An cum eiſdem accidentibus ſimus reſurrecturi? Ita planè, dum modo indecorum aliquid ſtatui illi repugnans non habeant. Eadem ſedibis quantitas, eædem qualitates, eadem potentia, eadémque perſonalitas. 28. *An cum eiſdem accidentibus.*

Num caluus, claudus, gibboſus, vel cæcus, aut aliquo membro carens quo morte carebat, exurget? Reſpondeo, omnes naturæ & indiuidui defectus ab illo eſſe alienos ſtatu. Quid in damnatis? D. Thomas addit. quæſt. 88. a. 1. *Non reſurgent claudi, aut aliquo membro capti, ſed omnia corpora tam bonorum, quam malorum integra reſurgent.* Ratio eſt, Quia *Author, qui naturam* 29. *An membrorum defectu.* Thom.

integram condidit, naturam corporis integrè reparabit. Vnde quidquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate naturæ, ſiue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in reſurrectione renouabitur.

30. *An futura ſexus diuerſitas?* August. Num futura ſit ſexus diuerſitas? Augoſtinus lib. 22. de ciuit. cap. 17. *Nonnulli non in ſexu fœmineo reſurrecturas fœminas credunt, ſed in virili omnes aiunt. Sed mihi melius ſapere videntur, qui vtrumque ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confuſionis,* (ſeu verecundiæ,) *eſt cauſa.* Obiicis, *In reſurrectione neque nubent, neque nubentur.* Matth. 22. Ergò fœmineus non aderit ſexus. Abnego quidem, *Nuptias enim,* (loquor cum eodem Doctore,) *Dominus futuras in reſurrectione negauit, non fœminas.* Sub fragili ergo ſexu iam perfecto fortiſſimæ viragines exurgent. Matth. 22. August.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam, &c. *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant,* &c.] Lib. 1. huiuſce Voluminis iam ſunt expoſita.

IN
IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS
CIRCA LITERAM.
EX TRIBVLATIONE IVDICII.

Obſerv. I.

Ad illa verba:

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, &c.

Statim poſt Antichriſti tyrannidem Chriſtus finale iudicium celebrabit ad oppreſſorum ſubditorum leuamen.

Violenta enim ſubditi inermis oppreſſio Deum ipſum irremediabilis iniuriæ vindicem appellat.

31. STatim, id eſt, non multo poſt Antichriſti trucem tyrannidem poſtremi iudicij inſtat tribunal, vbi Chriſtus Deus & homo viuorum & mortuorum ſupremus iudex apparebit. Quare Chriſtus iudicium hoc celebret per ſe ipſum, non per Apoſtolos dumtaxat, quibus profatus: *Sedebitis & vos ſuper ſedes, iudicantes duodecim Tribus Iſraël*? Certè quia violenta ſubditi exarmati oppreſſio ſic Dei iras armat, vt ipſemet Conditor deſcendat ſubditis Poteſtatum iniuria violenter oppreſſis opitulaturus. Chryſologus pulchrè, *Chriſtus ipſe veniet, vt Antichriſtum ſubruat, liberetur orbis, mundi perpetuetur libertas, ſæculi ſeruitus tota tollatur.* (Chryſol.)

32. *Licet Deus iratus cõtra peccatores oſtendetur, illico ſuccurrit peccatori, dum eum videt à tyranno Domino vexatum.* Oſ. 13. Oſeæ ex ore Dominus Hebræis profatur, *Dabo tibi Regem in furore meo.* Mox adiicit, *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero, inferne.* cap. 13. Si ira ſuccenſus Deus peccatores puniturus Regi iniquo Sauli iuxta Strabi expoſitionem Hebræos tradidit diuexandos, quonam modo illico dat operam eorundem liberationi? Profectò quia tanta eſt Dei circa ſubditos vexatos pietas, vt quaſi delictorum obliuiſcatur, vt tyrannidem Principum poſſit vulnerare, ac inermes ſubditos ab irremediabili calamitate oppreſſionis educere. Rupertus apud Strab. *Chriſtus Dei Filius victor mortis & auctor vitæ, hoc in perſona ſua magna voce magnæ veritatis eloquitur auctoritate, liberabo eos de manu mortis. Quos niſi ſubditos, quorum cor contritum eſt?* Recedit ab iracundia, dum videt miſeros à tyrannico Domino diuexari? O miſeram peccatorum ſeruitutem! (Rupert.)

33. *Etiam peccatores oppreſſos ab Antichriſto Deus ſatagit liberare, tam oſor tyrannidis.* De Antichriſto à nonnullis exponitur illud Iacobi vaticinium: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita.* Præmiſerat, *Dan iudicabit populum ſuum.* Ac ſi diceret Antichriſtus tyrannide iudiciariam acquiret poteſtatem inſidias collocaturus Chriſticolis qui per viam mandatorum incedunt, & qui ſemitam ſtrictiorem perfectionis arripiunt. Quid plura? Mox adiicit Patriarcha, *Salutare tuum expectabo, Domine.* Geneſ. 49. D. Gregorius lib. 31. Mor. cap. 18. Dan aſſerit *colubrum in via, id eſt, iis qui in præſentis vitæ latitudine ambulant. At quis neſciat, ſemitam anguſtiorem eſſe, quam viam?* Dum ergo & iuſti, & peccatores tyrannide premuntur, ipſe Deus iudex exurgit laturus opem: *Salutare tuum expectabo Domine.* Firmat enim ereptionis ſpem ſubditus tyrannide irremediabili diuexatus. (Gen. 49. Gregor.)

34. *Licèt populi innumeris vitiis ſordeſcitur, Chriſtus liberaturus homines aduentauit, quia Herodis tyrannide premebantur.* Annotat Lucas Chriſtum aduentaſſe eo tempore, quo Herodes Galilæam ſubegerat. *Tetrarcha autem Galilææ Herode,* &c. cap. 3. Quare Deus ſe ſe induit humanitate, cum populi iniquitas ſub tot iniquiſſimis Principibus aggrauatur? Auſonius aiebat, *Vis populi aut virtutem aut vitium cognoſcere? Præſulum mores contemplare.* Accipe integrum Lucæ teſtimonium. *Anno quinto decimo Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ, & Traconitidis Regionis, & Lyſania Abilinæ Tetrarcha: ſub Principibus Sacerdotũ Anna & Caipha.* Inibi. Tot iniquis Principibus orbem poſſidentibus, quam deplorati populi mores innuuntur? Porrò vnus illorum Herodes tyrannide Regnum Galilææ poſſidebat Idumæus; vniuſque tyrannis diuexans ſubditos (Luc. 3. Auſon.)

iniquos admodum Deum ad terras traxit, vt miſerrimos ſubditos à ſeruitute irremediabili eriperet. Tanta Numinis ad ſubditorum oppreſſionem vitandam pietas. Chryſologus ſerm. 156. ſolum memor Herodis, pulchrè proclama illa verba premens: *Cum natus eſſet* IESVS *in Bethleem Iuda in diebus Herodis Regis.* Matth. 2. *Quid eſt, quod tempore Regis nefandi Deus deſcendit ad terras? Herodes refuga gentis Iudaicæ inuaſit Regnum, libertatem abſtulit, prophanauit ſancta, confudit ordinem; quidquid diſciplinæ, quidquid cultus eſt, aboleuit. Meritò ergo genti ſanctæ, quia humana deficiunt; diuina ſuccurrunt: & adeſt Deus ipſe, cui homo non erat, qui adeſſet.* Preme, *Genti ſanctæ.* Gentem ſanctam appellas Iudæos à cultu & diſciplina recedentes? Gens ſancta ſubditi iniquiſſimorum Præſulum, quorum difficilè mores non æmulabuntur? Profectò Deo piiſſimo quaſi gens ſancta ſubditi tyrannide preſſi aſpiciuntur, eiſque quaſi ſanctis, quaſi perfectis ſuccurrendis aduentat. Vnde vt aduentus Domini deſcribatur, non memorat Matthæus Cæſaris, aut Tetrarcharum aliorum imperium; ſolum Herodis recordatur, vt innuat Dominum cauſa liberandorum à tyrannide iniqui Præſulis ſubditorum deſcendiſſe.

Chryſol. Matth. 2. *An ſanctos appellat peccatores ſubditos tyrannide preſſos?*

35\. Tempore afflictionis ſolùm opem expoſcere à Deo, impudentiæ eſt iuxta illud Domini: *Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent: Surge, & libera nos.* Ierem. 2. Vbi Hieronymus, *Impudens poſtulatio, tempore neceſſitatis, & anguſtiæ, ab eo quærere auxilium, quem in pace contempſerunt.* Nihilominus tamen tanta eſt Dei in ſubditos afflictos ob iniqui Principis tyrannidem pietas, vt quaſi immemor impudentiæ eis miſereatur. *Audiebat afflictorum gemitus.* Iudic. 2. Vatablus vertit, *Pœnitudine ducebatur Dominus propter ſuſpiria illorum.* An magis allicit Deum ad miſericordiam ſubditi oppreſſi anguſtia, quam retrahit eiuſdem iniqua ingratitudo? O vis diuinæ pietatis ad tyrannidem impij Domini comminuendam!

Licet ſit impudens, qui tempore afflictionis ſolùm opem petit; Deus miſeretur ei, ſubdito quidem à tyranno Domino preſſo. Ierem. 2. Hieron. Iudic. 2. Vatabl.

Observat. II.

Ad illa verba:

Tunc plangent omnes Tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate.

Licet hominis Filium propriæ naturæ videant peccatores Chriſtum iudicem aduentare; irremediabiliter plangunt, memores ſuffixionis ab ipſis peractæ.

Iudex enim offenſus irreparabilem minatur ruinam.

36\. OBiecto Crucis ſignaculo miſeros impij edent eiulatus memores ſuffixionis, vt vidimus. Nec eos à luctu reuocabit Iudicis ſub ſiko hominis, ſpecies. Cur non ſperet reus ab eiuſdem naturæ iudice ſententiam pietatis? An quia iudex offenſus obiicitur? Suffixus à te iudex cœleſtis fuit, quid ſperabis, cum ad tribunal veneris?

Redeuntes ex Ægypto Ioſephi fratres parenti renunciarunt duritiem Præfecti, qui eos exploratores eſſe aſſerens, iuſſit Beniaminum adduci. At prudentiſſimus Iacobus iuſſit eos duplicem pecuniam adduci præter eam, quam in ſacculis ignorantes reportarant, munuſculáque ex terræ fructibus Principi præparari. *Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicē vobiſcum, & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate.* Gen. 43. Quorſum poſt ſolutionem debiti, redundant munera, & duplex pecunia defertur? Dixerant illi parenti, *locutus eſt nobis Dominus terræ illius durè.* Gen. 42. Durè locutus eſt ille, qui terræ illius Dominus eſt? Beniaminus mei cordis deliciæ vobiſcum pergat, munera exundent, debita ſoluantur, duplex ad alimenta comparanda pecunia numeretur. Si fortè iudex ac Dominus offenſus valeat emolliri. Liceat vulgari idiomate exprimere. *Y ſera harto, que todo eſe dinero, y eſos dones, y poner tal hijo a la contingencia de vna des dicha, puedan ablandar vn Principe auerſo, vn juez enojado, y apaſionado.* 37.

Iacob iubet, filios pecuniam duplicem referre, & munera præparari, vt poſſit Principis offenſus emolliri. Gen. 43. Gen. 42.

Addit opportunè Iacob, *Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem; & remittat vobiſcum fratrem veſtrum, quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin.* Gen. 43. Hebraicè, *Et El victor faciat vobis eum placabilem.* Non ſolum Deum omnipotentem inuocat ad placandum cor Principis, ſed externum omnipotentiæ effectum & victoriam; vt innuat difficillimum facinus eſſe, iratum & malè affectum Principem emollire. Deus itaque ſummè fortis ad emolliendum malè affectum Principem inuocatur. Pulchrè Caietanus, *iuxta Hebræum habetur, Et El victor faciat vobis eum placabilem. Aduerſus potentiam Præſidentis Ægypto inuocat Deum quatenus ſummè fortem, ac victorem omnium, & animorum & corporum vires vincentem ad flectendum animum illius Præſidentis Ægypto.* Illius, inquam, qui *durè* filiis locutus eſt. *Victor*ne omnium aduerſus vnum inuocatur? O difficile facinus Dominum, Principem, ſeu Iudicem malè affectum emollire, ſi tribuenda eſt ita Deo actio hæc emolliendi, quaſi illuſtrem victoriam reportauiſſet! 38.

Vt emolliatur Princeps offenſus, Deus omnipotēs, & victor requiritur? Gen. 43. Caietan.

Poſt Iacobi ſepulturam fratres Ioſephi timore adhuc correpti, ſic Proregi: *Pater tuus præcepit nobis, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, vt obliuiſcaris ſcelerum fratrum tuorum,* &c. *Nos quoque oramus, vt ſeruo Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Gen. 50. Hebraicè habetur, *Et nunc parce obſecro rebellioni ſeruorum Eloë patris tui.* Se memorant Dei ſeruos, patremque Ioſepho iam cognito fratri obiiciunt. Quare tot accumulant pietatis incitamenta? Quia ex quo capite Ioſephus eſt Princeps iratus aliquando, aut malè affectus, (vel ſimulatè quidem,) tam difficilis placatu videtur, vt quodammodo neceſſarium ſit, tot aceruari miſericordiæ monumenta, nè recordetur prælapſæ duritiei, offenſione recrudeſcente. 39.

Multa accumulant fratres, (veniam poſt veniam acceptam,) pietatis incitamenta, ne Princeps, qui offenſus fuit, recordetur duritiei. Gen. 50.

Caietanus appoſitè, *Iuxta Hebræum habetur, Et nunc parce, obſecro, rebellioni ſeruorum Eloë patris tui. Accumulant loca ex parte ſeruitutis eorum Deo: non cuicumque, ſed Deo patris Ioſephi vt intuitu Dei, & patris parcat Princeps ſectatoribus patris.* Quam difficilè Princeps offenſus emollitur.

40. Angelus Ioſepho alteri, *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Matth. 2. Cur in Ægyptum Dominus pergit? Chryſoſtomus, *Recordatus Dominus, quanta mala fecerit ſuper Ægyptum, mittens Filium, dat recordationis ſignum.* Olim Deus immiſſurus ad liberandos Hebræos in Ægyptum Moyſem ait: *Vade & congrega ſeniores Iſraël, & dices ad eos,* &c. Exod. 3. Moyſes vadit, non fugit immiſſus? Ergo Dei Filius in Ægyptum immiſſus vadat, pergat: non fugiat. Cur igitur Domino Dei Filio fuga indicitur, non profectio? Addit Archangelus, *Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.* Ibid. Recipiatur ergò à vico proximo apud domus cognati latibula. O Principis offenſi iras! Vel Dei Filius ſe timere obiicit minimè timens, (quippè qui tam facilè potuit potentiam Herodis commouere,) vt innuat, quam ineuitabilis ſit Principis offenſi vindicta. Chryſologus ſer. 151. *Fuge in Ægyptum. Reuerentius diceret: Vade in Ægyptum, vt eſſet profectio, non fuga. At nunc mandatur fuga, mandatur cœlitus, mandatur per Angelum, vt videatur cœlum timor ante tenuiſſe, quam terram.* Quia offenſi Principis irremediabilem calamitatem non ſatis poſſunt terricolæ ponderare, non timent prius quam cœlicolæ periculi cognitores. Vadat Moyſes non ponderans Pharaonis irati ruinam, fugiat Dei Filius, qui ſcit, quam ineuitabile malum ſit, manus Principis irati ſubire; vt hac exaggeratione erudiamur, vt adnotauit Strabus, *Fugit qui eſt aliorum refugium, vt inſtruat fugiendo ſuos.*

Vel Dei Filius fugit offenſum Principis, vt edoceat terricolas timere ex hac ineuitabili calamitate. Matth. 2. Chryſoſt. Exod. 3. Chryſol. Strab.

41. Adagium illud: *Cum Principe irato non pugnandum* rem apprime exprimit. Scholiaſtes enim apud Mirabellium profatur, Qui ſignificabit, arduum eſſe, iratum Principem à ſubdito ſuperari, vſurpabit illud Homeri:

Ardua res homini eſt offenſum vincere Numen.

O ſubditum miſerum, ſi offenſum Principem experiris, actum planè de te!

Non pugnet ſubditus cũ Principe offenſo. Homer.

Obſerv. III.

Ad illa verba:

Ab arbore autem fici diſcite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas.

Ficulnea fructibus pro floribus ornata Chriſtianæ perfectionis ſimulacrum obiicitur.

Viros enim perfectioni ſtudentes decent fructus, non flores; opera ſcilicet, non inania verba: Faciam, pœnitebo, &c.

Qvorſum Dominus ficulneæ exhibuit documentum? Interlinearis, *Sub exemplo arboris docet de aduentu conſummationis.* Quam facilè arboris gloria tranſit mundialis gloriæ breuitatem obiiciens. At D. Hieronymus innuit perfectioni ſtudentibus datum eſſe actionum documentum, *Cum ficulnea caliculo teneri, gemma erumpit in florem.* Quinam flores ficulneæ? Nónne ipſi fructus pro floribus ramuſculos exornant? O Chriſtianæ perfectionis ſimulacrum! Dum ſæculares ſæpè delinquentes flores inanium verborum, (Pœnitebo, occaſionem delinquendi fugiam, me ad frugem recipiam meliorem, reſtitutioni ablatorum operam dabo, ſtrictæ viæ rationem inire curabo, &c.) proferunt: ſpirituales viri egregiè operantur: non promittunt, ſed præſtant. 42.

Religioſa perfectio. Interlin. Hieron.

Dauid expreſſit, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Pſalm. 1. Cur non meminit florum? Quia Chriſtiana perfectio non tam promittit, quam præſtat. Hugo Victor. premens hoc carmen arboris fructiferæ progreſſus viro accommodat iuſto. *Radix* fides, *ſtipes* ſpes, *rami* charitas, *medulla* bona intentio, *cortex* conuerſationis ſpecies, *folia* iuſta actio, *flores* bona fama, *fructus* intus conſcientia, foris doctrina, ſupra gloria. Si folia actiones, & flores bonam ex actionibus famam deſignant, aptè iuſto viro folia, ac flores adſcribuntur. Cur ergò Dauid ante fructus memoriam nec foliorum, nec florum recordatur, ſed mox inquit: *Et erit tanquam lignum, quod fructum ſuum dabit?* Reſpondeo ex Origene. *Folia & flores verba ſunt.* Dum ergo iuſtus deſcribitur, nullam verborum Vates gerit memoriam, primum poſt plantationem arboris germen fructus eſt parturitio: *Quod fructum ſuum dabit.* Addit quidem, *& folium eius non deflnet.* Nec enim poſſunt defluere verba, ſi totum lignum operatorium eſt. 43.

Vir perfectus fructus operum ſine floribus aut folijs verborũ parturit. Pſalm. 1. Hugo. Origen.

Porro Caſſianus mentem noſtram expreſſit aptius illam premens particulam: *Tanquam lignum.* Id eſt, ait, *ſecundum ſimilitudinem ligni vitæ, quod eſt in Paradiſo.* In cuius expoſitionem expendo illud Apocalypſeos, *Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.* cap. 22. Quid anni circulus niſi hominis vita? Nunquam iuſtus ſpectatur in flore, ſemper aſpectatur in fructu. 44.

Iuſtus lignum vitæ ſemper fructibus operũ plenũ, nunquam in flore. Caſſian. Apoc. 22.

Vulgaris locus, ſed ficulneæ noſtræ argumento agnatus. *Cum Dominus vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit, ſi quid fortè inueniret in ea. Et cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Et reſpondens dixit ei, iam non amplius in æternum ex te fructum quiſpiam manducet.* Marc. 11. Ante tempus fructum non habere ficulneam vitio arbori datur? Porrò ad myſticum ſenſum accurrendum eſt ex Patrum expoſitione. Hugo Cardin. *Myſticè ficus eſt clauſtrum, quia ſicut ficus ſub vno cortice multa grana continet, ſic clauſtrum ſub vno iure viuendi multos homines habet. Sed folia ſine fructu ſunt verba ſine operibus.* Religioſi ſtatus perfectioni 45.

Religioſa ficus nũquam verborum folijs aut floribus, ſed fructibus operum debet eſſe onuſta. Marc. 11. Hugo.

ctioni ſtudentem ficulneam oon decet aut folia, aut flores ſine fructu oſteotare: id eſt, ſine operibus verba proferre.

46. *Sapiētu flores ſunt fructus.* Eccli. 24.
Sapiens clamat, *Flores mei fructus honeris.* Eccli. 24. Pro floribus ficulnea hæc debet fructus proferre, id eſt, non verba, votum, ſeu propoſitum perfectionis in futurorum tempus exponere. Ficulneæ ſacræ omne tempus ficorum eſt. Vode Aretas, *Virtus caret tempore*; omoe enim tempus fructificandi eſt.

Aret.

De hortorum Alcinoi fructiferis arboribus ſic cecinit Homer. Odiſ. 7.

47. *Sic arbores Alcinoi.* Homer.

Ex iis fructus nunquam perit, neque deficit
Hyeme neque æſtate, toto anno durans; ſed ſanè ſemper
Zephyrus ſpirans hæc quidem creſcere facit, alia autem matureſcere,
Pyrus poſt pyrum ſeneſcit, malumque poſt malum.
Porrò poſt vuam vua, ficus autem poſt ficum.

En ſtatus perfectionis feracitatem. Vna in arbore omni tempore fructus exponuntur adeò, vt fructus hodiernus ſit quaſi feliciſſimus proximi diei feracitatis flos.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

Dei verba, aut promiſſiones potius facta, quam verba; quia nunquam fallunt. His ſolummodo crede.

Nam verba hominum inania, promiſſa inſtabilia ſunt.

48. *Vis particula Amen.* Vrban.
PRemo particulam *Amen* toties à Domino expreſſam. Vim eius Vrbanus P. ad Pſal. 50. Sic exponit. *Amen nomen eſt Hebræorum, & propter ſuam excellentiam tranſlatum non fuit ab Interpretibus, vel mutatum; vt nomen Dei, quod eſt mirabile, & immutabile deſignaret. Quandoque Amen accipitur nominaliter, & ſignificat ſanctum, & terribile nomen Dei.* Anſelmus autem, *Amen dico vobis, id eſt, credite, quæ dixi.*

49. *Idē eſt promiſſio Dei, quod nomen Dei immutabile.* Vrban.
Cur credendum, quod dicit, ſi nullo alio robore nititur promiſſio, quam promittentis verbo? Profectò Domini promiſſiones ita ſunt immutabiles vti Deus. Vnde dictio ipſa, qua verborum Dei certitudo exponitur, ipſum Dei immutabile nomen enunciat. *Amen* (ait Pontifex) *accipitur nominaliter, & ſignificat ſanctum, & terribile nomen Dei.* Addit, *Vt cum in Apocalypſi legitur, Hæc dicit Amen teſtis fidelis.* cap. 3. *Hæc dicit Amen?* Amen eſt dictio, qua promittitur, verbum eſt promiſſionis. Hæc ergo dicit verbum promiſſionem ſignificans. Imo & hæc dicit immutabile Dei nomen; vnde infallibiliter implendum, quod promittitur.

Apoc. 3.

Deus Adamo ac Euæ dixit, *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Geneſ. 1. Poſtmodum autem, Protoplaſto. *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Geneſ. 2. An incredulitatis arguendus Adamus ſi noo credidit ſe illicò poſt eſum pomi moriturum? Exiſtimo imprimum parentem crediditſſe, ſe futurum mortalem non mox actu periturum. Quare non ſibi, illicò ſe moriturum perſuaſit? Certè quia præceſſerat Dei promiſſio, *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*; ad cuius ſtabilimentum neceſſariū erat diu perſiſtere protoparentes. Confirmo cogitationē ex ſimili Moyſis Barcepha quæſtione. *Cur non obierit Adam, quo die fructum lege prohibitum guſtauit, vt minæ futurum denunciarunt; ſed extenderit poſtea vitam ſuam ad nonies centeſimum & triceſimum annum?* Reſpondet; *Illa benedictio: Creſcite, & multiplicamini, præceſſerat diras iſtas minas: Quo die ederitis, morte moriemini.* Vnde ſenſus horum verborum illi eſt accommodandus. Vtraque promiſſio impletur; hæc, quia homo mortis illico ditioni ſubiacet, illa quia diu perſiſtens terram progenie repleuit humana. Verba enim diuina infallibili adducuntur effectui. 50.

Nō mortuus eſt illicò poſt peccatum Adamus, vt Dei promiſſio, Creſcite, &c. impleretur. Geneſ. 1. Geneſ. 2.

Barceph.

Olim *addidit furor Domini iraſci contra Iſraël, commonuitque Dauid in eis dicentem: Vade, numera Iſraël, & Iudam.* 2 Reg. 24. Quorſum Dei ira ita rigidè infremuit in populum inſiliendo? Memini quidem Abrahæ Dominum promiſiſſe, *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* Geneſ. 22. Dubium igitur circa diuinam promiſſionem gladij inexorabilis vulnere Dominus mulctauit. Theodor. Puniuntur illi, *Quoniam diuinis promiſſionibus erat contraria ſiuſmodi numeratio. Dixerat enim Abrahæ: Faciam ſemen tuum ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* Licet impoſſibiles aliquando tibi Dei promiſſiones videantur, *cælum* certè ſtellarum *tranſibit*, Dei autem *verba minimè præteribunt.* 51.

Iraſcitur Deus contra eos, qui de eius promiſſionibus dubitare non verentur, licet impoſſibiles videantur. 2 Reg. 24. Gen. 22.

Vndenam, ait, Dauid, aut Hebræi poterant de diuinis promiſſionibus addubitare, niſi ex humano ingenio ad mendacia procliui? *Omnis homo mendax.* Pſalm. 115. Hominum verba inania, imo facta inſtabilia. Dubitat ne de Dei promiſſione homo mendax illa prouerbij vulgaris lege: *Pienſa el ladron*, &c. Fatur pœnitens poſt numeratum populum Dauid, *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam*, &c. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.* Pſalm. 50. Preme τὸ *in ſermonibus tuis.* Promiſerat Deus, *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum, quas operatus eſt, amplius non recordabor.* Ezech. 18. Iuſtificatur ergo Deus in ſermonibus ſuis, cum ſtans promiſſis, parcit ploranti peccatori. Iam expendo particulam, *& vincas.* Id eſt, hominum malitiam premas, ex proprio ingenio nunquam promiſſis ſtante, iudicantium Deum. Vrbanus ad hæc. *Parce mihi Deus, vt tu, qui dixiſti per Spiritum ſanctum tuum, in quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum, quas operatus eſt, amplius non recordabor; iuſtificeris, id eſt, iuſtus,* 52.

Homo de propriorum promiſſorum inſtabilitate Deū audet iudicare. Pſ. 115. Pſal. 50. Ezech. 18. Vrban.

ac verax, ſicut es, inueniaris. Quia ſermo tuus veritas eſt, ac eos mendaces oſtendes, qui dicunt, quod mihi ingemiſcenti non parcis; & eos vincas, cum ab ipſis tu, (cui proprium eſt, miſereri ſemper, & parcere) immiſericors iudicaris.

53. *Dei promiſſa ſunt ſemper; hominū autem verba ſunt, & non ſunt. Pſal. 131.*

Cecinit Rex, *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Pſalm. 131. Cum autem precatur, *Miſerere mei*, &c. *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis*, pœnitentiam curat agere Dei honoris prætextu. Ac ſi diceret, Mea iniquitate Dei pietatem impedio, ne ſtans promiſſis, de fructu meo collocet ſupra thronum? *Tibi ergo ſoli peccaui, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* Crimina pœnitentia diluo, vt tuæ reſtituat gratiæ, & poſſis implere promiſſa: ne ſimilis omnibus videaris hominibus, quorum, Erit, quaſi, Non erit. Rupertus lib. 4. de Vict. Verbi, cap. 16. *Iurauit Dominus Dauid; De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Pro hoc ſollicitus, ne ſua iniquitate ſuperatus, promiſſum ſolueret, iuramentumque irritum faceret. Dicebat deſideratiſſimus gloria Dei: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis; quod eſt dicere: vt fidelis permaneas Deus, vt ſermo tuus, qui factus eſt ad me, non ſit in humano illo Eſt, & Non: ſed ſit in diuino illo Eſt, & Eſt. Nec iudicari poſſis, quod leuitate, aut mutabilitate vſus ſis.* Dei verba *ſunt* ſemper: hominis promiſſa *ſunt* verbo tenus, ſed effectu ſunt rarò. Rupert.

LIBER

LIBER VNDECIMVS.

IESVS FALSORVM PROPHETARVM DESCRIBIT FVTVRAM IRRVPTIONEM.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARII literales ad caput ſeptimum Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

MVLTAS ſalutares monitiones, vt futuris poſſint occurrere incommodis, ſuis impatiens Diſcipulis Dominus, edocet non temerè iudicandum, inſtandum orationi, à falſis Prophetis cauendum, qui ſub ouina pelle luporum rabiem imitantur ad Dominici gregis comminutionem. *A fructibus*, inquit, *eorum cognoſcetis eos: non poteſt arbor bona fructus malos facere.* Potuiſſet Dominus huiuſce veritatis in Deipara ſubiicere exemplum; è fructu enim vera agnoſcitur *Prophetiſſa* (ſic Mariam Hieronymus appellauit.) Fatur apprimè Laurentinus lib. 1. de laud. Mar. *Sicut fructus bonus arborem, de qua naſcitur, commendabilem reddit: ſic Chriſtus Virginem glorioſam, de qua tota bene dicta* Prophetiſſa *totus eſt natus* Propheta *benedictus*, verus ex Agna puriſſima Agnus immaculatus. *Quia enim fructus facit agnoſci, qualis ſit arbos, vnde oritur: ſic Chriſtus Virginem. Vnde Matthæus cap. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Non enim poteſt arbor bona fructus malos facere.* Sic ille.

Ligni vita, ſeu IESV Prophetantis. FRVCTVS VNDECIMVS.

Matth. 7.

Rich. Laurent.

MATTHÆVS

MATTHÆVS CAP. VII.

VERS. 15. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

16. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Numquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

17. Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

21. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum cœlorum.

PARAPHRASIS.

15. *SEQVI eos, qui luxui faſtui, auaritiæ ſtudentes tendunt in exitium, non error eſt, ſed inſania: magis cauendum eſt ab his, qui vobis ſe iungunt, ſpeciem habentes pietatis, cum ſint pietatis hoſtes. Euangelicam doctrinam habent in ore, cultus eſt vilis, ora pallent ieiunij ſpecie: ſed harum rerum imagine perſonati veniunt ad vos velut ouilla pelle tecti, cum intus ſint lupi rapaces, ac Euangelici gregis laniatores.*

16. *Haud difficile tamen ſimulationis præſtigium deprehendetis, ſi propius inſpexeritis non titulum & veſtem, ſed ipſa facta, quæ produnt animum inſyncerum. Quis ſic inſanit inter homines, vt de ſpinis colligat vuas, hoc eſt, ex aſperis fructibus fructus ſuaues? Itidem fit inter homines.*

17. *Arbor verè bona & ſuccum mitem gerens in radice mentis, edit bonos fructus. Contra arbor verè mala quibuſcumque ſit foliis, quocumque cortice, tamen fructus edit malos. Nec poſſunt hæc inuerti, natura vtique repugnante.*

18. *Neque enim qui ſyncero eſt animo, poteſt non factis ſynceritatem ſui affectus exprimere: neque rurſus qui vitiato eſt animo, poteſt ea præſtare factis, quæ verè bonum arguunt. Proinde qui fucatè boni ſunt, dent operam, vt omiſſo fuco fiat boni; poteſt enim inter homines ex arbore mala fieri bona.*

19. *Quod ſi perſeuerauerit in peruerſa ſimulatione, metuat ne Deo hoc patiatur à vindice, quod ab agricola ſuo arbor patitur infrugifera. Exciditur enim, & in ignem conicitur. Illi exciſſa inutilia ligna æterna tradentur conflagrationi.*

20. *Hoc igitur indicio dignoſcetis eos, nimirum ex fructibus, quos ſi malos in eis deprehenderitis, ſint vobis gregis dilaniatores, non oues gregis.*

21. *Non omnis, qui me verbis dumtaxat profitetur, Regno cœlorum dignus habebitur. Nec enim titulus facit Chriſtianũ, ſed vita. Neque protinus eos pro Diſcipulis agnoſcam, qui religioſis verbis dixerint: Domine, Domine, cum re ipſa ſeruiant ambitioni, mamonæ, ventri. Qui verè terrenis cupiditatibus repudium miſerunt, & ex animo voluntati Patris mei, qui in cœlis eſt, obtemperant, Regno cœleſti donandi meritò exponuntur. Haud proderit nomen meum his, qui ſpiritu factiſque meis caruerint, cum non iam humano iudicio, quod ſæpe fallitur, ſed diuino pro ſuis cuique meritis præmia deſignabuntur.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Falſi Propheta.

TEXTVS.

VERS. 15. ATtendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De arcta via falſis demonſtratoribus vitandis.

1. *Contextus.* ATTENDITE.] Dixerat ſupra Dominus, *Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam! & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* Vt ergo viam inueniamus tam difficilem demonſtratoribus indigemus. Porrò pſeudoprophetæ ſe ſe ingerunt viæ arctæ demonſtratores, vt Apoſtolorum ſimulantes munus, homines à via arcta abſtrahere poſſint, quæ ducit ad vitam, & ad ſpacioſam viam, quæ ad perditionem ducit, attrahere. Ab huiuſmodi ô Diſcipuli, ſeductoribus attendite.

2. *Quinã Prophetæ falſi.* *Chryſoſt.* *Hieron.* *A falſis Prophetis.*] Græco in codice, *Pſeudoprophetis* à mendacio quidem. Quinam hi? Chryſoſtomus, *Homines impoſtores, non hæretici.* D. Hieronymus de omnibus locum aſſerit intelligi poſſe, qui aliud habitu, ac ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant; ſed ſpecialiter de hæreticis eſſe intelligendum. *Tertull.* Tertullianus de præſcript. cap. *Qui Pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores?* *Auctoris ſententia.* De hæreticis expono cum *Theoph. & alij.* Theophylacto, D. Thoma, Ianſenio, Abulenſi, & aliis. *Imperf.* Fatur Imperfecti Auctor, *Sciens Dominus, futuros eſſe falſos Doctores hæreſum diuerſarum, ideo Doctores veros admonet.*

3. *De veſtimentis ouiũ.* *Tertull.* *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*] Ad quæ Tertullianus citatus, *Inſtruit Dominus, multos eſſe venturos ſub pellibus ouium rapaces lupos. Quænam iſta ſunt pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus delitteſcentes?* Profectò luporum eſt, gregem diſpergere, oues lacerare, quod hæreticis maximè congruit. Cur falſi Prophetæ appellantur? Quia falſa nunciant. Falſa autem docere, & nunciare hæreticorum eſt. Hæretici itaque Prophetis ſunt ſimiles, id eſt, mendacibus Prophetis, qui falſa, mendacique doctrina à via cœli arcta in viam latam tartari populum attrahunt.

Adnoto verbum *veniunt.* Veniunt, inquam, non miſſi. Hoc quidem hæreticorum eſt, ſua 4. *Pſeudoprophetæ non miſſi.*
ſponte venire, nec miſſionem à legitimis Eccleſiæ Præſulibus expectare. Vltroneum cùm ad proximos miniſterium cordatis ingerit, ſuſpicionem. Ex ore Ieremiæ Dominus, *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant. Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* cap. 23. *Ierem. 23.*

Huiuſmodi Eccleſiæ perniciem deſcribit Apoſtolus, *Eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij* 5.
ſubdoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurantur velut miniſtri iuſtitiæ. 2. Corinth. 11. *De his lupis quid Paulus? 2. Cor. 11.* Transfigurant ſe lupi in oues, ouinaque pelle lupinam contegunt rapacitatem. Foris oues, intus lupi. Sic olim Pſeudoprophetæ pallio induebantur ſaccino, vt mendacia ſua habitu tegerent. Hinc Zacharias, *In die illa confundentur Prophetæ* (falſi) *vnuſquiſque ex viſione ſua, cum prophetauerint. Nec operientur pallio ſaccino, vt mentiantur.* cap. 13. *Zach. 13.*

O quam execrabilis hæreticorum huiuſmodi cum ouibus commoratio! Aiebat Adamus, 6.
de Perſe. *Nihil iniquius illo, qui dignus eſt a parente necari.* *Quam execrabiles hæretici.* At de Pſeudoprophetis, addit Zacharias, *Cum prophetauerit quiſpiam vltra, dicent ei pater eius, & mater eius: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit.* Ibid. *Zach. 13.*

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX FALSIS PROPHETIS.

Observat. I.

Ad illa verba:

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.

Homines deploratæ conſcientiæ Pſeudoprophetæ, ſeu hæretici appoſitè à Domino appellantur.

Nam cum voluntas prona admodum ad delicta prolabitur, facilè mens excæcatur erroribus.

7. *A voluntate excæcata viſiis hæreſis exoritur.*

APPROBO aliquorum Doctorum placitum aſſerentium, à Domino vocitari Pſeudoprophetas, ſeu hæreticos, eos, qui facillimè prolabuntur in crimina; pronitas enim ad replicanda crimina hæreſum planè officina eſt. Interrogentur inſignes peccatores voluptatum illecebris deſœdati, quidnam de æternitate ſentiant? quidnam de præmiis iuſtitiæ, de peccati ſuppliciis credant? An non eorum deprauati ſenſus atheiſmum ſapere deprehenduntur?

8. *E criminibus orta hæreſes, & atheiſmus.* Chryſoſt.

Præmitto Chryſoſtomum in 1. ad Tim. 1. *Malè viuentes, ne futurorum metu & expectatione crucientur, perſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe omnia, quæ noſtra Religio continet: nempe de peccatis, de iudicio futuro, & ſimilibus.* Ambitio Lutherum, Oehium, Duceium, Tertullianum deturbauit in hæreſes; voluptas autem Lutherum, Caluinum, Bezam, Bucerum, Martyrem in errores adduxit, alioſque fecit omnino à Deitatis aſpectu declinare, vt inſipientes dicant ſeu in corde, ſeu in operibus ſuis; *Non eſt Deus.*

9. *Origo hæreſis peccatorũ replicatio eſt. Inſignes peccatores Deum eſſe videntur abnegare.* Iſai 30. Hieron.

De hiſce lupis ait Iſaias, *Filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, Nolite videre nobis ea, quæ recta ſunt; loquimini placentia, videte nobis errores. Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël.* cap. 30. Adnota hæreſum originem, *Filij nolentes audire legem Dei.* Mox poſt legem impudenter conculcatam exoriuntur errores, *Videte nobis errores.* Quibus annuentes, tandem in atheiſmum deferamur: *Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël.* Hieronymus, *Omnes hæretici filij mendaces appellantur.* Attende proceſſum eorum ruinæ, & perditionis. *Hi non audiunt interioris hominis auribus legem Dei, &* peruerſitate affecti, *Eccleſiarum loquuntur Magiſtris: Nolite nobis videre, quæ recta ſunt nec gehennæ flammas comminemini, ſed promittite nobis Regna cælorum; vt poſt luxuriam, & delicias pandatur nobis paradiſus.* Denique inſipientes clamitant, *Ceſſet à facie noſtra ſanctus* Iſraël. Quia di*xit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Auferte à me viam, declinate à me ſemitam.* Haud via illis eſt in vitam alteram, abnegant, è ſeculo hoc in æternitatem tranſeundum: Hîc, inquiunt, omnia cum vita terminantur: *Non eſt Deus.*

10. *Fides cum conſcientia*

Paulus fatur appoſitè, *Habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* 1. Tim. 1. Si conſeruanda fides, bonæ cõſcientiæ ſtudendum eſt. Nã bonæ conſcientiæ repulſio fidei eſſe naufragium aſſolet. Caietanus, *Bona conſcientia repulſa, multi circa fidem naufragauerunt.* Addit Apoſtolus, *Finis autem præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Interl. Gloſſ. *De fide non fictili.* Id eſt, fragili, lutea. In cuius expoſitionem memoriæ obiicio vitulum Hebræorum infidelium Numẽ in pulueres minutiſſimos redactũ. Cur idolum in pulueres contuſum eſt? Ex Interpretum aliquorum mẽte, vt falſa illa credulitas infirmaretur, fragiliſque redderetur quaſi fictili apparente Deitate. Imò vt omnino idoli puluerulenti memoria deperiret aut aquæ aut venti miniſterio. Fictilis namque Deitatis fides facillimè deperire videtur. Igitur conſcientiæ bonæ fides non fictilis, ſed ænea hæreſcit: *Conſcientia bona, & fide non fictili.* At mala conſcientia ita fictilem fidem efficit, vt quaſi redacta in pulueres à vento diſtrahatur, nullumque in mente peccatoris relinquat Deitatis veſtigium: *Non eſt Deus.*

bona ſimul incedit. Mala conſcientia aſſolet fidem fictilē reddere vſque ad pulueres, id eſt, vſque ad Dei omnimodã obliuionem. 1. Tim. 1. Caietan.

Commorante IESV apud Ieroſolymam Paſchatis ſolemni, *multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius, quæ faciebat. Ipſe autem* IESVS *non credebat ſemetipſum eis, eo quod ipſe noſſet omnes.* Ioan. 2. Difficultatem loci huius D. Auguſtinus obiicit, fatus: *Illi credebant in nomine eius, & ipſe* IESVS *non credebat ſemetipſum eis? An fortè non credebant ei, & fingebant, ſe credidiſſe? Sed non diceret Euangeliſta: Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res, & mira: Credunt homines in Chriſtum, & Chriſtus non ſe credit hominibus.* Porrò Origenes, *Dicendum,* inquit, *quod* IESVS *non ſe credit credentibus in nomine eius, & non in illum. In illum enim credunt, qui anguſtam viam vadunt ducentem ad vitam.* Aſt qui laxam viam ineunt ducentem ad tartara, in illum credere non videntur, Chriſticolæ ſolummodo nomine apparent. Implicantur ne erroribus circa fidem? Profectò ſi non implicantur tunc, malæ conſcientiæ prauitate procedente, in errores ſæpe declinant, & tandem inſidias collocant Deitati. Ideo Chriſtus Dei Filius non ſe credebat eis; quia fides illa mortua adeò ex proceſſu peccatorum poſſet corrumpi, vt inſipiens Numen abnegaret: *Non eſt Deus.* O quot Pſeudochriſtiani noſtra tempeſtate reperiuntur, qui ore profitentur eſſe Deum, *factis autem negant!* 11.

Multi ſunt Chriſticolæ nomine tantum, quum ſeſe Chriſtus non credit, quia inſidias collocant Deitati. Ioan 2. Auguſt.

Inſipiens dixit, Non eſt Deus? Iam calleo, cur ex decem illis virginibus *quinque fatuæ* fuerint appellatæ. *Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. Quinque autẽ ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* Matth. 25. Vbi Strabus, *Quinque ex eis erant fatuæ, id eſt, bonis operibus vacuæ. Et quinque prudentes, id eſt, opera bona habentes.* Hilarius autem can. 27. *In quinque prudentibus, & quinque fatuis fidelium, atque infidelium eſt conſtituta diuiſio.* Quod Strabus bonorum operum vocitat vacuitatem, hoc Hilarius infidelitatem appellat; quia agnatus eſt admodum prauæ vitæ mentis error. Clamant miſeræ, *Domine Domine aperi nobis.* Queis Dominus, *Neſcio vos. Neſcit* quidem (ait Truxillo) *quia neſcitur.* Quonammodo neſcitur, qui Dominus, Dominus inclamatur? *Domine, Domine aperi nobis.* Profectò quia ſub pelle ouina lupus latet horribilis. Ideo Agnus curat huiuſmodi hoſtes 12.

Inſipientes virgines ore Deum profitentur, quæ corde deſtruere conantur: Non eſt Deus. Mat 25. Strab. Hilar.

à

à Nuptiis abſterreri. Nec enim ſemetipſum credit Agnus lupis qui ſub Chriſtiano nomine inſidias collocant Deitati: *Non eſt Deus, dixit inſipiens?* Et quinque fatuæ vacuæ operibus bonis Deũ videntur abnegare corde, licet ore proclamitẽt, *Domine, Domine.* Vereor nè ſe te Chriſtus hodie multis Chriſticolis nõ credat, quia ſic voluptati indulgẽt, ac ſi Deũ Iudicẽ abnegarent.

Observat. II.

Ad illa verba:

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Ab Hypocritis nos Dominus monet attendere ore mitibus, corde crudelibus; &c.

Peccatoris duplicitas expenditur.

13. Hieron. FAlſos Prophetas D. Hieronymus illos expoſuit, qui aliud habitu, & ore aliud autem corde, & animo profitentur. En hypocritas, à quibus Dominus nos monet attendere, quia eorum conuerſatio perniciem affert Eccleſiæ. Apte hypocrita duplex corde appellatur, exterius enim ſe alium oſtẽdit, cum longè aliter interius ſe habeat. Oſeas, *Facti ſunt quaſi arcus doloſus.* c. 7. Qui quidẽ in vnũ obiectũ ſagittã videtur dirigere, cum de facto immittat in aliud. Ter. Apol. cont. Gent *Minimè veritatem tractas.*

Hypocrita arcus doloſus. Tertull.

14. Canit Dauid, *Cum ſancto ſanctus eris; & cum peruerſo peruerteris.* Pſal. 17. Hebraicè, *Cum pio pius, cum torquente, & obliquante ſe* &c. Impius ſe obliquãs, & torquẽs dicitur, alium ſe oſtendere curãs, quam ſit: & qualis ſit refugiens apparere. *Attẽdite ergo à falſis Prophetis, qui veniũt in veſtimẽtis ouium.* In theatro hiſtriones alienam agũt perſonam laruati, & indè exeuntes apparent in propria: ita hypocritæ induunt ſe ornamentis virtutis, cum intrinſecus iniquitate afficiantur. Vndè Dominus, *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Matth. 6. Grauis Interpres, *vt ſpectemini, velut in theatro hiſtriones.*

Eſt comedia perſonatum gerit, aliud ore promens, aliud mente verſans. Pſalm. 17.

15. De Iobo Textus, *Erat vir ille ſimplex.* 1. Id eſt, minè hypocrita, quia quod ore promebat, corde approbabat. L X X. *Erat homo verus.* Ad quæ Origenes, *Improbi verò hypocritæ non ſecus quam picti ſunt homines Nam velut hiſtriones habitu, corporiſque figura hominem ementiuntur ratione vtentem, & diuinam ſimilitudinem operationibus prauis, actionibuſque malis obſcurant.*

Hypocrita, duplex, homo pictus, hiſtrio mendax. Iob. 1. L X X. Origen.

16. Sapiens expreſſit hanc hypocritæ duplicitatem: *Pondus, & pondus; menſura, & menſura; vtrũque abominabile eſt apud Deum.* Prou. 20. Intus hypocritæ ſine vllo pondere leuiſſimi exiſtunt, ſeque exterius ponderoſos oſtentant. *Libianos,* (liceat vulgaribus vti) *en el coraçon, en lo exterior hombres de peſo.* Quam aptè Bernardus ſer. 42. in Cant. *Quid enim tu te depretiaris in ſecreto apud te ipſum, veritatis trutina ponderatum; & foris, alterius pretij mentiens, maiori te pondere vẽdis nobis, quam ab ipſo accepiſti. Time Deum, & noli hanc rem peſſimam facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluntas.* An nõ noxij Reipublicæ, qui aut in pondere aut in menſura merces deficientes tradit emptori? O quam noxij hypochritæ Eccleſiæ? Ideo ab eis cauere Dominus admonet. *Attendite à falſis Prophetis.*

Mercator eſt pondere, ac menſura fallax. Prou. 20. Bernard.

Fatur de Iudæa Iſaias, *Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum.* c. 34. Hypocritam ſtruthioni D. Greg. lib. 7. Mor. c. 12. æquiparat. *Quid ſtruthionum nomine in hypocritis deſignatur? ſtruthio volandi ſpeciem habet, ſed vſum volandi non habet; quia & hypocriſis cunctis intuentibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat: ſed tenere viam ſanctitatis ignorat: in peruerſa mente ſtuthio paſcitur, quia & latens malitia callidè tegitur, & in mentium oculis ſimulatio bonitatis antefertur.* 17.

Struthioni ſimilis Iſai. 34. Gregor.

Iuſtus verax fructum ſuo in tempore reddit ſuum, Hypocrita autem fructũ profert, ſed qui ſuus minimè eſt. *Et erit tanquam lignũ, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Pſ. 1. Bernard. ſer. de S. Bened. *Arbores, inquit, quæ fructum faciunt, ſed non ſuum; hypocritæ ſunt, cum Simone Cyrenæo Crucem portantes non ſuam; qui religioſa intentione carẽtes, angariantur: & quæ non amãt, amore gloria, quã deſiderãt, facere cõpelluntur. Cũque iſtorũ virtus in extima tantum ſuperficie appareat, & nullo nixa roboretur fũdamẽto, facilè euaneſcit.* Velut hædera Ionæ vna die naſcitur, & extinguitur. 18.

Reddit fructum non ſuum. Pſalm 1. Bernard.

Hypocritarũ parens Cain, de quo Moyſes, *Et factum eſt poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.* Gen. 4 En Cainum hypocritam fructũ non ſuũ offerẽtem D. Baſil. Sel Orat. 4. *Infructuoſus animus fructum apportat Deo, carens animo fructus offert Deo. Defert ſacrificium cum impietate coniunctum.* O quam impium Deo exterius litare, quod animus offerri recuſat 19.

Cain hypocrita primus dedit fructũ non ſuum. Gen 4. Baſil. Seleuc.

Obſeru. III.

Ad illa verba:

Attendite à falſis Prophetis, &c.

Prophetæ mendaces apte cum lupis rapacibus conferuntur.

Nihil enim crudelius mendacio, è quo omnia piacula ortum duxere.

ATtendere nos monet Dominus à falſis Prophetis, id eſt à mendacibus; quos quidẽ rapaces lupos exiſtere affirmat. Quid crudelius mẽdacio, à quo vniuerſa hominũ mala prodiere? 20.

Vel prophani profitentur, Menander cecinit Comicus, 21.

Mendacij crimen vitam lædit.

Homerus Illia. 1.

Exoſus mihi ille velut inferni porta

Quid aliud in mente, aliud in ore profert.

Theophraſtus de Diſſimulat. *Ingenia non aperta, non ſimplicia: ſed aſtuta, & callida, & ad decipiẽdum parata, magis quã lupos, leones, & viperas fugere debemus.* Chæremõ Comicus Græcus, *Omnium malorum fons mendacium eſt.*

Quàm exitiale mendacium? Menand. Homer. Theoph. Chæren.

22. Diabolus hominibus profatur, *Nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dij.* Gen. Vt omnia mala profluerent hominibus, Diabolum mendacium fontem expoſuit: *Eritis ſicut dij.* Vndenam niſi è mẽdacio poſſent in tot ſpiritualia, ac tẽporaria, crudeliſſima planè, incommoda prolabi? D. Leo ſer. 4. de Eleemoſ. *Incẽtor ille, auctorque peccati primus ſuperbus, vt caderet: deinde inuidus, vt noceret; quia in veritate nõ ſtetit, totũ vim ſuã in mẽdacio collocauit: omniaque deceptionũ genera de hoc venenatiſſimo artis ſuæ fõte produxit; vt ab illo bono quod ipſe propria elatione perdiderat, ſpem humanæ*

Diabolus mendacium omniũ malorum fontẽ Adamo expoſuit. Gen. 3. Leo.

deuotionis excluderet. Cur non aliud grauius crimen venenatiſſimum fontem artis ſuæ, & hominum ruinæ originē aptius expoſuit? Certè mendacium exiuialis admodum eſt veneni omnis ſcaturigo. Vnde prudens ſerpens totam vim ſuam in mendacio collocauit, omniaque deceptionum genera de hoc venenatiſſimo artis ſuæ fōte produxit. Mendacium venenatiſſimus fons à diaboli arte excogitatus, ad omnium malorum natalitium.

23\. *An omnia crimina in vno mendacio contineantur* Ephrem.

D. Ephrem appoſitè lib. de virtutib. & viti. *Quis hominem mendacem non deploret? Cor quidem habet audax, ſed pertuſum: nouis organo linguæ ſua animos bene inſtitutas ſubuertere. Aggreditur facinora, ſeque eorumdem auctorem diſſimulat. Verſutus, ac verſipellis eſt homo mendax. Nullum eſt hoc maius animi vulnus, nullumque eo dedecus grauius.* Proximas premo particulas *Nullum eſt hoc maius animi vulnus, & nullum eo dedecus grauius.* An non maius animi vulnus periurium? Num non grauius dedecus latrocinium? Ergo aliud eſt vulnus animi maius, aliud grauius dedecus. Cur igitur mendacium maximum vulnus animi, grauiſſimum dedecus hominis appellauit? Crediderim, quia cum mendacium ſit fons omnium criminum, omnia crimina quodammodo in ipſo continentur. Ideo maius malum illo non eſt, nec grauius dedecus, quia omne malum, omne dedecus quodammodo exiſtit in mendacio.

24\. *Periurium ideò quodammodo continetur in mēdacio.* Tull.

Dixiſti periurium maius animi vulnus eſſe? In mendacio periurium contineri videtur. Audi Tullij illuſtre teſtimonium, *Quæ pœna à Diis immortalibus periurio, hæc mendaci conſtituta eſt.* Sic lib. 3. de Offic. Quonam iure eadem pœna mendacio addicitur, ac periurio; ſi hoc grauiſſimum piaculum ſemper eſt, mendacium autem leue plerumque? Certè quia in mendacio quodammodo cuncta grauiſſima crimina tanquam in fonte continentur. Vnde rectè Ephrem, *Nullum eſt hoc maius animi vulnus.*

25\. *Mendax idem quodammodo ac raptor.* Perian.

Addidit Diuus, *Nullumque eò dedecus grauius.* An non grauior infamia eſt latrocinium, de quo Periander Comicus Græcus,

Horribilius prorſus diro vulnere
Mortéque truci, latrocinij notari
Crimine virum.

At mendacium iocoſum leue piaculum. Quonammodo ergò nullum eo dedecus grauius, niſi quia & latrocinium & reliqua infamia crimina è mendacio quaſi ex fonte aſſeruntur profluere; vndè nihil dedecoris quolibet contemplamur in criminis, quod non ſuſpicemur in fonte. Pulchrè Herodotus lib. 1. *Turpiſſimum apud Perſas ducitur mentiri, quaſi in ære alieno ex rapina eſſe.* Mentitur quis? Ergò apud Perſarum diſcurrendi rationem furti reus obiiciebatur; quia nullum poteſt excogitari delictum, cuius dedecus in mendacio veluti in fonte cunctorum malorum non quodammodò reſidere videatur.

Herod.

26\. *Si cupiditas eſt radix omnium malorum, ad id mendacio coniuncta eſt.* 1. Tim. 6. Tertul.

Fatur Paulus, *Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide.* 1. Timot. 6. Vbi Tertullianus, *Si cætera delictorum recogitemus, in primis cupiditatem radicem omnium malorum, qua quidam irretiti circa fidem naufragium ſunt paſſi.* Ergo ſi cupiditas omnium malorum, etiam idololatriæ, & apoſtaſiæ horribilis fons obiicitur, cur mendacium fontem malorum omnium expoſuiſti? Crediderim cupiditatem ex ſocio mendacio originem eſſe, ſeu matrem vitiorum, mendacio quippe, quaſi patre cunctorum. Pulchrè adiicit Tertullianus. *Quamuis & idololatria ab Apoſtolo dicta ſit cupiditas, tamen mendacium inuenit cupiditatis miniſtrum.* Dixeris aptius quaſi maritum, vt ex tam prauis parentibus cuncta mala oriantur.

Difficilis Iobi ſententia illa: *Donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* cap. 20. Ad quæ Antiochus hom. 66. de veritate. *Neceſſe igitur ſit, ex hominis ore, nullum effundi ſermonem, qui non veritate omnimoda nitatur; vt ſpiritus ille veritatis, qui idem Deus eſt, intelligatur, in hac etiam nunc carne ſibi delegiſſe domicilium. Quotquot igitur ſe met irretiunt mendaciorum funiculis, fruſtrantur, & eludunt Dominum.* Quonam modo eſt neceſſum, hominem non maculari mendacio, vt Dei ſpiritus non eludatur, ſed in homine poſſit domicilium ſortiri? An Deus leui piaculo ab animo excluditur? Minimè planè; veniale enim mendacium diſponit quidem ad Dei excluſionem, non immediatè excludit. At quia mendacium fons eſt grauium criminum, noxiorum germinum radix: neceſſarium eſt ab ore hominum ablegari, nè paulatim animum diſponat ad crimina lethalia, ex quibus ſpiritus Domini excludatur: non ſolum quia omnia peccata venialia ad lethale diſponunt: ſed quod ſpeciali iure mendacium (quia malorum eſt radix) Deum videtur ex cordis noſtri domicilio deturbare, dum vberius diſponit ad crimina, & efficacius inclinat ad grauiora. 27.

Mendaciū excludit ex animo Deū, quia radix cū ſit omniū malorum, vberius diſponit ad lethalia? Iob 20. Antioch.

Et afflictus eſt Ionas (ait Textus) *afflictione magna, & iratus eſt: & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, numquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis. Scio enim, quia tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multa miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine, tolle, quaſo, animam meam à me, quia melior eſt mihi mors quam vita,* Ion. 4. Cur Propheta fuga ſe ſe diuino ſubduxit obſequio? & cur nunc mortem expectat velut durioris morte calamitatis confugium? Reſpondet Baſilius Seleuc. Orat. 12. *Ego verò euerſionem proclamans, mendax Vates inueniar. Et nunc ego falſidicus æſtimabor.* Num morte dirius mendacium eſt? Profectò quodlibet peccatum veniale grauius eſt morte, quia ſatius mori, quam animum leuiſſimo piaculo maculari. At non agitur de culpa, ſed de culpæ exiſtimatione: *Et nunc* (inquit) *ego falſidicus æſtimabor.* Adhuc prudens Ionas eligit mori prius, quam mendax exiſtimari, quia dedecus maximum eſt id piaculum, quod omnium malorum fons habetur. Vndè cum Propheta graui inobedientiæ peccato inficitur, ne mendax iudicaretur fugit in Tharſis, viſus ſibi ſuæ famæ conſuluiſſe: fugiens enim inobedientiæ reus habebatur, mendax autem quodammodo omnium criminum haberetur 28.

Ionas maluit mori, quam mendax haberi, quia mēdacium omniū criminum quodammodo eſt radicamentum. Ion. 4. Baſil. Seleuc.

infectus. Putantur etenim à cordatis omnia crimina in mendacio veluti in radice contineri, veluti in fonte recludi. proclamaote Comico, *Omnium malorum fons mendacium eſt. Attendite* (inquit) Dominus à *falſis Prophetis.* Quinam prophetæ falſi? Lopi rapaces. Ergo prudenter veretur Ionas, ſe æſtimandum lupum, ſe peccatorem maximum adiudicandum, dum falſus Propheta fuerit obiectus: *Et nunc ego falſidicus Propheta æſtimabor*, & conſequenter lupus rapax apparebo.

SECTIO SECVNDA.

A fructibus Arbor.

TEXTVS.

VERS. 16. A Fructibus eorum cognoſcetis eos. Numquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. 18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoſceris eos. 21. Non omn's, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum: Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum cœlorum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Pſeudoprophetæ ab operibus ac verbis cognoſcendi.

1. *Opera praua, ac doctrina noxia ſunt hæretcorum fructus.* A FRVCTIBVS *eorum cognoſcetis eos.*] Haud caueri poterant lupi ſub ouinis pellibus latitantes, niſi aliquod ſignum exhiberetur. Non ex veſtimento agnoſcendi, ſed ex fructu. Quinam fructus, qui Pſeudoprophetas ſeu hæreticos manifeſtant? Cum Abulenſi

Abul. quæſt. 28. Ianſenio, & aliis exiſtimo opera, ac

Ianſen. doctrinam exiſtere, addit Barradius, *& doctri-*

Barrad. *na effectus.* Ioannes monet, *Nolite omni ſpiritui*

1. Ioan. 4. *credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis ſpiritus, qui confitetur, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus.* 1. Ioann. 4. Heſſelius, *Falſus Propheta à vero ex proprio fructu dignoſcitur, id eſt, ex mala doctrina; quia pro-*

Lirinen. *prius Prophetæ fructus eſt doctrina.* Viocentius Lirin. *Ait Saluator, ex fructibus eorum cognoſcetis eos, id eſt, cum cœperint diuinas voces exponere, & interpretari: tunc rabies intelligitur, tunc virus exhalabitur, tunc ſcindi ſepem videas, Catholicam fidem cadi, Eccleſiaſticum dogma lacerari.* Ex

Imperf. Auctor Imperf. *Fructus hominis eſt confeſſio fidei, & opera conuerſationis illius. A fructibus eorum*, &c. Rectè addidit, *Et opera.* Sunt enim etiam hæreticorum fructus opera iniqua ex conſcientiæ agnata hæretico effrænatione. Non tamen ita homines ſine doctrina praua manifeſtant. Sunt namque plures Catholici qui probæ doctrinæ præcones, prauis operibus ma-

Bernard. colantur. Bernardus epiſt. 240. ad Hildeph. Comit. *Verſatur in terra veſtra ſub veſtimentis ouium lupus rapax. Sed ad Domini deſignationem, à fructibus eius dignoſcamus illum. Baſilicæ ſine plebibus, plebes ſine Sacerdotibus, Sacerdotes ſine debita reuerentia ſunt, & ſine Chriſto deinde Chriſtiani. Eccleſia Synagoga reputantur, ſanctuarium Dei ſanctum eſſe negatur, Sacramenta non ſancta cenſentur, dies feſti feſtiuis fruſtrantur ſolemniis, moriuntur homines in peccatis ſuis, capiuntur animæ paſſim ad tribunal terrificum nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra Communione muniti, paruulis Baptiſmi negatur gratia.* Eo fructus hæreſeos, en opera manifeſtantia lupum. Negligitur Templum, quia imaginum abnegatur reuerentia debita. Non muniuntur Chriſticolæ. Sacramentis, quia contrà hæc fortiſſima animi monumenta falſa dogmata proferuntur. Opera ergo ſimul & doctrina latentem ſub ouium lana lupum horribilem manifeſtant. *Fructus hominis* (aiebat Imperfectus) *eſt confeſſio fidei, & opera conuerſationis illius.*

Numquid colligunt de ſpinis vuas? &c.] Spinæ 2.

malæ poſſunt ex proprio penu bonas vuas pro- *Qualis*

ducere? mali tribuli valent dulces fructus pro- *Propheta,*

ferre? Qualis Prophera, talis eius eſt fructus, *talis eius eſt*

id eſt doctrina & operatio. Falſus Propheta, *fructus.*

ſeu hæreticus malos fert operum, ac doctrinæ fructus, bonus autem ac verax bonos producit.

Non poteſt arbor bona malos fructus facere; nec 3.

arbor mala bonos fructus facere.] Homo malus *Quonam-*

fructus aliquos ex genere bonos vt eleemoſy- *modo arbor*

nam, ieiuoium, orationem: homo vero bonus *bona non*

fructus aliquos malos, vt otioſa verba, & alia *poteſt fru-*

peccata venialia poteſt producere. Quomodo *ctus malos*

ergò nec arbor bona poſſit fructus malos face- *facere, & è*

re, nec arbor mala fructus booos exponere? *conuerſo.*

Reſpondeo Dominum voluiſſe illud verum eſſe in hominibus: Arborem bonam bonos, malam malos edere fructus; boni enim homines bona opera, mali mala efficiunt. Quod vero ſequitur, *Non poteſt arbor bona*, &c. tantum arboribus, hominibus autem minimè accommodari voluit. Neque enim quæcunque in parabolis dicuntur (vt Maldonatus) adamuſſim iis rebus, quæ ſigoificant, ſunt accommodãda. Attamẽ ſcio aliquos & hominibus ſententiã hãc ac-

cõmodaſſe. Abul. *Intelligitur verbũ Chriſti nõ qui-* Abulen.

dẽ quod dicat, impoſſibile eſſe, malum hominẽ facere

bona aliquando ; ſed quod non eſt poſſibile, quod ſemper bona faciat, cum ſit malus, & malus eſſe intendat. Certè Dominus de morali quadam locutus eſt potentia, vt res contingere aſſolent. Improbi improbè, probi verò probè aſſolent operari.

4. *De fructu doctrinæ interpretes.* Profectò de fructu doctrinæ facilè interpretabimur, Non poteſt arbor bona, id eſt probus, orthodoxus, quandiu orthodoxus eſt, malos doctrinæ fructus proferre, hæreſes edocere. Nec poteſt arbor mala, id eſt, hæreticus bonos ſanæ, ac Catholicæ doctrinæ fructus exponere. Poteſt (obiicis) hæreticus multa vera docere dogmata. Profiteor, ſed propoſitio hæc de vniuerſa doctrina eſt intelligenda. Quamuis aliqua vera trahat dogmata, non poterit ſuam hæreſim non diſſeminare. Scio Auguſtinum & Imperfectum aliter expoſuiſſe. *Quandiu* (inquit ille lib. 2. de ſerm. Dom.) *quisque malus eſt, non poteſt facere fructus bonos : ſi enim bonos fructus fecerit, iam malus non erit. Sic dici poteſt veriſſimè, Non poteſt nix eſſe calida. Cum enim calida eſſe cœperit non iam niuem, ſed aquam vocamus.* Sed obiicio, malum quandiu malus eſt, poſſe aliqua opera bona moralia facere, vt eleemoſynam largiri, ieiunare, & ſimilia ; ergo arbor mala, quandiu mala eſt poteſt aliquos bonos fructus producere, ex quibus ab hominibus bona poſſit exſtimari, non tamen à Deo, qui occultam illius dignouit prauitatem.

Auguſtini, & imperfecti expoſitio non admittitur.
August.

§. II.

Luporum ſeù hæreticorum, arboris quidem malæ ſupplicium,

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.] Falſis Prophetis ſeu hæreticis ſupplicium prædicit æternum. Quemadmodum malæ arbores præſcinduntur, ac mittuntur in ignem : improbi homines mortis ſecure reſecantur, cruciatibuſque gehennæ mancipantur æternis. Anſelmus *Non impunè arbor huiuſmodi non facit fructum bonum : excidetur enim a corpore animus, de numero fidelium homo ſeparabitur, & in ignem mittetur, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius* 5.

Mala arborum ſciſſio.
Anſelm.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cælorum.] Non ſunt ſatis folia, fructus requiruntur in arbore. In homine verba pro foliis volitant, opera pro fructibus conſpiciuntur. Opus eſt bona proferre opera, (haud ſatis ſunt verba) ſi cœlorum Regnum ingredi conatur. *Non omnis, qui dicit, Domine, Domine.* Siuè qui amœna verborum folia oſtentarit, cœlorum ſcandet ſublimia. Stultis etenim virginibus inclamantibus, *Domine, Domine, aperi nobis*, ianua recluditur. Matth. 25. 6.

Confeſſio ex ore, non ex corde non donatur Regno cælorũ.

Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum cælorum.] Ac ſi diceret, qui operum bonorum fructus produxerit, qui Dei mandata ſeruarit, beatitudine potietur. Beatus vir cum arbore confertur, ſed quæ fructibus ſtipatur. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo Pſalm. 1. Quemnam fructum? Vates reſpondit, *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Inibi. 7.

Quinam Regno potientur.
Pſalm. 1.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM,

EX ARBORIS FRVCTIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba :

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Pſeudoprophetæ ſub veſtimentis ouiũ latitantes, diù abſcondi non poſſunt à ſuiſmet actionibus manifeſtati.

Non poteſt ſeductio, aut mendacium diu deliteſcere: doloſum etenim, ac mendacem ſuamet aperiunt, & exponunt actiones, quibus curat abſcondi.

8. QVIS non crederet lupos ſub ouium indumento latitantes ouinas actiones ſimulaturos? Cur ergo ex fructibus, ſeu operibus agnoſcuntur? Certè quia non poteſt mendaciũ diù abſcondi, ipſemet enim ſeductor agnatas actiones non poteſt diù diſſimulare.

Dixit Theophraſtus. *Mendax fertur in rota.* Quare Ixionis mendax ſupplicio torquetur: Vt oſtendatur, non poſſe diù mendacium abſcondi. *In circuitu impij ambulant.* Pſalm. 11. Id eſt mendaces diù abſcondi non poſſunt, tempus enim ſeductionis rotam verſans, mendacia manifeſtat. Imo illemet impetus, quo vtitur doloſus ad mendacium operiendum agitat eius velociorem manifeſtationem. Rotam hanc in manu temporis collocauit Simocata l. 3. c. 8. *Tempus omnia nouat, & adulterat, & transformat, & alia aliter fingit, per cuntique conuerſionis gyro circumagit : & quod fixum, ac firmum eſt, mobilitate, ac fluxu rerum humanarum, ceu rota crudeliter verſat, ac circumuoluit. Et ubi errorem ſiſtat,* 9.

Commotus ipſe, quo intendit doloſus abſcõdi, eum aperit, & mendacium manifeſtat, quia fertur in rota.
Theoph.
Pſalm. 11.
Simoca.

ſiſtat, (attende) *non inuenit*. Quare non inuenit, vbi ſiſtat, ſeu abſcondat errorem? Quia cum mendacium geratur in rota, fortior ille conatus quo vtitur tempus ad abſcondendum errorem, efficit velocius ex imo ad ſuperna circumuerſari. Colloca ergo rotam in doloſi viri, aut fœminæ manibus, curent forti impetu ad ima ſeductionem detrudi ſepeliendam: ipſemet impetus velociùs admodum mendacium manifeſtat.

Dolus, ac veritas in rota non poſſunt non eſſe manifeſtari. Ideo in rota Dominica Reſurrectionis veritas conſtituitur.
Zeno
Matth. 12.
Chryſoſt.

10. Zeno Veron è ſepulchro Dominicum egreſſum *Reſurrectionis rotam* appellauit. Cur Reſurrectio rota vocitatur? Vt reſpondeam, explico illam Domini ſententiam; *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Matth. 12. Quærit Chryſoſtomus, ſi curat Dominus hiſce verbis oſtendere ſe necandum, ac ſepeliendum, quare adnotauit corpus ſuum tribus diebus in ſepulchro manſurum? Reſpondet acutè, *Propter hoc poſuit, vt credatur, quod mortuus: & nullus ſolum mortis apparentiam ſuſpicetur.* Ac ſi diceret, ſi dolus eſt, non diu poterit, abſcondi, breuiſſimo trium dierum termino aperietur, quia veritas & dolus in rota conſtituuntur, & tempus (vti aiebat, Simocata) *rotam hanc crudeliter verſat, ac circumuoluit.* Rota ergò Reſurrectionis aperiet veritatem tempore paruo trium dierum totam circumvoluente.

Dolus paritur dum concipitur, quia illud ipſum geri, manifeſtari eſt.
Pſalm. 7.
Anſelm.
Eucher.

11. Bellè Dauid, *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Pſalm. 7. Anſelmus *Ecce machinator* dolorum, ac fraudium *concepit, & peperit.* An partus poſt menſes à conceptione vt accidit animantibus? Minimè, ſed illum ipſum concipere dolum, iam parere eſt. Audi Eucherium hom. 6. *Sicut naſci viperei fœtus diſruptis matris viſceribus aſſeruntur, ita humana præcordia ipſis primitiuis, quas conceperint, paſſionibus. Illa, inquam præcordia, de quibus dolorum generatio ſerpentina profertur, ipſa primitiis monſtruoſa partus ſui fœcunditate violantur. De hoc partu dicit ſermo diuinus: Ecce concepit, & peperit.* Preme illa; *Ipſis primitiuis, quas conceperint paſſionibus* noſcuntur humana præcordia id eſt, doli, ac fraudes. Non equidem poſt temporis interſtitia doli pariuntur, ſed ipſæ primitiuæ, quæ concipiuntur paſſiones, proferuntur illicò in lucem; quia ipſum conceptos eſſe dolos, idem eſt ac parturiri. Addit pulchrè Vates, *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.* Dolus iniquus verſatur in rota: Dum doloſus procurat rotam ad ima prouolui, vt abſcondatur fraus, iniquitas in caput conuertitur; impetus enim ipſe ad properandum in ima, vt abſcondatur dolus, efficit eum velocius ad ſuperna recurrere motu rotato.

Semper dolum ſupplicio illicò afficitur, quia ſemper mox dolus manifeſtatur, & ipſa manifeſtatio ſupplicium eſt.
Theoph.
Iob. 12.

12. Addidit opportunè Theophraſtus, *Fraudis ſupplicium, ipſa eius manifeſtatio eſt.* Quis enim non eligeret grauiſſimæ pœnæ cruciatus, ne hominum prudentum oculis doloſus, ac mendax appareret? Ergò ſupplicio doloſus afficitur graui planè cum ipſa fraus, aut mendacium manifeſtatur. Nullos ergo fraudulentus ſeram expectet vindictam ſceleris, ſi illud ipſum dolo vti, iam dolum eſt manifeſtari. Aiebat Iobus, *Nullus, qui eſt improbus confidat ſe innocentem futurum; quicumque ad iracundiam prouocant Dominum, quaſi non futurum ſit eorum ſupplicium* cap. 12. Vbi Olimpyodorus apud Comitol. *Id enim certum eſt, atque conceſſura non eſſe fraudem impunitam.* Vnde *nullus, qui eſt improbus* (ſeu fraudulentus) *confidat ſe innocentem futurum.* An non innocens erit quandiù dolus non aperitur? Porrò nunquam innocens erit habitus, quia futurum tempus non ſpectat doli reſeratio, ſed præſens; illud enim patrari dolum, iam eſt manifeſtari. Ideo *fraus impunita non eſt*, quia nunquam non eſt manifeſtata. At, Theophraſto auctore, *Fraudis ſupplicium, ipſa eius manifeſtatio eſt.*

Olympio.

Nulla fraus excogitari poteſt ad fraudē operiendā diu, quia ipſa operiens fraus manifeſtāda illicò eſt.
Terent.

13. An nulla fraus excogitari poteſt ad fraudem diu operiendam? Porrò adeò reputo quaſi impoſſibile fallacia vlla fraudem operiri, vt reputem ipſum dolum excogitatum ad dolum operiendum, ipſum velocius manifeſtare; quia ipſe dolus curans operiri dolum, dum gignitur paritur. Vnde acutè cecinit Terentius in Andro.

Fallacia alia aliam trudit.

Id eſt, è ſecreto pellit ad publicum. Ipſa enim fallacia curans fallaciam operire, aperitur, & aliam fallaciam, ablato velamine, manifeſtat. Ad periculum adferatur aliquis Vlyſſes dolorum Magiſter, vt dolum poſſit operire. An non ipſe doloſus aperietur? Scitè Petrarcha dixit Dial. 62. *Monſtrantur digito dolorum Magiſtri.* Si ipſi dolorum Magiſtri manifeſtantur doloſi, nec artem vllam inuenere ad fraudulentum operiendum ingenium: quonammodo poterunt ad diſſimulandos dolos artem inuenire?

Petrarch.

Tyberius Magiſter fraudum eas manifeſtabat, dū curabat operire.
Dion.
Nicæus.

14. Tyberius Cæſar Romanus Imperator fraudium geſſit magiſterium, de quo Dion Nicæus in vita, *Tyberius Patritius erat, & doctus: ſed ingenio, & moribus peculiaribus, rariſque. Nam ita omnes animi affectus occultabat, vt quæ cupiebat, nunquam ferè diceret: pugnarétque cum oratione vultus eius, & deſiderium.* En dolorum Magiſtrum ab ipſa arte, qua curabat operiri, manifeſtatum eſſe, vultu pugnante cum ſermone: aliud enim verbis proferebat, aliud autem vultu publicabat: *Pugnarétque cum oratione vultus.* Quid plura? Ab Artabano Rege Parthorum Tyberius accepit epiſtolam, qua delictorum grauiſſimorum arguebatur. Colligit Romanus Imperator artes ſuas, vt dolis valeat iniquitates operire, & reſcribens initio epiſtolæ totam aperuit iniquitatem, quam operire dolis ſatagebat. Fatus Suetonius Tranquil. in Tyber. *Poſtremò ſemet ipſi pertæſus talis epiſtolæ principio tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt.* Quomodo profitetur ſcelera, dum ſatagit dolis operire? Quia ipſe dolus principio ſermonis euaneſcit, & ablato velamine, iniquitates reſerat.

Sueton.

* * *

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Verus Propheta à Pſeudopropheta ex operibus diſtinguendus obiicitur.

Opera enim cordis aperiunt affectum.

15\. *De reuerentia Templo præſtanda à num 19.* Thom.

SIc exponit Auguſtinus apud D. Thom. in Cat. *Sed ex fructibus, ideſt, ex operibus conici poteſt, vtrum exteriorem cultum ambitione aliqua faciant. Cum cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa vel ſubtrahi, vel negari, quæ iſto velamine vel conſecuti ſunt, vel conſequi cupierunt: tunc neceſſe eſt, vt appareat, verum lupus in ouina pelle ſit, an ouis in ſua.* Opera proba, aut improba cito cordis manifeſtant affectum. Ouis eſt ſub agnato indumento? Iniuriis acta non conqueretur. Lupus eſt ſub alieno vellere? Iniuria actus proſiliet in vindictam.

16\. *Perflante perſecutionum vento aromata fluunt, malagramina operiuntur.* Cant. 4. Thom.

Fatur Sponſus, *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Cant. 4. Vbi Angelicus Doctor, *Per Aquilonem, & Auſtrum* flatus perſecutionum, & perturbationum intelliguntur contra Eccleſiam ſæuientium. *Perfla, inquit hortum meum, id eſt Eccleſiam meam* dilectam, iuſtos meos: *& fluent aromata illius, hoc eſt, fragrantia virtutum, & odor bonorum operum.* Quid ſi adſint inter flores, ac herbas odoriferas exitialia peccatorum gramina ſub viridi ſpecioſo indumento? Perfla, & fluent non aromata virtutum, ſed fœtor iniquitatis opertum graminis ſuccum peſtiferum oſtentabit.

17\. *Fictus, & verus pauper ſpiritu ex fructibus agnoſcitur.* 1. Tim 6. Anſelm.

Monebat Paulus, *Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere.* 1. Timoth. 6. Vbi Anſelmus, *Non adderet*, huius ſeculi, *niſi eſſent & alij diuites, qui non ſunt huius ſeculi. Ipſi ſunt enim, quorum Princeps & caput eſt Chriſtus, de quo dictum eſt, Propter vos egenus factus eſt cum diues eſſet, vt illius inopia diuites eſſetis.* Cur imperat diuitibus ſeculi non ſublime ſapere? Quia diuites cum apparent, verè pauperes ſunt, ſub veſtimento purpureo inopia laborare conſpiciuntur. Secus verè ſpiritu pauperes ſub tegumento attrito purpura obiiciuntur ornati. Cur ergo & hi non monentur, *non ſublime ſapere*? Certè ſub ſimulato veſtimento & diuites ſeculi, & pauperes Chriſti ex effectibus, ex operibus dignoſcuntur. Hi commendabiles, illi taxabiles oſtentantur.

18\. *Magorum, & Paſtorũ illuſtratum animum ex fructibus externà aperit ſuam intentionem.* Luc. 2. Matth. 2.

Diuites Reges Magi, & pauperes paſtores ad Chriſti cunabula acceſſere. Paſtores quidem *inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & Infantem poſitum in præſepio, videntes autem cognouerunt de verbo*, &c. Luc. 2. Aſt Magi Proceres *inuenerunt puerum, cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum.* Matt. 2. Quis crederet Magos Barbaros & Reges adoraturos, Paſtoribus pauperculis, queis ingnata humiliatio non adorantibus? Porrò opus illud oſtentat qualiter & Reges & Paſtores ſint affecti in præcordiis. Rupertus lib. 2. in Matth. cap. 3. *Vide quanta ſit differentia in modo diſcendi, quantum diſtet inter eruditionem illius, qui per Angelum, & illius, qui per ſolam Spiritus ſancti reuelationem meretur erudiri. Paſtores Iudæi per Angelum natum ſibi eſſe Saluatorem didicerant, & tamen non adeo docti fuerunt, vt procidentes adorarent. Iſti primitiæ Gentium neque per hominem docti, neque per Angelum, ſed per Spiritum ſanctum, procidentes adorauerunt.* Porrò interna & abſcondita ſubtilis illius differentiæ ratio ex externis operibus illicò aperitur. Adorante Rege, non adorat Paſtor? Per Spiritum ſanctum ille immediatè edoctus innuitur, præcordiaque eius amplius ad obſequium ex perfectioris Magiſtri dogmate afficiuntur. Rupert.

De Ieroſolymitano Templo à Diſcipulis commendato, *quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet*, Dominus præclamat, *Venient dies, In quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Luc. 21. Vbi D. Zeno contemplatur lib. 2. ſerm. 24. hominum conciliabula in Templo, ipſo in Templo ſignificari. Eſt enim homo fidelis, ſeu Chriſtianus Templum Dei alius quidem ſolo nomine, alius autem & operibus. Qui in templo reuerenter Deo litat obſequia, Templum Dei veraciter eſt, qui autem non veretur in Templo conciliabula ad mendacia proferenda, ad riſum excitandum, inire, ſolummodo ſpecie, ac externo ornatu Dei Templum eſt vtique dicuendum. Vndenam igitur dignoſcam, an Chriſtianus verum Dei Templum ſit; an non? Certè à fructibus, ab operibus. *Reprobat Deus* (ait Zeno) *tam immenſum, tam inſigne, tam opulens Templum, quia in eo verum non erat Templum.* Sub indumento Templi aderat latronum ſpelunca. *Etenim hominum ibi conciliabulum eſt contextio ſola parietum, fidelis autem populus verum Dei Templum.* Qui ſe fidelem apud Delubra præſtat, Dei Templum eſt, qui autem garrulitatis inire conciliabula non veretur ſub Templi indumento ſpelunca latronum apparet. 19. *Templũ Dei te eſſe manifeſtas operibus reuerentia, ſiũ ſictũ autem Templũ appellari, dũ violas Dei lubrũ turpi colloquio.* Luc. 21. Zeno.

De Anna vidua Lucas profatur, *Quæ non diſcedebat de Templo* cap. 2. Ad quæ Hieronymus Pſalm. 49. *Anna filia Phanuelis in Templo Templum efficitur Dei.* Quonammodo Dei Templum in Templo efficitur? Certè reuerenter Templi iura ſeruando. Bernardus ſerm. 1. de Purific. *Cum beata Anna non moueatur à Templo, Templum Dei ſanctum eſt. In cordibus veſtris habitat Chriſtus? Hoc Templum eius.* Et quonammodo Dominus iis in cordibus habitabit, qui cum in Templo ſunt, animo dimouentur à Templo ibique quaſi in theatro commorantur? Ad Templum accedunt fœminæ prophanæ ornatæ quidem *vt ſimilitudo Templi*, quæ tamen dum garrulitati ſtudent oſtendunt ſe ſpecum latronum. 20. *Anna ſe Templũ manifeſtat ex reuerentia, etiam cum veſte atra obiiciatur haud ſic fœminæ ornatæ vt ſimilitudo Templi.* Luc. 2. Hieron. Bernard.

Opera enim internum animi oſtendunt affectum.

OBSERV.

Obſervat. III.

Ad illa verba:

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum.

Pſeudoprophetæ ore Dominum; non operibus profitentes, excluduntur à Regno.

Nec enim Deo placent inania verba, quæ cum operibus non colligantur.

21\. AN profitenti ſe Iesv eſſe, & inclamanti, *Domine Domine*; Regnum cœlorum abnegatur? Anſelmus, Ita planè, *quia profitetur ſe noſſe Deum, factis autem negat.* Vtrumque (loquor cum Hieronymo) *neceſſarium eſt ſeruis Dei, vt opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.*

Anſelm.

22\. In Regno cœlorum vox hominum perſonat, ſed quæ opere pœnitentiæ comitante peruolet Dei ad aures. Ioannes fatur, *Audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & quaſi vocem aquarum multarum dicentium Alleluia, quoniam regnauit Dominus.* Apocal. 19 Hi Profectò, *Domine, Domine*, proclamant, & eis Regnum cœlorum adſcribitur: quomodo ergo cœlorum Regnum abnegatur iis, qui dicunt Chriſto, *Domine, Domine*? Certè *vox turbæ magnæ* exauditur, ſed ſimul *aquarum multarum*, ideſt pœnitentiæ fleſus fructus, vtique contriti cordis, clamor inſonat. Auguſtinus ſerm. 126. de Tempo. *Sufficit auribus Dei imber oculorum, fletus citius audit, quam voces.* Clamant illi ore: *Alleluia, quoniam regnauit Dominus*, hoc eſt, *Domine, Domine*, & ſolummodò pœnitentiæ lacrymas, contritionis fletus dicitur audiuiſſe: *Sufficit auribus Dei imber oculorum*, lacrymarum clamori Regni oſtium aperitur, non vociferationi turbarum, *Quoniam regnauit Dominus.*

Deus opera pœnitentiæ magis, quã verba ſola audit in ſuperis.
Apoc. 19.
Auguſt.

23\. Sic virgines fatuæ vociferabantur, *Domine, Domine, aperi nobis.* At Dominus reſpondet, *Neſcio vos.* Matth. 25. Proh Deum immortalem! Nonne virgines illæ oleum emere properarunt, *Dum irent emere, venit ſponſus.* Si ergo operum etiam oleum obiiciunt, cur à Regno exturbantur? Profectò exturbatæ à Regno ſunt, quia ſolummodò vocibus vtuntur inaniter, non operibus exornantur. Paſchaſius adhæc. *Ne habentibus oleum, vel in extremo ornantibus lampades ſuas diceret: Neſcio vos. Nec enim ſcribitur, quod cum lampadibus ornatis venerint; quia neſcio ſi fieri poſſet, vt vnquam diceret, Neſcio vos.*

Virginibus clamantibus, Domine Domine, ſine operum oleo, Regnum clauditur.
Math. 25.
Paſchaſ.

24\. Placet Dei auribus vocis laus *Alleluia*, ſed ex comitantibus operibus. Monebat Apoſtolus, *Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris.* Ephef. 5. Hugo Cardin. *Canentes voce, & corde: pſallentes autem opere, & vita.* Non ſufficit canere, niſi manus ſimul exeras ad pſalterium

Placet Deo vocis laus ſed ex comitantibus operibus.
Ephef. 5.
Hugo.

25\. Chorum optimum precor exaudias. *Laus eius in Eccleſia Sanctorum.* Pſalm. 149. An non diceret, *Laus in Eccleſia*? Cur addit *Sanctorum*? Quia ſæpè Dei laudes in Eccleſia proferuntur ore ſolummodo, nec acceptabiles Domino prælibantur; quia vocem opera non comitantur. At cum Eccleſia ſanctorum perſonat, vita voci coniungitur, Deuſque verè laudatur: *Laus eius in Eccleſia Sanctorum.* Chryſoſtomus inibi, *Ante verba requirit gratiarum actionem, quæ fit per vitam, & bona opera, & ea deducit in chorum laudantium.*

In Eccleſia Sanctorum, qui operantur, Deo laus.
Pſalm. 149.
Chryſoſt.

26\. Creaturas Dauid ad laudandum Conditorem inuitat, *Laudate eũ Sol & Luna, laudate eum omnes ſtellæ, & lumen* Pſal. 146. Quanam voce Sol, & Luna Dominum collaudabunt? Certè ipſa agnata orbem illuminandi operatione; operibus enim aptius, quam vocibus Deus prædicatur, D. Hilarius, *Deum non tam ſermone, quàm re, & geſtis obedientiæ laudamus. Vt mare, & terra, & cælum Deum non tam voce, quam officiorum ſuorum viciſſitudine, atque obſeruatione laudant.*

Creaturarũ operantium Deus laudes acceptat.
Pſalm. 146.
Hilar.

27\. Alibi Vates, *Laudabo Dominum in vita mea.* Pſalm. 145. Ac ſi diceret, non laudabo vociferans inaniter, *Domine, Domine*; ſed laudabo *in vita*, dum facio *voluntatem Patris, qui in cælis eſt.* Chryſoſtomus, *Laudem dicit, quæ fit factis.* Et Auguſtinus de Diuerſ. ſerm. 115. *Mores (inquit Deus) volo non voces. Lauda viuendo, non ſonando, ſed conſonando. Nec enim qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum cælorum, ſed qui* conſonando *fecerit voluntatem Patris mei* D. Ambroſius ad Luc. c. 7. *ſume & tu citharam, vt pulſata ſpiritus plectro interiorum chorda venarum boni operis ſonum reddat.*

Vita proba Deum laudamus
Pſalm. 115.
Chryſoſt.
Auguſt.
Ambroſ.

28\. Adhuc Pſaltes, *Bonum eſt confiteri Domino, & pſalere nomini tuo, Altiſſime: Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachordo pſalterio cum cantico in cithara.* Pſalm. 91. Booum planè Domino confiteri clamantes, *Domine Domine*, ſed *in decachordo pſalterio*, hoc eſt, decalogi ſimul præcepta implendo, vt Dei Patris, qui in cœlis eſt, litetur obſequium voluntati. Pulchrè Salmeroo noſter tom. 3. tract. 11: exponens, cur canticum illud decachordum apelletur, *Eo* (inquit) *quod qui ſeruat præcepta Decalogi, maximè aptus eſt, & idoneus ad hoc cantandum inuenietur: operibuſque ipſis ſatis cantat, tametſi alioquin mutus ſit, & elinguis.*

In decachordo pſalterio laudãdus Deus, dũ Decalogum implemus.
Pſalm. 91.
Salmeron.

Obſerv. IV.

Ad illa verba:

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Inſinuat Dominus Iudæos ligna incidenda, & in ignem deputanda.

Monens Concionatores, peccatores inſignes & ſcandaloſos aliquando inſinuandos, cum non proficit generalis correptio.

29. Chryſoſt.

AIt Chryſoſtomus apud D. Thom. in Cat. *Quibus verbis Dominus & Iudæos inſinuare videtur: ideoque verborum Ioannis Baptiſtæ meminit, per eadem verba pœnam eis ſubſcribens. Etenim & ille hoc dixit ad Iudæos, ſecurim, & arborem inciſam, & ignem inextinguibilem commemorans.* Quid Ioannes? *Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Eiſdem verbis IESVS vſus eſt.

30. *Chriſtus generice tantùm peccatores, & particulatim, cùm non proficit communis reprehenſio.*

Tunc genericè Dominus Iudæos inſinuauit, edocens concionatores haud perſonam in particulari inſinuandam, cum ſufficit, & proficit communis correptio. At cum peccatores aures audiendi non præſtant, & deteriores fiunt prædicatoris prudentia publico crimine ſcandaloſi: oportet inſinuari perſonam. Ita Dominus Templi prophanatores non ſolum verbis; ſed flagello percuſſit: Iudamque aſpidem ſurditie affectum illum penè publica inſinuatione exterrere conatur: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me traditurus eſt. Væ autem homini illi*, &c. Fatur Liuius memor clauſulæ Tullianæ. *Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra. Cum inanis volitat communis correptio, decet prudentem oratorem, manifeſta crimina, flagellata ex nomine perſonæ, punire.*

Liuius.

31. *Idem repetit Ioannes in aula, quod prædixerat in eremo, & quod communiter dixerat, particulatim profudit.*

Sed quia Chryſoſtomus Ioannis Baptiſtæ meminit, eius exemplum exponendum duximus. *In diebus illis venit Ioannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite,* Matt. 3. Principum generali correptione carpebat tyrannidem, ſubditorum flagellabat exceſſus. Comminationemque addens clamabat, *Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor*, &c. Non exprimit vllam ſpecialiter arborem, ſed generiter cunctos corripit peccatores: *Ad radicem arborum, omnis arbor.* Videns autem cœleſtis præco communem non proficere correptionem, vt Herodes, Herodiaſque ab impudicitia ſcandaloſa recederent: aulam init, horribilique comminatione clamat. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Mar. 6. Iam fuerant Rex eiuſque amaſia correptione generali affecti, nec tamen à crimine grauiſſimo receſſerant: putantes Regum crimina haud communi flagello ſubiacere. Tunc ſacer præco, ſpecialiter inſinuat delinquentes. *Non licet tibi.* D. Baſilius Seleuc. Orat. 18. *Videns Baptiſta Reginam libidinis adminiſtram contra dignitatis, & naturæ rationem debacchantem; quas olim voces in eremo iecerat, repetebat.* Si in eremo in communi locutus eſt, & particulatim in aula: quonam modo *quas olim voces in eremo iecerat, repetebat?* Quia cum omnes peccatores corripiuntur in genere, ſinguli ſpeciatim vulnerantur. Cum autem induratus peccator prudentia prædicatoris videtur obſurdeſcere, publicè particulatim corripiatur. Illa tunc correptio quaſi generalis reputanda eſt, repetitio eſt vocis communis, ac genericæ correptionis. Liceat vulgariter expendere cogitationem. *La reprehenſion particular es como general. No puede agrauiarſe, pues hizo comun ſu eſcandaloſa culpa, de que la reprehenſion en particular ſea para el como comun.* Ideo Ioannes *quas olim voces in eremo* generatim iecerat, repetebat. Generatim reprehendit, dum particulatim taxat; quia delictum illud ex ſcandalo iam generale quoddammodò obiicitur.

Matth. 3.

Marc 6.

Baſil. Seleuc.

32. Proclamat Ioannes. *Omnis arbor, quæ non facit fructum excidetur.* Mox particulatim particulam *omnis arbor*, ad Herodem arborem malam coarctauit: *Non licet tibi.* Pulchro id oſtendam teſtimonio: Dominus viator ficum à longè videt *habentem folia, venit autem, ſi quid fortè inueniret in ea: & cum veniſſet ad eam nihil inuenit præter folia. Et reſpondens dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te quiſquam fructum manducet* Mar. 11. Vbi Victor Antioch. monet, in ficulnea hominem deſignari, qui fructus non efficit pœnitentiæ. Cur ergo aduerſus ficulneam hanc ſpecialiter ſecuris acuitur, ſi plures arbores tunc fructuum vacuitate laborabant? Profectò egregius Concionator prius proclamarat in communi: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur.* At quia ficus fatua in generali correptione obſurduit. (*no ſe dio por entendida*) Dominus ſpeciatim inuehit in ficulneam, *Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet.* Bellè Antiochenus, *Poſtea quam enim vbique prædicationis beneficia præſtiterat, nullum autem* ſpeciatim *puniuerat; conſentaneum erat, vt aliquod quandoque puniens* in particulari *ſpecimen virtutis ederet.*

Quod generatim prædicatum eſt omni arbori, particulatim vni manifeſtè profertur; quia generalis correptio non profuit.

Matth. 3.
Mar. 11.
Victor. Antioch.

33. Profatur Sponſus, *Aperi mihi Sponſa mea.* At illa ingratitudinis ſomno preſſa proclamitat: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Poſtmodum à cuſtodibus vrbis vulnerata eſt: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum.* Cant. 5. Anima illa iam fuerat communi correptione affecta, cum Eccleſiam ſuam Dominus dormientem inuitaret ad veniã. At ingratæ animæ pallium, quo abſcondebatur ingratitudo, tollitur, & ſpeciatim à prædicatoribus murorum cuſtodibus vulneratur. *Tulerunt pallium meum, & vulnerauerunt me.*

Anima in particulari corripitur, & aperiè, quia non profuit generalis ad Eccleſiam monitio.

Cant. 5.

34. An id effectus iracundiæ, & odij? Minimè planè; ſed potius dilectionis documentum. Fatur ſapiens, *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula inimici.* Prouer. 27. O quot Concionatores inimica oſcula offerunt auditori, dum aſſentatorium profundunt ſermonem, & nè à Principum gratia excidant, communi clade principalia ſcandaloſa vitia non ſpeciatim vulnerant. O fraudulenta oſcula inimicorum! Perpulchrè Philo Carpat. *Meliora planè vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula inimici. Hæc ad perennem ſalutem ſeruiunt, illa miſerrimè occidunt. Vtinam ab iis aſſiduè caderetur ſponſa, vulneribus afficerentur homines. Non tot heu, miſeri Chriſtiani quotidie per aſſentationem prædicantium infeliciſſimè perirent. Hinc tanta peccatorum labes, hinc illa corruptela morum, qua ſingulæ fideles animæ in dies magis ac magis turpiter inficiuntur. Nam cum in omni cœtu hominum tùm in Religione Chriſtiana aſſentatione nihil eſt pernicioſius, eorumque præſertim, qui commonendi, & obiurgandi cæteros officium ſuſceperunt.* Hactenus Philo.

Vulnus, & obiurgatio hæc non eſt odij, ſed dilectionis effectus.

Prou. 27.

Philo. Carpat.

Taxatur aſſentator præco verbi.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c.

Arbor

Arbori fit ſupplicij comminatio, vt bonos iam fructus produceret.

Supplicium enim peccatori obiectum, eius comprimit impudentiam.

34. SVpplicij æterni hæc ſententia ruinam minitatur. An non Domini hinc pietatem contemplemur? Non dixit, Omnis arbor, quæ non facit fructum, exciditur, & in ignem mittitur: ſed excidetur, & in ignem mittetur: quia non in exitium, ſed in correptionem arboris comminationis vulnus infligitur. *Iam ſecuris* (Ioannes proclamat) *ad radicem arboris poſita eſt.* Matth. 3. An vt arbor protinus excidatur? Certè vt correctione ſalutari affecta creſcat vtiliter.

Matth. 3.

35. *Comminatio fit ficulnea ad correptionem non ad exitiũ.* Luc. 13. Baſil.

Ficulnea ingrata ſatori fructibus diù vacua oſtentatur, pertæſus Dominus proclamat agricolæ: *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergò illam, vt quid etiam terram occupat?* Luc. 13. Vbi Baſilius ad cap. 5. Iſai. aſſerit ficulneam animam eſſe, arborem vtique fructibus ornandam: agricolam autem hominem ſui adnotari cuſtodem. Monetur nè agricola arboris ruinam, quia illico ſuccidenda eſt? Minimè. Si enim ſuccidenda tunc eſſet, inaniter vulgaretur exitium. Ergo ſuccidenda profertur, non ſuccisa clamatur; quia ad ficulneæ correctionem peruolat vox comminationis, *Sanè hoc dicebat, agricolam quidem excitans, vt eam diligentius excoleret: ſterilem verò animam promouens ad proferendos fructus ſe dignet.*

36. *Labia polluta mundantur ignis æterni obiectione.* Iſai. 6.

O verbum, *Et in ignem mittetur*, quam efficax menti obiectum ad correctionem peccatoris! Pollutis Propheta labiis vrebatur, *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum. At volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua.* cap. 6. Quinam ille tam efficax ignis ad labiorum iniquitatem auferendam? Ex Chryſoſtomi mente ignis æterni præſentatur imago, nam Altaris ignis ardores vocitantur æterni: *Quis habitabit cum ardoribus ſempiternis*, quod de igne Altaris perpetuo Patres exponunt. Menti obiiciatur ardor interminabilis, vel ſolutæ linguæ iniquitas illigabitur.

Chryſoſt.

37. *Cuſtodia labiorum eſt ſupplicij comminatio.* Pſalm. 140. Chryſoſt.

Ideò Dauid, *Pone Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.* Pſalm. 140. Et quænam cuſtodia ſufficiet ſolutæ linguæ captiuitati, & frænationi? Planè ignis interminabilis obiectio linguam cuſtodire valebit. Chryſoſtomus, *Quæ autem fuerit hæc cuſtodia niſi ratio, & cogitatio, quæ vrget terribiliter habens præ manibus ignem eos vſturum, qui ore ſuo temere vſi fuerint.*

38. *Manus immunda lauantur in ſupplicio affectorum peccatorum cruore.* Pſalm. 57.

Ignis ille, qui æternum immundos extorquebit iniquos, hîc peccatorum poterit emundare conſcientiam. An immundos ignis poterit emundare? Audi Dauidem, *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Pſalm. 57. An poterit ſanguis immundiſſimus in maculatum lauacrum præparari? Profectò ſanguis ille peccatorum effuſus cœleſti ſupplicio dum obiicitur hominis menti, efficit eum à qualibet macula liberari. Rufinus, *Actiones ſuas mundabit homo ex conſideratione vindictæ reproborum. Quando videt peccatoris pœnam proficit ipſe, & mors alterius valet ad vitam.*

Rufin.

Afficit Deus terram maledictione, *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Gen. 3. Addit Auguſtinus lib. 1. de Mirabil. cap. 4. *Exceptis aquis à maledicto.* Ac ſi diceret, Cum Deus maledictione vulnerat terram, non hærens aqua comprehenditur: *No es la maldicion de participantes.* Cur aqua à maledictione eximitur? Reſpondet acutè. *Aquæ Deus pepercit, quoniam per aquam diluere maledictionem illam parauerat; quod in diluuio factum eſt, & nunc per Baptiſmum indulgetur.* Ex qua ſententia ſolùm illud obſeruo, quòd ſupplicium poſſit abluere maledictionem, cum occupat terram. Certè & eum occupaturum expectatur, potens ſupplicium conſcientiam à criminum abluere maledictione. Dum enim tot miſeri homines diluuio pereunt, nos audientes eorum exitium eis diluimur aquis. 39.

Supplicium aliorum aqua eſt qua diluuntur crimina. Sic diluuium quaſi Baptiſmus noſtrum eſt. Gen. 3. Auguſt.

Vt vindicaret Dominus, idololatriæ auſus, ex Iſraele *deciderunt in die illa quaſi triginta millia hominum* Exod. 32. Cur non omnes idololatræ decidere? Pars populi ſupplicio afficitur, vt pars reliqua peccatorum ſanguinei ex contemplatione ſupplicij, diluatur. Saluianus lib. 1. de Gubet. Dei, *Primo Dominus partem percuſſit ſententia ſua gladio; vt partem corrigeret exemplo.* 40.

Dum cadũt alij peccatores ſupplicijs affecti, alij reſurgũt ad correctionem. Exod 32. Saluia.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum; ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, &c.

Regnum conſequuntur non vociferantes, ſe Chriſticolas: ſed fidelibus operibus confirmantes.

Solus etenim Regno dignus in conſpectu Dei obiicitur, qui rectis nititur operibus.

AIt D. Chryſoſtomus, *Qui non conuerſatur ſecundum verbum Chriſti non intrabit in Regnum cœlorum.* Corona Regia illa auguſtiſſima operatori præparatur, non Chriſtiani nominis iactatori. 41. Chryſoſt.

Regum Princeps Regno potitus eſt, non quia clamitare poterat. *Domine Domine, Pater, Pater:* Sed quia Patris voluntati ſubiacere ſtuduit, *factus obediens vſque ad mortem.* Iſaias fatur, *Vidi Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum* cap 6. Ex Petri Damiani mente Dominus eſt Dei Filius noſtra accinctus humanitate, quam ſuper Angelicam eleuauit naturam, quæ per ſolium ſublime hoc loci deſignatur. An Regium thronum adeptus eſt Chriſtus, quia è Virgine natus? Minimè, natura enim Angelica longè ſuperior eſt; nec præcisè ex humani 42.

Chriſtus Regno donatur non quia clamitat, Pater, Pater; Sed quia Patris voluntatem impleuit. Iſai 6. Damian.

humanitate aſſumpta ſuper Angelos aſcendiſſet. Igitur potitur throno, Angelis ſuperior efficitur, Rex cœlorum aſſurgit ob gratiæ præſtantiam, ob operum excellentiam. *Excelſum ſolium* (ait Cardinalis) *Angelicam naturam intellige. Super hanc ſedet, & ſuperuehitur Filius Virginis, quia etſi melior eſt Angelorum natura, fortior eſt gratia: ſi magna dignitas, maior Dei Patris voluntas.* Cui ſcilicet Chriſtus ſtuduit ſubiacere: *Sed qui fecerit voluntatem Patris.*

43. Canit Pſaltes, *& aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* Pſalm. 17. Aſcendit vtique Rex ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Num poterimus & Reges aſcendere? Ita planè, ſi Chriſti æmulatores Patris voluntatem impleamus. Damianus 52. opuſ. de bono Relig. ſtat. *Aſcendit Chriſtus ſuper Cherubim. Et nobis pro modulo noſtro penna ſunt inſita, virtutes ſcilicet ſpirituales, quibus ſi viriliter vtimur, ad Regna cœleſtia ſubleuamur.*

Si voluntatem Patris geſſeris, Regno donaueris.
Pſalm. 17.
Damian.

44. Daniel adhæc, *Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit.* cap. 7. Quomodo throni multi, & ſeſſor vnus? Certè plures ſancti regnant in cœlo, ſed vnus Pater cœleſtis regnat in omnibus; quia vt regnent Diui neceſſario Patris ditioni debent ſubiacere. Rupertus, *Throni plures poſiti ſunt, & Antiquus dierum id eſt, Pater ſedit, Throni plures plures ſunt ſancti Reges cœlorum, quorum in cordibus ille Antiquus dierum ſedit. Thronus eius Abraham, Thronus eius Dauid,* &c. Ac ſi diceret. Nullus Diuus cœleſti Regno potitus eſt, qui terricola non pararet Patri thronum in corde, dum eius voluntati litauit obſequium. An non Abraham Patris voluntati, ac imperio difficili ſubiacuit? An non Dauid iuxta Patris æterni cor omnes eius expleuit voluntates? Regno cœleſti fruuntur, quia Patris voluntatem impleuere.

Throno potimur, ſi Pater regnat in nobis, dum eius voluntati litamus obſequium.
Dan. 7.
Rupert.

45. Apoſtoli Zebedæi filij Chriſti fratres, hoc titulo, id eſt, propinquitatis iure expetunt Regni cœleſtis præcipuis donari thronis. *Dic vt ſedeant* (Mater ait) *hi duo filij mei vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo.* Quœis Dominus, *Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Poſſumus,* &c. Matth. 20. Petitis cœleſti Regno adſcribi proclamantes: *Frater, Frater,* quaſi *Domine, Domine.* Non datur Regnum niſi Patris implenti voluntatem. Cum calix apud hortum mihi hauriendus offeratur, inclamaturus ſum, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Sed non mea, ſed tua voluntas fiat.* Matth. 26. ſi vultis Regno addici cœleſti; meum calicem epotate, id eſt, circa labores ſubeundos Patris mei voluntati ſubiacere. Regnum enim dandum iis, *quibus paratum eſt à Patre meo.* Paratum autem eis, qui eius geſſerint voluntatem. Euthymius, *Nam quia gratis ſibi dari Regnum petebant,* vti propinquis, *Frater Frater. Non eſt, inquit, meum dare gratis primatum, ſiue Regiam cœleſtem ſedem: ſed hoc eſt illorum, quibus paratum eſt à Patre meo.* Paratum eſt autem iis, qui digni ſunt, vt hoc conſequantur. Quia ſcilicet Patris impleuere voluntatem.

Regnum datur filiis Zebedæi, non quia proclamant, Frater, Frater; Sed quia calicē epotâtes Patris voluntati ſubiacent.
Matth. 20.
Matth. 26.
Euthym.

46. Iudas ortu quartus Iacobi filius, Regni faſtigium nactus eſt, ex quo Rubeo infando corruit ſcelere. Vndenam Regnum Iudæ? Iſidorus Peluſ. lib. 2. Epiſt. 48. *Etenim qui ex Leui ortum trahebant, ſacerdotij munere fungebantur, qui autem à Iuda ducebant genus Regnum gerebant, non ſorte, ac fortuito, quam in virtutis præmium, iſtud capientes.* Si *iſtud* Regnum capitur in præmium virtutis: an *illud* Regnum ſine virtutibus capietur? Igitur non Leui filij clamitent, Sacerdos, Sacerdos, ſed Patris implere curent voluntatem. Virtutibus enim cœleſtia Regna præparantur.

Regnum hoc virtutis præmium, quid cœleſte?
Iſidor. Peluſ.

LIBER DVODECIMVS.

IESVS FVTVRAM PASSIONEM DISCIPVLIS PRÆSENTAT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput decimum octauum Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

CVM iam tempus appropinquaret, Paſchate in proximo, ſubeundæ paſſionis, Diſcipulis Duodecim ſeorſum acceptis apertè vniuerſa prædicit, quæ de ſua paſſione, morte, & Reſurrectione erãt obuentura. *Tradetur enim*, ait, *gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquam flagellauerint, occident eum. Et tertia die reſurget*, ſcilicet ad peccatorum, à quibus, tot iniuriis affectus eſt, viuificationem; pro quibus Cruci ſuffixus Patrem exorauerat: *Ignoſce illis.* Vndenam tanta Domino tot iniuriis acto manſuetudo? Crediderim è Mariæ vberibus. *Aſcendam*, inquit Chriſtus, *in palmam: tunc erunt duo vbera tua ſicut botri vineæ.* Cant. 8. lib. 5. dedi Richardum ſub eodem prætextu huiuſce loci expoſitorem. Addit pulchrè ad hoc argumentũ lib. 5. de laud. Virg. *Comparantur vbera Virginis, botris vineæ; ex vberibus enim exprimitur lac, & ex botris vinum, quod hominem lætificat, & inebriat, & facit obliuioſum & facilem ad condonandum irrogatas ſibi iniurias, & largum ad danda grandia. Omninò ſiquidem, in hunc modum lac, quod ſancta labia Domini expreſſerunt, & traxerunt à maternis vberibus, ipſum delectauit, & ſcandentem palmam Crucis quadam inenarrabili dulcedine inebriauit, nè recordaretur de cætero, ſed facile nobis Crucifixoribus condonaret irrogatas ſibi iniurias, & largiter nobis daret gratias & virtutes in præſenti, & in futuro gloriam ſempiternam.*

Ligni vita, ſeu Ieſu prophetantis.

FRVCTVS DVODECIMVS.

Cant. 8.

Ricard. Laurent.

LVCAS

LVCAS CAP. XVIII.

VERS. 31. ASSVMPSIT autem IESVS duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.

32. Tradetur enim Gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur.

33. Et poſtquam flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget.

34. Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis: & non intelligebant, quæ dicebantur.

35. Factum eſt autem cum appinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans.

36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet.

37. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus tranſiret.

38. Et clamauit, dicens: IESV fili Dauid miſerere mei.

PARAPHRASIS.

31. *Duodecim itaque Dominus ſecum aſſumpſit Apoſtolos, quos nihil eorum, quæ gerebantur pro hominum ſalute ignorare oportebat. Ecce, inquit, aſcendimus Ieroſolymam, ac perficientur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis. Sciebat eos vehementer perturbandos morte Domini ſui, eoque crebrius ſermonem hunc inculcat vt paulatim ferre aſſueſcant, à cuius mentione prorſus eorum aures abhorrebant.*

32. *Tradendus eſt enim, adiicit, Gentibus, & ab illis illuſionibus, flagellis, & probris vulnerabitur. Quis crederet conſpuendum, in quo expetunt Angeli proſpicere.*

33. *Poſtquam autem flagellauerint eum, & omne probrorum genus ediderint, occident denique; ſed ille die tertia reſurget. Verum hic ſermo, quoniam ingratus erat, Apoſtolorum non deſcendit in animos.*

34. *Non enim percipere poterant myſterium Crucis. Nec libebat credere morte violenta hominem tam charum periturum: nec ſibi poterant perſuadere ab impiis hominibus occidendum, qui tam admirandis factis polleret, qui toties è manibus impetentium eſſet elapſus. Satius ducebant eſſe omnino non mori, quam poſt mortem vita reſtitui.*

35. *Accidit autem, vt cum Ieſus iter faciens Ieroſolymam, non procul eſſet à Ericho: cæcus quidam ſederet iuxta viam publicam mendicans. Ecce in vno cæco forma proponitur, quo pacto à multis poſſit tolli animi cæcitas.*

36. *Is cum ex ſtrepitu vocum, ac pedum deprehenderet, magnam copiam hominum prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet rei (eſt hoc genus eo curioſius, quod oculis careat.)*

37. *Reſponſum eſt ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.*

38. *Ille protinus ex his, quæ de* IESV *audierat, concepta fiducia, clamabat dicens,* IESV *fili Dauid, miſerere mei. Addidit improbitati blandimentum, idque ſatis ex more mendicorum.*

39. *Profecto*

39. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret; ipſe verò multo magis clamabat, fili Dauid, miſere re mei.

39. Profectò turba, quæ IESVM *præcedebat, increpat cæcum, eum iubens obticeſcere, ſuſpicans eum eleemoſynam vulgarem poſtulare. Cæcus autem, quo magis obſtrepebat turba, tanto vehementius clamitabat, eadem iterans:* IESV *fili Dauid, miſerere mei.*

40. Stans autem IESVS, iuſſit eum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens, quid tibi vis faciam?

40. IESVS *autem, qui ſemel atque iterum vociferantem diſſimularat, vt euidentiorem redderet hominis fiduciam: tandem ſtetit, iuſſitque cæcum ad ſe adduci, vt omnium oculos ad miraculi conſiderationem prouocaret. Cum autem veniſſet ille ad* IESVM, *Dominus illum interrogauit: Quid vis, vt faciam tibi? Non ignorabat, quid optaret cæcus: ſed mali confeſſionem exigebat, vt euidentius eſſet miraculum.*

41. At ille dixit, Domine, vt videam.

41. *Cæcus autem magna cum fiducia dixit: Domine, fac vt viſum recipiam. Tribus verbis petit à Domino quod ab homine nec multis præſtari poterat.*

42. Et IESVS dixit illi, Reſpice, fides tua te ſaluum fecit.

42. IESVS *autem expedita illius fiduciæ reſpondens, verbo reddidit oculos, dicens: Recipito viſum. Fides tua te ſaluum fecit. Fide conſpexerat* IESVM, *prius quam corporis oculis aſpectaret.*

43. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum, magnificans Deum, Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

43. *Haud diu cæcus eſſe poterat, quiſquis ad fontem omnis lucis acceſſerat. Mox enim vt dixit* IESVS, *Aſpice, vidit, & ex mendico factus eſt* IESV *ſectator, ac diuinæ præco bonitatis. Quin & populus, conſpecto tam inſigni miraculo, laudes conditori, ac reformatori hominis litauit.*

SECTIO PRIMA.

COECI CLAMORES.

TEXTVS.

VERS. 31. ASſumpſit autem IESVS, &c. 35. Factum eſt autem cum appropinquaret Ierícho, cœcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. 36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interogabat, quid hoc eſſet. 37. Dixerunt autem, quod IESVS Nazarenus tranſiret. 38. Et clamauit dicens: IESV fili Dauid, miſerere mei. 39. Et qui præibant increpabant eum, vt taceret; ipſe verò multo magis clamabat, Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

An vna ſit trium Euangeliſtarum Hiſtoria?

1. *Curia præſenti de cæci miraculo?* DE colloquio IESV cũ Diſcipulis duodecim, præter ea quæ in Paraphraſi innuimus, iam latè egimus lib. 5. Matthæum exponentes. Hiſtoriam autem Ierichuntini cæci ideò à volumine Miraculorum Chriſti ſegregauimus, quia ad ſectionem hanc Euangelicam pertinebat, quæ Domini prophetiam futuræ Paſſionis celebrabat.

2. *An tres diuerſa hiſtoria?* Euthym. Celebris quæſtio voluitur ab Interpretibus, an eadem ſit hiſtoria, quæ hîc à Luca, & quæ à Matthæo cap. 20. & Marco cap. 10. narratur? Sunt, qui tres diuerſas hiſtorias eſſe putant. Probat Euthymius, quia Matthæus duos cæcos eſſe dixit, Marcus, & Lucas vnum. Et Marcus adnotat, cæcum illum, quem curatum eſſe dicit, veſtimentum ſuum proieciſſe, vt proſiliret expeditus ad Chriſtum; quod alij non ſcripſere.

3. *Qui duas hiſtorias eſſe credant.* Auguſt. & alij. Alij autem duas hiſtorias eſſe credunt, vt Auguſtinus lib. de conſ. c. 65. Beda, Strabus, & Lyran. Eam, quam Matthæus, & Marcus ſcribunt, vnam aſſerunt eſſe; quam autem noſter Lucas, eſſe diuerſam; quia Matthæus, & Marcus affirmant, id factum eſſe, cum Chriſtus ab Iericho egrederetur; Lucas verò cum appropinquaret. Quod videtur eis adeò eſſe contrarium, vt idem miraculum eſſe poſſe non videatur.

4. *Vnica mihi hiſtoria.* Theophyl. Maldon. Aſt ego cum Theophylacto, Maldonato, & aliis exiſtimo vnam tantum hiſtoriam à tribus Euangeliſtis expreſſam. Allicior, quia omnia ſunt adeò ſimilia, vt non videantur diuerſa eſſe poſſe miracula. Omnes aſſerunt, id in ea profectione vltima, qua Chriſtus vt moreretur à Galilæa in Ieruſalẽ venit, accidiſſe; omnes in eodẽ loco propè Iericho; omnes cæcum, aut cæcos, qui curati ſunt, iuxta viã ſediſſe, qua præteribat Dominus; omnes eiſdem verbis, IESV *Fili Dauid miſerere mei*, inclamitaſſe; omnes à turba iuſſos eſſe tacere; omnes vehementius clamaſſe; omnes ſtitiſſe Chriſtum, & cæcos ad ſe vocitaſſe; omnes rogaſſe Dominum cæcos, Quid vultis, vt faciam vobis? An potuerunt in diuerſis hiſtoriis multa exiſtere tam ſimilia?

5. *Primæ obiectioni ſatis.* Auguſt. Obiicis, Matthæum duos, Lucam autem, & Marcũ vnum tantum cæcum commemoraſſe. Reſpondeo cum Auguſt. duos quidem fuiſſe, vt Matthæus ſcribit; ſed ex iis vnum nobiliorem, & vulgo magis celebrem; ideoque illius tantum Lucam, ac Marcum geſſiſſe mentionem. Hanc coniecturam Marcus confirmat exprimens nomen cæci, & patris illius, quaſi homo eſſet vulgo omnibus notus. Vocat quippe Barthimæum filium Timæi. Roboro ex Matthæo ſcribente, duo à Chriſto dæmoniacos in Regione Gerazenorum curatos, cap. 8. cum Lucas, & Marcus vnius tantum meminerint.

6. *Secundæ obiectioni reſpondeo.* Quomodo autem Matthæus & Marcus id aſſerunt contigiſſe, cum Chriſtus ab Iericho egrederetur: Lucas verò noſter, cũ appropinquaret? Porro cum Maldonato exiſtimarim, cæcum illum nobiliorem, de quo Lucas, & Marcus ſcribunt, tum cũ Chriſtus ad vrbẽ appropinquaret, ſediſſe ſecus viam, & ad prætereuntem Chriſtũ, acclamaſſe IESV *fili Dauid, miſerere mei*: Chriſtũ verò tùc curare eũ noluiſſe, vt paulo poſt duos ſimul donaret ſanitate. Cæcus ergo iterũ viam obſedit, qua ſciebat Chriſtum exiturum; & iterũ vna cum altero cæco iiſdem verbis clamauit. Tunc à Domino vocati, ac curati ſunt. At quia non omnia Euangeliſtæ narrant, Matthæum, & Marcũ adnotaſſe reor id factum fuiſſe, cũ Chriſtus egrederetur, Lucã verò cũ appropinquaret.

7. *Tertiam obiectionẽ infirmo.* Quid quod Marcus affirmat, cæcum cum vidiſſet, ſe à Chriſto vocari, abiecta veſte accurriſſe: quodq; Matthæus dixit, Chriſtum cæcorum oculos tetigiſſe, quod alij Euangeliſtæ prætereũt. Certè ſæpe vnus Euãgeliſta vnã facti circũſtãtiam declarat, quã alij aſſolent prætermittere.

§. II.

Hiſtoriam expendo.

8. *De Iericho.* F*Actum eſt autem, cum appropinquaret Iericho.*] Ex Regione, quæ trans Iordanem eſt, tranſito Iordane, Dominus petiit Ieroſolymã: & iniit ciuitatem Iericho, quæ illi aderat in itinere. Maldon. ait, *Erat Iericho in via, cum ex Galilæa Ieroſolymam propter fluuium Iordanis veniebatur.*

9. *De cæco.* *Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mẽdicans, &c.*] Secus viam id eſt iuxta viam mendicus ſedebat. Cæcus erat, & mendicus, oculis captus, non auribus; hominum multitudinem, quæ Chriſtum comitabatur, non vidit, voces tamen audiuit, & ſtrepitum. Quidnam hoc eſſet, interrogauit. Reſponſum ei: IESVM Naxarenum illac tranſire. Id vbi agnouit, magnis clamoribus illius miſericordiam cœpit implorare; profatus:

10. *De clamore.* IESV *fili Dauid miſerere mei.*] Cur Dauidis filium appellauit? Ac ſi diceret, Meſſia. Quare autem ita Chriſtus appellaretur ab iis præſertim, qui aliquod ab eo beneficium poſtulabant? Quia filius Dauidis Meſſias expectabatur, vt omnibus egentibus ſubueniret.

11. *De increpatione.* *Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret.*] Non quidem impiè, atque malignè; ſed amanter, ac officiosè id piam turbam feciſſe exiſtimo; ne homines abiecti Chriſto obſtrependo moleſti eſſent. Sic Auctor Imperfecti, & Euthym.

12. *De clamantis conſtantia.* *Ipſe verò multo magis clamabat*, IESV, &c.] An ſciebat Dominum velle rogari? Verum vt ignis oleo, ſic increpatione cæci clamor incendebatur: vt de mendici ingenio tandem propter improbitatem audiri conſequeretur.

IN IESVM PROPHETANTEM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX COECI CLAMORIBVS.

Obſerv.

Observat. I.

Ad illa verba :

Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat,&c.

Ideò cæcus illuminatur, quia in Iericho mundi defectus experitur.

Mundi enim defectus efficit humanos oculos illuminari, & aperiri, vt deſpiciant eum.

13. *Gregor.* MYSTICE fatur D.Gregorius, *Cæcus eſt humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat huius mortalitatis. Hic cæci homines lumen recipiunt.* Quis enim non oculos aperiat, ad ablegandam priſtinam cæcitatem, dum eorum, quæ diligit contemplatur, & experitur defectus?

14. Sol periit tibi, ſiue abundantia defecit; Luna, ſeu defectus mundialis obiicitur; præcedunt defectus tenebræ, vt lux vera tua lumina accendat, & ex cæco videns exurgas. *Tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, & obſcuratus eſt Sol. Et clamans voce magna* IESVS, *ait : Pater, in manus tuas,* &c. *Et hæc dicens expirauit.* Luc.23. Vbi Iſaias Abbas orat. 3. *Quod autem Sole obſcurato, Dominus emiſit ſpiritum, intellige, tunc in te mortuum eſſe peccatum cæcitate abiegata, cum fulgor rerum, quæ in hoc mundo cernuntur, in animo tuo deficit.* Perpendens enim animus mundialium bonorum defectus, pereuntéſque voluptates, ex biſce tenebris colligit lucem, ad priſtinam cæcitatem ablegaodam.

Dum ſæculi deficit nobis ſplendor, cæcitatem priſtinam ablegamus. Luc.23. Iſaias Abb.

15. Fatur Iacob, *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Gen.49. Ad quæ D.Ambroſius Pſ.40. Ceraſtem aſſerit mundi bona, quæ ſua falſitate, & defectu equitē faciunt corruere retrò: oculos claudit terrenis, quæ retro relinquit, & cœleſtia cogitur aſpectare. *Cauet equus retrorſum ſalutem expectans à Domino, hoc eſt vt oculos à cœleſtibus non auertat.* Vndénam cæco medicina? Quia terrena defecere, ſuæque inanitatis dedere documenta, dum mundiali bono excideret ab ſtatu. Haud aliter Saulus cæcus mundo, oculos Deo aperuit, cum excidens ex equo, vero eſt lumine donatus. *Que el defecto del mundo hace caer a los hombres en la cuenta,* ſi vulgariter expendere liceat.

Cum cadimus ab ſtatu mundiali priſtino, viſum ſpiritualem recuperamus. Gen. 49. Ambroſ.

16. In Ægypto mondiali quid niſi tenebræ? quid niſi nox? Ab huiuſmodi cæcitate animus abſtrahitur, cum à mundiali cadit ſpe, cum deficere temporaria bona contemplatur Lunæ inſtar. *Nox iſta eſt obſeruabilis Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.* Exod.12. Legit D.Macharius, *Hæc eſt nox, in qua pollicitus eſt Deus ſe redempturum nos.* In quo agnouit noctem illam futuram eorum ſalutis initium? Sub illa nocte cuncti Ægypti mundialis defectus apparuere. Moriuntur primogenita, omnis voluptas Ægyptiorum terminabatur. Cum igitur Luna deficientis ſæculi apparet, redemptio paratur. *Egreſſi ſunt* (fatur Diuus hom.47.) *ex Ægypto, quando Ægyptij primogenita ſepeliebant; idcirco dixit Moyſes : Hæc eſt nox, in qua pollicitus eſt Deus, ſe illuminaturum, & redempturum nos.* Noſtra enim cæcitas ablegatur, cum mondialia deficientia reſpicimus.

Exod. 12.

17. Premo carmen Dauidicum, *Nox illuminatio mea in delicijs meis.* Pſal.38. Nox illa apud Ægyptum mundialem meam cæcitatem ſignabat. At iam eſt illuminatio cæcitatis meæ in delicijs meis, meis in primogenitis pereuntibus. Hilarius, *In his paſſionis delectamentis, & delicijs deficientibus,* pereuntibus, *nox illi illuminatio eſt.* Id eſt, lux oritur quodammodo ex priſtina cæcitate, dum deliciarum (ex quibus cæcitas) defectus, nos efficit oculos aperire.

Defectuum mundialium nox, eſt illuminatio humanæ cæcitatis. Pſal.38. Hilar.

Observat. II.

Ad illa verba :

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans.

Cæcus ille, id eſt genus humanum mendicans obiicitur apud Iericho, id eſt, mundialium bonorum defectu.

Quia tam mendax, tam fugax mundi proſperitas, vt faciat vel poſſeſſores ſemper mendicitate, ac inopia laborare.

18. ADhuc premo myſticam Gregorij interpretationem : *Cæcus humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat huius mortalitatis.* Cæcus ergo ille, ſeu genus humanum mendicans obiicitur, dum apud Iericho, ſiue Lunam, ſcilicet mundi deficientē, ac fugacem proſperitatem commoratur. Quis Lunam aſpiciens plenam, non ſibi perſuadeat, quid ſtabile, ac æternum oſtendi? At verè deficiens pulchritudo. Gregor.

19. D.Gregorij Nazianz. orat. 2.Theol. ſententiam excogitationis fundamen apponam. *Homines rebus in aſpectum cadentibus aciem affigunt, eaſque & egregia ſtabilitate præditas eſſe, & progredi: atque immotè (vt ita dicam) moueri, voluique conſpiciunt.* Ac ſi diceret, hominibus cuncta mūdialia vti Luna obiiciuntur. Videntur res immotæ, ſtabiléſque futuræ: ſed immotè mouentur; quia nulla vera ſtabilitate firmantur. Res mundialis eſt: ad Lunæ pertinet ditionem? Apparebit quidem prædicta ſtabilitate; ſed cordato aſpicienti immotè moueri, ac volui oſtentabitur. Maior enim mundialium rerum ſtabilitas cum volubilitate coniuncta eſt.

Cuncta mūdi bona ſunt vti Luna, aſpectu ſtabilia; ſed tunc defectibilia. Nazianz.

20. Aquæ Dominus mundi delicias, creata bona comparauit. *Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum.* Ioan.4. Si iugiter aqua voluptatum fluit, & fœmina illa *bibit ſicut aquam iniquitatem,* poſt quinque viros, quorum illicitè fuerat tradita ſociętati: quonammodo à Domino curſus ſitiens aſſeritur? Certè quia voluptates dum placent elabuntur; quia illarum eſſentia eſt præterlabi, dum eporantur. Pulchrè Caſſiodorus lib.8. variar. epiſt. 30 *Gratiam vnda non habet, niſi iugiter ieſluit, & viſa ſemper abſcedit. Illa enim, quæ pulchrè ſinus exercitata videt, quam deformis eſt in lacunis.* Tunc itaque mundi bona delectant cum elabuntur. Quomodo ſi elabuntur,

Cum aqua voluptatum & mūdi felicitatum placet, tunc labitur ſimul, ac fugit. Ioan 4. Caſſiod.

delectare poſſunt? Delectantur cœci apud Iericho, & ſimul mendicant, quia bonis iis delectantur, quorum eſſentia eſt fluendo, ac fugiendo placere.

Luna, & Stellæ ſymbolum fælicitatis humanæ, eo ipſo prætervolant, & abſconduntur. Geneſ. 1. Hieron.

21. Vt autem iuxta cœci illius deſiderium (cupit enim luce donari) obiiciam voluptatum ſeculi ſimulachrum: lucis expendo creationem. *Dixitque Deus. Fiat lux, & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona*, Geneſ. 1. *Bona* id eſt, (loquor cum ingenioſo Societatis Interprete) *grata, vtilis, iucunda, delectabilis.* D. Hieronymus, *Lux humana felicitatis ſymbolum eſt.* Quid luci cum humana felicitate? Vidiſti ſolem emicantem, terram radiis complentem, iucundiſſimum oculis? Tranſeundo lucet, peruolando placet. Lux oſtentatur matutina, creſcit vſque in perfectum diem; ſed incrementa illa, quæ placent aſpicientibus, fugiendo efformantur. Ait Baruch, *Qui emittit lumen, & vadit. Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt ei cum iucunditate*, cap. 3. Lumen emittitur, & vadit. Sol, Luna, & Stellæ vocantur, & lucendo veniunt, & lucendo vadunt, & placentes prætervolant, & abſconduntur? O pulchrum fælicitatis humanæ ſimulachrum! Dum enim bona mundialia delectant, progrediuntur, ac prætervolant.

Baruch 3.

Fons Solis iuſtitiæ ſalit in æternitatẽ, fons ſolis Ægypti mundialis, dum placet, fugit in interitum. Ioſ. 15. Procop.

22. Tribus Iuda ſors ſic deſcripta obiicitur: *Ab oriente verò erit initium mare ſalſiſſimum vſque ad extrema Iordanis; & ea, quæ reſpiciunt ad Aquilonem, à lingua maris vſque ad eundem Iordanis fluuium: tranſitque aquas, quæ vocantur fons ſolis.* Ioſ. 15. Vbi Procopius, *Oportet ergo omnem, qui vult introire in partem filiorum Iuda, tranſire prius mare ſalſum, id eſt mundi huius vndas, & turbines ſuperare: & omnia huius mundi euadere, quæ pro ſui incerto, & lubrico marinis fluctibus comparantur; vt poſſit ad Iudæ terram peruenire, & ad fontem ſolis iuſtitiæ, qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & poſtea ciuitatem ſolis iuſtitiæ inuenire. Eſt enim & in Ægypto ciuitas ſolis.* O quam alia! Fontis Ægyptij, ſeu mundi aquæ lucidæ quidem aſpectu, non ſaliunt in vitam, vt eius ſint æternæ voluptates; ſed prætervolant in interitum; quia tota earum voluptas cum fugacitate coniuncta eſt.

Fugax eſt, quod delectat: remanet quod vulnerat ex peccato. Ceruarien. Euſeb. Emiſ.

23. Aſſeruit Ceruarienſis verbo *Sol.* Luminaria cœleſtia pulchrum eſſe rerum caducarum, finxarumque ſymbolum voluptatum, quia prætereundo delectant. An non voluptatum eſſentia, perire? Euſebius Emiſſ. hom. 3. de Paſch. *Fecit quiſque peccatum, vt aliquam corporalem cuperet voluptatem: remanet, quod damnat; præterit, quod delectat. Conſummata iniquitas permanet, voluptas fugitiua pertranſit.* O ſagittæ volatus, potius quam voluptatis!

Si aliquid ſibi viſum ſtabile in felicitate mundiali, exiſtima ſomnij eſſe ludibrium. Gen. 37.

24. Si quando ſtabilem aliquam mundi fælicitatem vidiſti, exiſtima te ſomno illigari; ſomniaſti planè, non vidiſti. Teſtor Ioſephum profantem, *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me.* Gen. 37. Vbi Interpretes aſſerũt huiuſmodi in luminarium cœleſtium adoratione Ioſephi in Ægypto futuram fælicitatem fuiſſe expreſſam. O fælicitatis humanæ fugacitas, & inanitas! Haud verus Sol, & Luna, ſed *quaſi.* Somniatam fælicitatem reputa; illæ etenim actiones non poſſunt verificari. Quare, precor? *Vidi*, ait, *Stellas vndecim adorare me.* An non vt adorent ſydera Ioſephum, debent ſaltem paululum immorari, & detineri? Ergo ſomnium eſt. Quonammodo enim veraciter poſſet humana fælicitas non per inſtantia ſingula fugitare?

25. Conſtitit aliquando vere fælicitas? O miraculum! Affirmat Oleaſter adorationem illam Solis, Lunæ, ac ſyderum reliquorum figuratam quidem fuiſſe in ſomno Ioſephi, perfectam autem Ioſue temporibus. *Steteruntque Sol, & Luna, & Stellæ.* cap. 10. *Hebræorum*, (Inquit ad Geneſ. 37.) *aliqui dicunt, quod licet pater, & mater non adorauerint eum in perſonis propriis: voluiſſe tamen Dominum (vt verificaretur ſomnium) poſtea ipſum Solem & Lunam, non ipſum Ioſeph, ſed Ioſue (qui fuit de Tribu eius) adoraſſe. Stetit itaque Sol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.* Ibid. En miraculum, Solem, ac Lunam ſtetiſſe, vt adorarent Ioſue, & occumbere vnius diei ſpatio non feſtinaſſe. Ergo ſi ſtat aliquando felicitas, miraculum eſt: vel ſi non eſt miraculum, ſomnium eſt, & apparentia. Quam ſtulti *qui fugientem ſequuntur mundum* (clamat Chryſologus ſerm. 167.) *Quid eſt, quod permanſura non ambiunt, qui ambiunt tranſitura?*

Miraculum eſt, felicitatem mundi aliquã vel breuiſſima ſtabilitate habere. Ioſ. 10. Oleaſt.

Chryſol.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et clamauit dicens, Iesv fili Dauid, miſerere mei.

Qui in Iericho, id eſt, in mundi defectibus ſemper mendicus commoratur, orationis vi cœleſtia bona ſatagit impetrare, vt diues eſſet.

Orationi omnia parent, etiam impoſſibilia quaſi incipiunt eſſe neceſſaria.

APtè ex Gregorij ſententia genus humanum cœco ſignatur in mendico; omnes enim homines videntur mendicare. Voluptates, honores, diuitias vniuerſi ambiunt: à cibo, à pecunia, ab ſpectaculo, ab agro, à veſte, à tecto, ab ædibus, à mercatura, à cœlo, à pelago, à terra, à ventis omnes homines ſubſidia poſtulant; & vacuis manibus in mendicitate commorantur. Profectò cœcus apud Iericho, ſeu Luna omni laborans defectu, curat cunctis oppleri bonis; vnde ad vim precum accurrit, quæ diuites efficiunt inclamatores. 26. Greg.

Innps clamat ſponſa, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. *Hæc pauperis oratio*, ait Laurentinus Richard. Mox paupercula cœleſti fruitur abundantia. *Quia meliora ſunt vbera tua vino, Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Ibid. Ebriari ſponſam, idem eſt, ac cunctis potiri diuitiis, cœleſtibuſque voluptatibus. Bern. ſerm. 7. in Cant. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Ipſum, quem amat quærit: non aliud quidquam ipſius. Quid enim? Reſpicit terram, & facit eã tremere; & iſta ſe ab eo poſtulat oſculari? Ebriane eſt? Ebria prorſus. Et fortè tunc, cũ ad iſta prorupit, exierat de cellis vinariis, quo ſe introductam poſtmodum gloriatur. Nam Dauid de quibuſdam dicebat, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Paupercula ne & mendicans, tã citò, potuit domus Dei vbertate repleri? Hæc vis orationis: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quid difficilius, quam oſculum illud perfici, ſi Incarnatio Verbi in illo dilectionis 27.

Orat paupercula ſponſa, & mox cœleſti abundantia ploratur. Cant. 1. Richard. Bernard.

dilectionis affectu figuratur? At oratio tam facilè reddidit, vt poſt preces effuſas: Oſculetur me oſculo or[illegible]ui, illicò Domino potiatur; & quaſi præſenti proferat: *Quia meliora ſunt vbera tua vino,*

28\. *Oratio Dauidis facilè reddidit, quod impoſſibile videbatur: nempe Goliath proprio gladio trucidari. Baſil. Seleuc.*

Quis non iudicaret impoſſibile facinus, ab adoleſcente Dauide inermi, horribilem Goliath prouolui, ac trucidari? D. Baſil. Seleu. orat. 15. *Cum Goliath arma fabricaret, id ſe in vſus Dauidis facere, & proprij iugulatoris baiulum in aduerſarij habitu ſe Dauidi venire ſubſidium, ignorabat.* Quid mirum, ſi prudenti cuilibet impoſſibilis victoria meritò videretur? Profectò tam facilis redditus eſt triumphus, vt lapidis iactu corrueret illa ſuperba exædificatio. Cuinam potentiæ tanta tribuenda victoria? Certè vi precum. Vide, quam confidenter precibus armatus Dauid loquatur adoleſcens: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſrael: quibus exprobraſti hodie; & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* 1. Reg. 17. Vndénam ſcis te habiturum gladium, quo caput hoſtis ampures, qui in ſunda & lapide prodiuſti? Ipſa hoſtis machæra vulnus eſt infligendum. Impoſſibile dictu. Factu facile præſtabit oratio: *Ego venio ad te in nomine Domini.* Chryſoſtomus hom. de Dauid, & Goli. *Tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo: tu in clypeo, ego in prece. Denique in te tua arma vertentur.* O precum efficaciam!

29\. *Mundo Deus liberè non quaſi neceſſario condidit, ſiquidè nulla creatura præceſſit oratio. Gen. 1. Baſil. Seleuc.*

Fatur Moyſes, *In principio creauit Deus cælum & terram.* Geneſ. 1. An neceſſitate vlla Deus mundum tunc creauit, quia ante tot potuiſſet ſecula condere? Oſtendit apertè D. Baſilius Seleuc. oration. 32. Deum vltroneè nulla vi illata mundum condidiſſe. *Deus ipſius eſſe fons, vita theſaurus: hic ea quæ non ſunt vocat, non rogatus.* Ac ſi diceret, ſi aliquid poſſet Deum cogere ad excitandum quaſi neceſſariò mundum erat oratio creaturæ pauperculæ. Nulla aderat ante mundi conſtitutionem quæ preces profunderet, ergo nulla vi affectus condidit orbem. Si preces inſonare poſſent circa mundum exædificandum, Deo quodammodo haud plena libertas adeſſet? O precum efficaciam!

30\. *Quod impoſſibile erat, nempè ſterilem concipere, & parere, quaſi neceſſarium fuit poſt Iſaaci preces. Gen. 25.*

Impoſſibile erat, ſterilem Rebeccam parere, Orat autem Iſaac, & quod erat impoſſibile iam quaſi neceſſarium reddidit. *Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis; qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. At collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Geneſ. 25. Neceſſe fuit concipere ſterilem? An non impoſſibile erat, ſterilem parere? Quonammodo ergo aſſerit, neceſſarium fuiſſe concipere? Crediderim, quia vis orationis fecit neceſſarium quodammodo, quod naturæ erat impoſſibile.

31\. *Oratio, quaſi manu facta, Deo vim infert. Gen. 49.*

Moriturus Iacob Ioſepho profatur, *En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Geneſ. 49. Omnibus filiis dat quaſi à captiuitate liberationem. Ioſephum autem munere donat auguſtiori: *Meiorale en tercio y quinto.* Quid impertiit dilectiſſimo? Chaldæus Paraphraſtes partem illam, quam Patriarcha aquiſiuit in gladio & arcu, vim orationis expoſuit. Dum tibi, ô fili, orationis donum præparo, quaſi omnibus dono bonis, quæ valeas quaſi extorquere à conditore, vim infe-

tens. Tertullianus in Apol. cap. 39. fatur, *Corpus ſumus de conſcientia Religionis, & diſciplinæ vnitate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum, & congregationem, vt ad Deum, quaſi manu facta, precationibus ambiamus orantes.* Tertull.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et clamauit, dicens.

Non ſemel cœcus ille clamauit, Domino audiente, nec reſpondente illicò, vt clamitaret iterum miſer.

Nec enim Dominus humanis miſerorum, & egentium clamoribus inquietatur: vt edoceat nos pauperum clamores libenter exaudire.

Clamauit cœcus, increpant Chriſti aſſeclæ, nec tacet mendicus: potius nouis clamoribus veterem exprimit egeſtatē. Num Dominus ſibi moleſtos eſſe clamores oſtendit? Profectò ſiſtit, vt dulciſſimam clamantis melodiam percipere aptius poſſet. D. Cyrill. *Siſtit Chriſtū vox clamantis in fide.* Liceat vulgaribus vti, *Puſoſe Chriſto a eſcuchar la melodia de la muſica.* O pauperis, ô miſeri hominis clamores quam dulces Numini exaudiuntur! O ſi Chriſtum imitari ſatageres, dum miſeri, dum pauperis clamores proferuntur! 32. Cyrill.

Monet Iſaias, *Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat.* c. 62. Ac ſi diceret: Qui ex vi prementis egeſtatis, recordamini, Deum ſolum eſſe ſubleuatorem, & confugitis ad clamores, non taceatis donec vos cœleſti pane ſtabiliat, iuxta illud: *Frumento & vino ſtabiliui eam.* Id eſt, donec optata ad inopiæ ſpiritualis, aut temporalis munera recipiatis. *Et ne detis ſilentium ei.* Lyranus, *Ne taceatis ceſſando à precibus, donec ſtabiliat Deus contra omnem vos aduerſitatem.*

33\. *Clamores Deo iucūdi, cum pauperem ſtabiliri pane. Iſai. 62.* Lyran.

Sic ipſe Propheta, *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius.* Ibid. Vbi Anſelmus, *Non quieſcam à precibus, donec egrediatur Dei Filius, vnde alibi: Vtinam dirumperes cœlos.* Vulgariter expendo, *Haſta que ſalga rompiendo el cielo, a air el Hijo de Dios, he declamar.* Dormit quis, & vocis dulcedine cuiuſdam tranſeuntis per plateam, excitatur. Inquietatúrne? Potius afficitur voluptate; vnde lecto relicto, ad feneſtram tendit commodius auditurus. An Propheta agnouit tam dulces eſſe Dei Filio egentium clamores, vt è throno proſiliat, & rumpens cœlos, proximius exaudiat? *Non quieſcam à precibus, donec egrediatur Dei Filius.*

34\. *An Deus è throno proſiliat, vt exaudire ſe libenter clamores pauperum innuat? Iſai. 62. Angel.*

Expetit Deus noſtris clamoribus excitari. *Non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſraël.* At opus eſt nos clamores proferre ſine intermiſſione. Non dormitabit, ſi clamoribus inquietauerimus. *Ipſe* aliquando Dominus in ſcapha *dormiebat*; quia Diſcipuli taciturni aderant. Clamant illi, Dominus excitatur. *Salua nos perimus.* Tentamine

35\. *Non dormitabit Dominus, ſi clamoribus excitauerimus. Tacis perire Adamus, Deo quaſi dormiente.*

afficitur Adam, nec occurrit ad ſubueniendum cuſtos efficaci vi. Dormiuit ne Dominus? Culpa quidẽ ouis centeſimæ, quæ balatibus intermi-nabilibus debeteτ ſuum à ſomno remouere cu-ſtodem. *Et cum audiſſent vocem Domini deambu-lantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem.* Gen. 3. Vbi Rupertus aſſerit Deum ſpeciem gerere hic hominis à ſomno ſurgentis: & adiicit pulchrè ad argumentum: *Culpandus ne eſt Deus, qui toto meridie dormiuit, & eo dormiente, lupus ouem cen-teſimam tulit? Non vtique; ſed tota culpa illius eſt, qui cuſtodem ſuum dormire permiſit. Nam, vt ille non dormiat, in arbitrio hominis eſt, qui ſemper il-lum, ne dormitet, aut dormiat, inquietare debet. Vnde & per Prophetam ſpiritus eius dicit: Qui re-miniſcimini Dominum, ne taceatis, & ne detis ſilen-tium ei.*

Geneſ. 3. *Rupert.*

36. Conqueritur ne Deus aliquando, quod eum pauperes clamoribus inquietauerimus? Moyſi ait, *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui.* Exod. 3. Chryſoſt. *Non di-xit, vidi mutationem illorum in melius, id eſt, illo-rum felicitatem; ſed videns vidi afflictionem: & au-diens audiui clamorem.* Illa replicatio: *Audiens au-diui* innuit huiuſce auditionis voluptatem. E throno exilij, vt commodius audiret? Imò non cœli accurrit Dominus ad feneſtras, ſed ad Ægyptum deſcendit. Vt opitularetur ne? Ita planè, ſed ſimul vt propius (ſic liceat profari) clamorum pauperis exaudiret melodiam.

Deſcendit Deus, vt propius pauperū clamores exaudiat? Exod. 3. Chryſoſt.

37. Cui ſenſui do illud: *Sciens dolorem eius, deſcen-di, vt liberem eum de manibus Ægyptiorū.* Exod. 3. Nónne de cœlo, & de ſede tua auguſtiſſima, Domine, eos poteras liberare: vel qui eos libera-ret, Angelum immittere? Cur ipſe deſcendis? Certè vt quaſi proximius poſſis muſica clamo-rum delectari. Pulchrè Oleaſter, *Gaudet Domi-nus, vt lætiora faciat ſe illis clamantibus immiſcere.*

Immiſcet ſe Deus clamantibus, vt voluptatem capiat? Exod. 3. Oleaſt.

38. Parabolam amici egentis panibus Dominus ideò expoſuit, vt oſtenderet, exultare ſe, cum à clamoribus hominum excitatur. Et ipſe deintus reſpondens dicat: *Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cu-bili, non poſſum ſurgere, & dare tibi.* Luc. 11. Si tam difficile aſſurgis ô Domine, cur innuis clamori-bus inſtandum eſſe: *Et ſi ille perſeuerauerit pul-ſans, dico vobis; etſi non dabit ei ſurgens, eo quod amicus eius ſit: propter improbitatem eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Vult replicari clamores, vt diu muſicæ voluptate potiatur. Chryſologus ſerm. 39. *O quam dare vult, qui ſe inquietari taliter, taliter patitur ſuſcitari! Quam pulſanti iſte geſtiuit occurrere,* (& ſuſcitari) *qui ſic ſecreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam!*

Inſinuat ſe velle rogari, & clamoribus quaſi cogi. Luc. 11.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

IESV *fili Dauid, miſerere mei.*

Cœcus ac illiteratus homo agnoſcebat Chriſtum Dauidis Filium Meſſiam, ac Dei Filium ex operibus, quæ au-diebat eum gerere ad hominum beneficium.

Pietatis námque actiones originis auguſta proclamant.

QVæritat Chryſoſtomus, *Quis te docuit, ô homo, Chriſtum eſſe Dauidis Filium, imo Meſſiam Filium Dei? An Dominus illuminat cæ-cos?* Scio reſpondiſſe quæſtioni Cyrillum, *Non ignorabat in Iudaiſmo nutritus, Deum ſecundum carnem de progenie Dauid naſciturum. Itaque ei, vt Deo loquitur.* Admitto cæcum illum igno-raſſe Dei ex Dauidis progenie futurum natali-tium in carne. At vndénam cœcus dignouit IESVM illum eſſe Dei Filium, quem populus expectabat? Crediderim, ex fama miraculorum, ac geſtorum, doctrináque Dei Filium eſſe di-gnouiſſe. Succurrit miſeris? opitulatur afflictis? Dei Filius proculdubio eſt. Nihil enim ſic aperit originis celſitudinem, quam opera indigenti-bus exhibita. 39.

Chryſoſt. *Cyrill.*

Profectò cùm video hominem ſibi ipſi do-minantem, ſuas actiones rectè gerentem, pieta-tis cultorem, iuſtitiæ ſtudioſum: prudenter ar-guo, opera tam auguſta auguſtum planè indi-cant natalitium. Qui reliquas creaturas eduxe-rat prolatione verbi illius: *Fiat*: cum ad hominis extructionem accingitur conditor, profatur: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. Cur tam immediatè per ſe ad hominem producẽdum Dominus accedit? Ter-tullianus lib. de Reſurrect. carn. *Meritò vt fa-mula iuſſu & imperio, & ſola vocali poteſtate vni-uerſa proceſſerant. Contrà homo vt Dominus eo-rum, in hoc ab ipſo Deo extructus eſt; vt Dominus eſſe poſſet, dum fit à Domino.* Dum à Domino fit, Dominus eſt iura ſeruans ſubditis, ſuas corri-gens actiones? Ergo qui Dominus cunctis ex actionibus oſtentabitur, à Deo cognoſcetur originem docere. Chriſtus verè Dominus ſub-ditorum curat commodis attendere? ægrotis ſuccurrit, miſeros exaudit? Dominus à Domino exortus eſt; *Itaque ei, vt Deo loquitur.* 40.

Oſtenditur à Domino Dominū exortum eſſe, qui miſeris ſuccurrere geſtit. Geneſ. 1. Tertull.

Et vidimus (ait Ioannes) *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* cap. 1. Particulam *quaſi* ſic expendit Gregorius lib. 18. Moral. cap. 4. *In ſa-cro eloquio (quaſi) aliquando non pro ſimilitudine ponitur, ſed pro veritate.* Vidimus eum, & co-gnouimus eſſe Dei Filium. Vndénam Deitas originis vobis innotuit? Porrò ex pietate, qua peccatores alliciebat: ex benignitate, qua ſuc-currebat miſeris. Geſta enim huiuſmodi glo-riam originis manifeſtant. Chryſoſtomus, *Vidi-mus gloriam eius non vt Prophetæ, aut alterius ho-minibus, vel Angeli: ſed quaſi ipſius naturalis Dei Filij.* Quid vidiſtis? vndénam agnouiſtis? *Stella enim Magos vocauit, puer exultauit in vtero, fugiebant dæmones, morbi ſoluebantur, ſuſcitabantur mortui, & animæ à malitia ad vir-tutes conuertebantur.* En verum Deifici origi-nis documentum, hominibus ſuccurrere egen-tibus. 41.

Dum videmus IESVM ægrotos curare, afflictis ſubuenire, peccatores vocare, agnoſcimus eum Dei Filium. Ioan. 1. Greg. Chryſ.

Ideò cœcus memorat Chriſti & à Deo & ab homine Rege natalitium. IESV *fili Dauid miſere-re mei.* Ex quo capite Filius Dei es, & ex quo capite Regis hominis es filius, debes pietatis actionibus auguſtiſſimam originem com-mendare; te enim Deitas, & Regia dignitas ad benefaciendum impellit. Syneſius lib. de Re-gno, de Rege Theodorico fatur, *Non ab eiſdem primordiis tibi & parenti vita proceſſit; huic militia Regem conciliauit, te ad militiæ laborem Regia di-gnitas impellit.* Ergò qui te viderit, ſeu audiuerit pro defenſione ſubditorum pugnantem, te Re-gem veraciter, profitebitur. Succurrere enim 42.

Homo adductus miſeris ſuccurrendis, innuit ſe ex auguſta progenie.

egentibus

egentibus ſubditis, Regia eſt inclinatio, Regiæque originis ingenium.

43. Quoties videris hominem ſuccurrendis miſeris addictum, eum aut ex nobiliſſimo ſanguine ortum puta, aut ſaltem Dei ſe Filium oſtentare. Non dat hæreditas tam verè Regnum, quam adſcribit pietas in egentes. Fatur Sponſa, *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.* Cant. 5. Electus Rex dicitur? Quomodo electus, ſi Regnum ei adſcribendum ex iure hæreditatis? Proclamant agricolæ, *Hic eſt hæres,* Ioan. 1. Hæres quidem, quia à Patre Vnigenitus. Si hæres eſt, ſi vti hæres Regno potitur, cur electus appellatur? Certè vti electus proclamatur qui hæres exſurgit; quia ex operibus pietatis à cunctis hominibus dignus Regno aſſignatur, & Rex eſſe perhibetur. De Authemio Auguſto cecinit Sydonius Paneg. a.

Non dat hæreditas tam verè Regnū, quam adſcribit pietas in egentes.

Cant. 5.

Ioan. 5.

Sydon. Apol.

——— *Soli tibi contulit vni*

Hoc fortuna decus: quamquam te poſceret ordo:

Vt lectus Princeps magis, quam videare relictus.

Non tam à fortuna, quam ab actionibus pietate plenis erga ſubditos Authemius habuit, ab omnibus haberi Regem, non tam ex iure hæreditario, quam ex operum pietate.

44. Proclamant creaturæ Agnum occiſum. *Et vidi,* (Ioannes ait,) *& audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & benedictionem.* Apoc. 5. An non omnia hæc Dominus naturaliter habebat? Vti Filius Dei habet & virtutem, & Diuinitatem. &c. Cur ergo cuncta hæc quaſi de nouo Filio Dei adſcribuntur? Certè quia *Agnus occiſus eſt.* Licèt Angeli Chriſti originem ignorarent, licet creaturæ eum Dei Filium non cognoſcerent: videntes tamen eum tanta pietate affectum, vt pro ſubditis peccatoribus dignatus ſit occiſioni tradi: procul dubio Diuinam originem profiterentur. Opera enim huiuſmodi eſſe Deitatis documenta vel cœcus agnoſceret: *Vera lo vn ciego.* Vidit planè cœcus Ierichuntinus proclamitans, IESV *Fili David,* imo Meſſia Dei Fili, *miſerere mei.*

Licèt cælicola non agnoſcerent Agni Deitatē, ſufficere eum occiſum ad miſerorum ſalutem viuere, vt eum Deificum profiterentur.

Apoc. 5.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Ipſe verò multo magis clamabat.

Diſtulit Dominus beneficium cœco conferre, vt rurſus clamaret, & expectatius beneficium acciperet.

Eo enim beneficium gratius obuenit, quo expectatius eſt.

45. CVr non ſemel clamanti Chriſtus contulit luminum beneficium? Num diſtulit beneficium, vt rurſum rogaretur? Certè Deus licet vult gratiam conferre hominibus, vult rogari. Crediderim diſtuliſſe Dominum beneficium, vt eius magnitudo cognoſceretur. Beneficiū enim eo gratius, quo expectatius eſt. Bis ergo cœcus clamet ad Dominum, vt expectatius donum gratius accipiat. IESV *miſerere,* IESV *miſerere.*

Olim *iratus contra Iſraël Dominus tradidit eos in manus Chuſan-raſathaim Regis Meſopotamiæ, ſeruieruntque ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: Seruieruntque filij Iſraël Regi Moab decem & octo annis, & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem,* &c. Iudic. 3. Semel & iterum captiuitati vtrique addicti filij Iſraël clamauerunt, prius quam quam Dominus eos omnino ab hoſtibus liberaret: Cur citius non prouidit Iſraëlitis ſed clamorem illorum tandiu expectauit? Certè vt agnoſcerent beneficij magnitudinem. Fame populus laborabat, nec Manna reficitur niſi eum extrema fame laborantes importunis clamoribus Deum, ac Moyſem interpellarunt. Exod. 17. Poſt iteratos clamores gratius obuenit beneficium. Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 34. *Dicimus conuenienter, petitionem clamorémque eorum expectatum fuiſſe. Tunc etenim gratiſſimum videri ſolet beneficium, quando magno ardore petitur, & expectatur. Aliter animus hominis beneficij magnitudinem non cognoſcit.* Differtur cœco curatio, vt rurſum clamorem excitaret, & expectata ſanitas gratior acciperetur. 46.

Sæpè clamātibus reſpondet Deus Hebræis, vt gratius ſit donum poſt deſiderium.

Iudic. 3.

Exod. 17.

Cyrill.

Sara ſterilitate laborante Deum Abrahamus exorat, qui quidem poſt largos fletus, poſt diuturna ſuſpiria à Sara ablegat improperium. *Viſitauit Dominus Saram, concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua.* Gen. 21. Cur non peperit antè ſenectutem, votis Abrahæ Deo annuente? Ex Ennodio lib. 7. epiſt. 25. reſpondeo *Nè fides claudicet ſupplicantis deſideria differuntur. Quia denuntiat ſecutura hilaritatis geninam velox impetratio.* Spes differatur, vt quo differtur beneficium magis æſtimetur. 47.

Abrahæ replicantur clamores, vt fœcunditas Saræ gratior acciperetur.

Gen. 21.

Ennod.

Diſcipulos Dominus iubet aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Quarta autem vigilia noctis venit ad *eos ambulans ſuper mare.* At *præ timore clamauerunt.* Differtur adhuc plena à periculo liberatio, donec rurſum Petrus inclamitat: *Et clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac.* Matth. 14. Quare liberationis beneficium adeò differtur, vt non ſemel laborantis clamores exaudiantur? Reſpondet Chryſoſtomus, *Tota nocte dimittit eos fluctuare in maius ſui deſiderium.* Expectent amplius, vt amplius poſſint ex aſſecutione liberationis exultare. Quò enim expectarius munus, eò gratius obiicitur. 48.

Bis clamat Petrus ante liberationem à procella, vt dulcius guſtaſcat.

Matth. 14.

Chryſoſt.

Petierant ſedes Apoſtoli matris ex ore, queis Dominus, *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* Demum profatur, *Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Matth. 20. Ac ſi diceret, Precamini Patrem, clamate ad illum, qui hominibus præparat thronos. Quare ad Patrem remittit, vt ſede donentur, qua ipſe Dei Filius eos donare potuiſſet? Porrò vt rurſum peterent, iterum clamarent, vt impetrare poſſent. D. Baſilius de Seleuc. orat. 24. aliter ad argumentum conuenienter reſpondet, *Pater dum probat, non ſimpliciter gratificatur; expectat mores,* (imo clamores,) *noſtros, dum donum parat, non leuiter effundit gratiam, ſed munus recondit.* Non vt auferat omninò, ſed vt deſideratum, & expectatum gratius exponat. 49.

Zebedæi filij remittuntur ad Patrem, vt replicent precum clamores, & eis ſit gratior ſedes deſiderata.

Matth. 20.

Baſil. Sel.

SECTIO II.

Cæci ſanitas.

TEXTVS.

VERS. 40. STans autem IESVS, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam. 41. At ille dixit, Domine, vt videam. 42. Et IESVS dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. 43. Et confeſtim vidit: & ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Tandem ſanitate donatur cæcus, ſiſtente Domino.

1. *Stetit Ieſus.* STANS *autem* IESVS.] State fecit Solem clamoribus olim Ioſuë: State fecit Solem iuſtitiæ ſplendidiorem miſeri cæci clamor. Stetit Chriſtus, clamantem, & miſericordiam implorantem ad ſe iuſſit adduci. Attentionem ad miraculum excitandum captauit interrogans.

2. *Cæcus videt.* *Quid tibi vis faciam?* Reſpondit, *Domine, vt videam.*] Quod poſtulabat inops, verbo vno conceſſit, *Reſpice.* Ipſe dixit, & facta ſunt omnia: dixit, Fiat lux, & factum eſt oculorum lumen.

3. *Cæci fides.* *Chryſoſt.* Addit, *Fides tua te ſaluum fecit.*] Credidit enim cæcus in verum Meſſiam Doctoribus ferè omnibus atteſtantibus. Chryſoſtomus ait, *Pro fide venduntur beneficia, & ſecundum capacitatem intentionis hauritur gratia.*

4. *Cur interrogetur cæcus.* *Cyrill.* Cur autem interrogauit, quid expeteret ſibi geri, ſi Dominus callebat intentionem clamantis? Reſpondet Cyrillus, *Interrogat, vt ſciant adstantes, non illum petere pecuniam, ſed diuinam efficaciam, tanquam à Deo.* *Chryſoſt.* Et Chryſoſtomus, *Interrogat, ne calumniatores poſſent dicere, vt in cæco nato: Non eſt hic, ſed ſimilis eius.*

5. *Gratitudo cæci videntis.* *Confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum.*] Quid faceret cæcus à Chriſto repentè illuminatus? Gratias egit pro beneficio accepto, Deum magnificans, præterea tanti beneficij Auctorem ſecutus eſt. *Chryſoſt.* Chryſoſtomus, *Feruens fide ante beneficium, poſt beneficium feruet beneuolentia.* *Cur permittitur, ſequi Dominum?* Quæritat Pater, *Quare Chriſtus ſequi permiſit cæcum, qui dæmoniacum curatum ſe ſequi prohibuit?* *Chryſoſt.* Et reſpondet, *Illum miſit præconem, vt benefactorem prædicaret; hunc ſequi permiſit ad paſſionem aſcendens, ne exiſtimaret, Chriſtum potius infirmitate, quam miſericordia pati, qui recens miraculo tanto curatus eſſet. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.*] Beda, *Non ſolum pro impetrato munere lucis, ſed & pro merito fidei impetrantis*, laus Deo exhibetur. Laudes hæ miraculi adſtruunt veritatem. *Cyrill.* Nam, vt Cyrillus adnotat, *non glorificaſſet cæcus Deum*, nec plebs *Deo laudem daret, niſi cæcus vere vidiſſet.*

§. II.

Myſtica hiſtoriæ expoſitio.

6. *Quidnam cæcus, Iericho, via.* AIt D. Gregorius. *Cæcus eſt humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat noſtræ mortalitatis, cui dum appropinquat Dominus carne ſuſcepta, homines lumen recipiunt. Qui ſi credant Redemptori, qui dixit: Ego ſum via, iuxta viam ſedent; ſi exorant, vt lumen recipiant, mendicant. Turba* IESVM *præcedens, vitiorum tumultus, qui antè aduentum Chriſti ad cor noſtrum cogitationem noſtram diſſipant, & in oratione conturbant. Sed quanto grauius premimur, tanto orationi ardentius inſiſtere debemus. Tranſit Chriſtus, & ſtat; trãſire humanitatis eſt, ſtare Diuinitatis. Et tranſiens audiuit clamantem; per humanitatem enim vocibus noſtræ cæcitatis compatiendo miſertus eſt. Illuminauit vero ſtans, nempè per Diuinitatis potentiam. Cæcus non aurum, ſed lucem quæſiuit, ſic nos lucem, quam cum Angelis videre poſſumus petere debemus: ad quam via fides eſt. Vnde cæco dicitur, Fides tua te ſaluum fecit. Vidit, & ſecutus eſt; eſt enim quod intelligas, operandum.* *Turba, clamor, ſtatio, tranſitus, lux?* *Gregor.*

Ex qua mente Patris plura innuo documẽta. Primò quidem cæcus eſt peccator. Richardus Victorinus, *Cæcus eſt, qui peccare non timet; quia futura mala non præuidet: non erubeſcit prauitatem ſuam, nec expaueſcit diuinam potentiam.* Auguſtinus lib. Soliloq. cap. 33. *Ad tenebras per tenebras ambulabam.* 7. *Peccator cæcus.* *Rich. Vict.* *Auguſt.*

Sedebat cæcus. Hoc cæcorum eſt in peccato ſedere, non ilhco ſurgere, quia quam horribile ſit peccatum, non aſpicit. Barradius inquit to. 3. l. 6. c. 13. *Si irruat crudelis taurus, ſedebit cæcus, non ſurget. Cur ita? Quia taurum irruentem non cernit. Si irruit mortiferum ſcelus, ſedet cæcus, non fugit peccatum tauro crudelius.* 8. *Cæcus peccator ſedet in crimine.* *Barrad.*

Iuxta viam. Iuxta mandatorum Dei viam conſident peccatores. Ait Dominus, *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec procul poſitum, neque in cælo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum valet ad cælum aſcendere? Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Deut 30. Quam propinqua cæcis via eſt mandatorum! Sedent iuxta illam, cùm deberent percurrere cum Dauide: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Pſalm. 118. 9. *Sedet iuxta mandatorũ viam, cum currere deberet.* *Deut. 30.* *Pſalm. 118.*

Cæcus turbæ Chriſtum ſequentis excitatur ſtrepitu. Præcedentium exemplum vis excitatrix. *Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorum: Recti diligunt te.* Cant. 1. Quid non trahatur ad Chriſtum, qui rectorum meditatur exempla? Gregorius lib. 25 Mor. cap. 7. *Ne diuina præcepta nos terreant, præcedentium iuſtorum nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere nos poſſe præſumimus, quod ex noſtra infirmitate formidamus.* 10. *Exemplis præcedentiũ excitamur ad Chriſtũ ſequendum.* *Cant. 1.* *Gregor.*

Cæcus oblatam arripuit occaſionem, audiens, *quod* IESVS *tranſiret.* Nam *pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Act. 10. Non ſtat ſalus, ſed pertranſit; ſi præterlabi ſalutis occaſionem 11. *Arripienda occaſio ſalutis, quæ tranſit.* *Act. 10.*

occaſionem ſinas, fruſtra ab occipitio caluam curabis apprehendere.

12. Vocis contentione, ac replicatione lucem cœcus poſtulauit, edocens nos ardenti clamore ex affectu cordis preces profundendas Auguſtinus Conc. 29. ad Pſalm. 118. *Sine cum voce cordis, quando id opus eſt; ſiue cum ſilentio ad Deum, cum oramus: corde clamandum eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio; quæ cum eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis, & petentis affectum.*

Clamare oportet intenſè. August.

13. Increpant qui præeunt pauperem, vt taceret. Qua magnatū tepidis virtutis ſtudioſos taxant. Auguſtinus ſerm. 18. de verb. Dom. *Qui diligunt ſæculum, contradicunt: Quid inſanis? Nimius es. Nunquid alij non ſunt Chriſtiani? Iſta ſtultitia eſt, iſta dementia; & cætera talia turba clamat.* Theophylactus Matth. 20. *Hi, qui ſilentium imperant cœcis, ne clamando innocent nomen* Iesv; *ſunt perſecutores tyranni, qui attentant os Eccleſiæ obturare. Sed illa multo magis confitetur nomen Chriſti.* Bernardus ſerm. 1. de Conu. Pauli, grauiſſimè increpat eos, qui increpant accedere ad Dominum ſtudioſos. Et Gregorius hom. 2. in Euang. *Contradicit turba, nè clamemus, quia peccatorum noſtrorum phantaſmata plerumque in oratione patimur. Sed neceſſe eſt, vt vox cordis noſtri, quo durius repellitur, eo valentius inſiſtat.*

Increpãs tepidi virtutis ſtudioſos. August. Theoph. *Tyranni increpatores.* Gregor. *Alij increpatores.*

14. Denique Dominus, *Quid tibi vis, faciam?* Pauli imitator exiſteres ſatus, *Quid me vis facere?* Si cœcus non eſſes. Bernardus citat. *Heu plures habemus Euangelici illius cæci, quam Apoſtoli, imitatores. Sic multorum vſque hodie puſillanimitas, & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, Quid vis, vt faciam tibi? non ipſi quærant, Domine, quid me vis facere?* Plura Pater.

A nobis rogatur. Quid vis, &c. cum nos quærere debeamus, Quid me vis facere? Bernard.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX COECI SANITATE.

Observ. I.

Ad illa verba:

Stans autem Iesvs, *iuſsit illum adduci ad ſe.*

Cum ſtat Dominus, ſeu cum totus miſeri calamitati intendit, cœcitatem ablegauit ſubditi laborantis.

Edocet Præſules, Principes immediatè debere ſubditorum videre labores, eique muneri ſibi iniuncto ſolummodò intendere. O quot incommoda ſubditorum æternantur, quia Princeps non aſtat, & videt!

15. Particvla *ſtans* ponderanda obiicitur. Clamauit cœcus, & non fuit loco donatus; clamauit rurſus, & Dominus ſtetit, vt miſerum videre poſſet. Olim clamantibus Sodomitis Reipublicæ illud non abſtulit opprobrium, donec ſtaret, hoc eſt, donec deſcendens videret hominum nequitiam. *Deſcendam igitur, & videbo.* Gen. 19. O quanti intereſt ad Reipublicæ commodum ad ſubditorum leuamẽ, Principes ſtare, non per tranſennam calamitates ſubditorum videre; ſed ſtantes intendere clamitantibus.

Gen. 19.

16. De Othonicle legimus, *Fuitque in eo ſpiritus Domini, & iudicauit Iſraël.* Iudic. 3. Chaldæus, *Manſit ſuper eum ſpiritus Prophetiæ.* Eo afflati Præſules Septuaginta ſeniores illi, quos Moyſes elegit: *Cũ requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt.* Num. 11. ad quæ Oleaſter quærit, *Quare datur Rectoribus ſpiritus Prophetiæ?* Et reſpondet, *Vt ſcilicet futura præneſcant, & prædicent, Præcipuum munus Principũ eſt, diuinare.* Profectò crediderim aptius prophetiæ ſpiritum decere Principes, quia *Propheta eſt*, (loquor cum Adamo,) *quaſi cunctis ſtare præſentem, & videre futura.* Probus Præſul & præſens ſit & videat, ſtet apud ſubditos, videat eorum egeſtatẽ, vt ſatagat prouidere.

Prælati ſint ſpiritu prophetiæ ornati, id eſt, ſint videntes, & ſtantes vbique ad leuamen ſubditorum. Iudic. 3. Oleaſt. Adam.

17. O quot ſubditi ſine ſolatio clamant, quia Præſul non ſtat, ſed per tranſennam audit clamores! Clamabat Petri ſocrus febre preſſa, ſed ægritudo non ablegata eſt. Chriſtus inuitatur ad domum. *Stat*, & febris abſcedit. *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri, & dimiſit illam.* Luc. 4. *Tò ſtans* premendum eſt: Tranſit Dominus & gemit ægrotans: ſtat & ſanatur. Oportet conſiſtere Præſules, & ſubditorum mala quaſi manu contingere: *Tocar con las manos los males de los ſubditos.* Difficilè creditur auditui, ſi non afferit experientia; *Stans* Iesvs, *iuſſit illum adduci ad ſe. Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit eam.* Chryſologus Dominum totum intentũ ægrotæ curationi deſcribit ſerm. 8. *Christus ad quod venerat, vidit; non aſpexit qualitatem domus, non occurrentium turbas, non ſalutantium pompam, nõ familiæ concurſum, non ipſum præparationis ornatum; ſed inſpexit gemitum languentis, febrientis attendit incendium: & ſtatim manus ad opus ſuæ Deitatis extẽdit.* Tanta ne attentio neceſſaria, tanta cognitionis experimenta præcedere debent, vt Princeps manus exerat ad ægritudinis medicamen? O ſubditorum deſperata leuamina, ſiquidem Principes ſæculares nõ ſtant, non vident veſtrã ruinã, imò vix ad eorũ aures clamores dolentiũ aduentant!

Stans Dominus ſuper febricitantem, extinguit febrim, quam audiens clamores, non extinxerat. Luc. 4. Chryſol.

18. Miſeri hominis illius, qui incidit in latrones, parabolam exprimo. *Homo quidam incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.* Luc. 10. O miſerum homuncionem! quis medebitur tibi? An ſacerdotale genus, cui commiſſa eſt cura vulneratorum? *Accidit, vt Sacerdos quidã deſcenderet eadem via: & viſo illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum pertranſiit.* Non ſanant vulnera tranſeuntes, ſed ſtantes Præſules. Quid plura? *Samaritanus autẽ quidam iter faciens, venit ſecus eum, & videns eum, miſericordia motus eſt, & appropians alligauit vulnera eius.* Ibid. Tranſiens audit à longè clamores, nec ſanatur ægrotans,

Vulneratum à latronibus non ſanitate afficit Præſul audiens per tranſitũ, ſed qui ſtat iuxta illum, & videt, & contingit vulnera. Luc 10.

tans, donec ſtans Samaritanus, & videt, & appropiat, & manibus vulnera contrectat. Pulchrè Titus Boſtr. *Loco hominis ſauciati affecto, afflictóque ſeſe applicuit.* Ac ſi diceret, Nō ſolū ſtetit in loco vulnerati, ſed ipſo in vulnere ſtetit, vt totus in periculum intendere poſſet. *Et omnis mox vulnerum dolor, & ſanies è medio faceſſiuit.* Adiicit opportunè, *Verè hic enim erat, qui ibat, ſed non prætcribat.* Non prætcribat, quia ſtare dignabatur, & manibus contingere vulnera, & oculis ægritudinem ſtando, non ambulando, aſpectare. Sacerdos viſo illo, præteriuit: Leuita cum videret eum, pertranſiit. At verax Princeps ſtans videt, & tangit. *Affecto ſeſe applicuit.*

Tit. Boſtr.

19\. Ideò clamat Dauid, *Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Pſalm. 40. An deſideria ſuccurrendi inopiæ, & affectus, aut cognitio ipſa egeſtatis præmio tanto eſt muneranda? Quódnam meritum eſt intelligere, vt propter ſolam intelligentiam ſit vir ab æterno exitio liberandus. Profectò virum ſuper egenum intelligere, eſt idem ac eius miſerias non per tranſennam aſpicere, ſed ſtare vt contemplari, ac perpendere valeat. At illud ſtare, vt ponderet vir ſubditi, aut pauperis egeſtatem, idem eſt ac ei compati, idem eſt ac eius miſereri, idem eſt ac ei ſuccurrere. Quis enim ſtans videat calamitatem miſeri proximi, & non ei affectu, & effectu compatiatur. Ambroſius lib. 8. de Naboth, cap. 8. *Quis eſt, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem? Qui compatitur ei, quem aduertit conſortem eſſe naturæ.* Auſonius aiebat, *Verus compaſſionis affectus in diuite munificus eſt.* Quis enim diues verè compatitur inopi, qui non ſubleuare muneribus curet inopiam? Ergo idem eſt intelligere ſuper pauperem, ac ei compati, & cū munere ſubleuare. Hic eſt planè effectus intelligentiæ, quæ non aſpectationem per tranſennam innuit, ſed diutinam ſtationem aſſerit.

Cœleſtis beatitudo promittitur Præſuli videnti, intelligenti, ſeu intimè cognoſcenti ſubditorum incommoda.

Pſalm. 40.

Ambroſ.

Auſon.

Observat. II.

Ad illa verba:

Interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam?

Interrogat Dominus cœcum, quid à munifico Domino velit accipere. Nam licet præcipuus illius labor cœcitas erat; non omnes volunt à cœcitate liberari.

Ipſa hominum cœcitas facit eos futilia cupere, vera bona contemnere.

20\. Mirum mihi, Dominum à clamante cœco quæſiiſſe, quonam peteret bono donari, ſi cœcitas maximum illius erat incommodum. Prudens ille exiſtimabat omnibus bonis carere, qui non poterat cœli intueri lumen. Cur ergo ô Domine, quæritas, quidnā cœci clamores requirant? *Cur Dominus illud rogat?* (loquor cum Victore Antioch. ad cap. 10. Marci,) *Ne quis dicere queat, aliud Chriſtum dediſſe, aliud cœcum expetiiſſe. Nam prius vbique illorum voluntatem, & ſcopum, qui ſanitatem ambiebant, exquirere: exquiſitámque præſentibus omnibus patefacere ſolitus erat; quam ſanitatem præſtaret.* Nonne ſatius eſſet Dominum egeno, aut ægroto præſtare id, quod ei vtilius videbatur? Quid cœco vtilius lumine? Nihil prorſus; ſed quis ſcit, an cœcus cupiat lumine donari. Hæc eſt nota hominum, ſtultitia nè an improbitas? quod illud eis eſſe aſſolet in optatis, quod nec ſalutare eſt: illud autem faſtidire, quod vtilius exponitur. *Quien ſabe,* (liceat vulgaribus vti,) *ſi el hombre es cogera, y pedidira, no haciendo caſo de lo que le conuiene, lo que le ha de eſtar mal?*

Victor Ant.

Teſtor hominem miſerum apud Piſcinam reſidentem. Vidit Dominus hominem *triginta & octo annos habentem in infirmitate ſua.* At piiſſimus expetens eum ab ægritudine diuturna liberare, quærit, *Vis ſanus fieri?* Ioan. 5. Cur ô Domine ab ægroto diuturno, qui tot clamoribus profuſis, tot annis procubuſit in lecto, requiris an velit donari ſanitate? An id quæritas, ô ſapientiſſime, vt oſtendas, plerumque peccatorē ſibi noxia petere, vtilibus contemptis? Quid ſi miſer ille iam aſſuetus ægritudini ſuā non amabat ſanitatem? Audi Strabus pulchrè interrogans, *Vis ſanus fieri, accendit eum ad amorem ſanitatis, de qua iam deſperauerat.* An ſanari volebat, qui interrogatus an ſanari vellet, non directè reſpondit, *Volo ſanari*; ſed, *Hominem non habeo?* Ergo potius homine expetebat donari ad ſolitudinem ſubleuandam, quàm ſanitate. O humanam ſtultitiā, & peruerſionē! Non ſemper quis poſtulat quod vtilius, & ideò Dominus aptiſſimè cœcū, & paralyticum interrogat: *Quid tibi vis faciam? Vis ſanus fieri?*

21\. *Quærit à Paralytico Dominus, velit ne ſanari? quia communiter petimus quod noxium eſt, vtilia contemnentes.*

Ioan. 5.

Strab.

Adducunt ad Dominum aliquando Iudæi alterum cœcum, *& rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehenſa manu cœci, adduxit eum extra vicum,* &c. Marc. 8. Manus apprehenditur, vt cœcus adducatur ad accipiendum lumen? An neceſſaria violentia, cum cœci deberet proſilire voluntas? Trahitur cœcus ad ſanitatem! Anſelmus, Quid mirum, ſi *cœcus* hic *eſt peccator, qui non videt quod fuit, quod eſt, & quod erit.* Addit Beda paulatim eſſe curatum, *Vt magnitudinem humanæ cœcitatis oſtendat*, quæ quidem violenter adducitur ad illuminationem. Ergo ſi cœcus hic rogaretur, *Quid tibi vis faciam?* Proculdubio de peccatoris ingenio reſponderet. Volo hæreſcere cœcitati. Violentia illa an non huiuſmodi indicat reſponſionem.

22\. *Quaſi violenter homo trahitur ad illuminationem, quia dulcis ei cœcitas.*

Marc. 8.

Anſelm.

Beda.

Cœcitas huiuſmodi è peccato ipſo promanat. Homo enim ob crimen ſic rationi contrarius expoſitus eſt, vt ſemper eligere alliciatur, id quod ſibi noxium obiicitur. Iſidorus lib. 2. ſent. c. 38. *Qui noluit cum Deo eſſe vnitus, eſt in ſe ipſo diuiſus; & qui imperanti Deo noluit eſſe ſubditus, fit ſibimetipſi rebellis, atque contrarius: ſibique ſeruit nolens, qui Deo noluit volens.* Si *ſibimet contrarius*, ſemper ad expetenda illa inclinatur, quæ & rationi, & vtilitati contraria obiiciuntur. Aptè igitur interrogatur cœcus, *Quid tibi vis faciam?*

23\. *Ex peccato habemus inclinare ad ea, quæ noxia ſunt, appetenda.*

Iſidor.

Observat. III.

Ad illa verba:

At ille dixit, Domine, vt videam.

Prudens cœcus nil ſe expetere indicat, niſi videre Dominum.

Omnibus enim bonis fruitur, qui Iesv potitur conſpectu

Illud, *Vt videam* Græcè ſic: ἀναβλέψω *Viſum recipiam.* Addit Cyrillus, *Verum.* Quinam ve- 24.

Cyrill.

rus

rus viſus? Porrò Dominum aſpectare. Domine vt te videam, ſolum modo cupio. Hæc iuſti præcatio. Solum modò ô IESV, te aſpicere geſtio, vna enim hæc viſio me cunctis bonis opplebit.

15. Proclamat Sponſa, *Numquid, quem diligit anima mea, vidiſtis?* Cant. 3. Cur vtrum viderint, interrogat? Reſpondet acutè Gillibertus Abbas ſerm. 6. in Cant. *De viſione illorum ſe viſuram præſumit, ideò diligenter inueſtigat cuſtodum viſionem, eorum ſperans alloquio, dulcioribus affici.* Tam auguſtã habebat ſponſa de IESV viſione, ac aſpectu exiſtimationem, vt ſperaret ſe dulciſſimis ſpoliis potituram non ſolùm immediatè videndo IESVM; ſed & aſpiciẽdo eos, qui viderint Saluatorẽ. Quid præſtabit immediatè viſio, ſi radiorum reuerberatio tanta animum iucunditate repleret?

Videns eos, qui IESV conſpectu fruuntur, dulcedine officitur: quid immediatè aſpiciens IESVM. Cant 3. Gilib.

26. An ſciebat viſionis huiuſce commoda, qui tam affectuosè arborem ſcandebat, vt IESVM videret? *Ecce vir nomine Zachæus quærebat videre IESVM, & præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret illum.* Luc. 19. An nuda fruitus eſt viſione IESV? *Hodie,* (inquit Dominus,) *ſalus huic domui facta eſt.* Tota familia Zachæi ex viſione vnica IESV ſalute donatur? O aſpectus gloria! Laurentius Nouarienſ. hom. de Pœnit. *Aſcendit feſtinus arborem, & vidit. Quid vidit? Saluatorem ſæculi. Benè feſtinauit, optimè aſcendis, qui dum auidus cupit videre Saluatorem, ſalutẽ ipſam, quam ignorabat, inuenit.* Preme τὸ *Dum cupit videre.* Inuenit ne ſalutem dum videt, an dum cupit videre? Profectò tam ſalutaris eſt IESV aſpectatio, vt vel cupiens videre, antequam videat, iam ſalutari à Domino cathalogo adſcribatur: *Dum cupit videre Saluatorem, ſalutem ipſam inuenit.*

Dum cupit videre IESVM Zachæus, ſaluti donatur? Quid cum videt? Luc. 19. Laur. Nou.

27. Ideò Petrus expertus, nihil aliud ſatagebat, quam frequenti IESV potiri conſpectu. Dum poſt Dominicam reſurrectionem piſcationi addicebatur, audiens Chriſtum apud pelagi littus reſidere, *tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare.* Ioan. 21. Quo tendis Apoſtole, quo tanto periculo, properas? Certè ad vidẽdum IESVM, cuius aſpectus me à quolibet malo liberabit. An non poſt reſurrectionem iam ſæpe vidiſti? O IESV, viſio tua haud vnquam poteſt animum ſatiare. Ambroſius lib. 1. in Luc. cap. 24. *Non contentus Petrus vidiſſe, quæ viderat, repetit intuenda: & quærendi Domini amore ſuccenſus, non ſatiatur videndo. Vidit ſolus, vidit cum vndecim, vidit cum ſeptuaginta, vidit & quando Thomas credidit, vidit cum piſcaretur. Sed non vidiſſe cõtentus, impatiens deſiderij, negligens captionis, immemor periculi, vbi Dominum vidit in littore, ſerum æſtimat, ſi cum cæteris nauigio perueniret.* Vidit à longè, & vt proximius viſione frueretur, ſe periculis implicat, piſcationis lucra contemnit. Vndénam ſecurus ſe tradidit pelago? Certè iam vel à longè IESVM viderat, & conſequenter putabat omnia ei feliciſſime euẽtura: *Vbi Dominũ vidit in littore, negligens captionis, immemor periculi* oſtentatur.

Petrus ideo IESV curat ſæpe potiri aſpectu. Ioan 21. Ambroſ. *Haud periculum, vbi IESVS aſpicitur.*

28. Nec mirum exiſtimare Petrum omnia pacata, viſo IESV: Si dum hac fruimur viſione, quaſi diei æterni gloria potimur. Dauid cecinit, *Buccinate in neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.* Pſalm. 80. Dies ſolemnitatis noſtræ vocatur dies ille æternus, cuius gloria fruemur poſt tubæ vocem, Archangelo perſonante. Profectò hac quodammodo æterna gloria fruitur qui IESVM aſpectarit. Gillibertus ſerm. 18. in Cant. *Buccina tu nobis, ô bone IESV, in neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis noſtræ. Verè inſignis dies vbi tua maieſtas ſe manifeſtat. Diem dixi? Hora eſt. Hora verè inſignis, & verè ſolemnis. Eructa tu nobis IESV, æterni illius diei horas aliquas, diem illum ſtatim efficies.* Preme τὸ *Statim efficies,* id eſt, in inſtanti diem totũ æternitatis quodammodo collocabis, ſcilicet ſi tua ſe nobis maieſtas manifeſtauerit. Vides IESVM? Tibi Archangelus iam tuba cecinit, iam vocem emiſit, iam dies æternitatis inſtat, frueris beatitudinis abundantia.

Dũ fruimur viſione IESV, diei æterni gloria potimur? Pſalm 80. Gillib.

Hoc aſpectu ſponſa expetit frui, vt omnibus bonis potiatur. *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant. 1. Non petit meridiei, ſiue æterni fulgoris gloria compleri; ſed IESVM poſtulat inuenire: *Vbi cubes.* Cur addidit *in meridie?* Quia non poteſt Chriſtus inueniri, ac videri, quin ſimul videns ſponſa æterni meridiei gloria potiatur. D. Laurent. Iuſtin. lib. de Faſciſc. amoris, c. 6. *Sola dies illa deſiderabilis, ſola amabilis, in qua IESV immenſitas puro contemplatur intuitu. Iſta nempe dies illa ſublimis eſt.* 29.

Sponſa cupit IESV frui aſpectu, vt omnibus bonis potiatur. Cant. 1. Laur. Iuſt.

Id quidem ſponſæ diligenti, non delinquenti peccatori? Profectò tanta eſt huius viſionis vtilitas, vt non ſolum iuſtus, ſed & peccator bonis repleatur, dum videt IESVM. Videt Petrus poſt negationẽ trinã, *& egreſſus foras fleuit.* Matth. 26. Vidit latro dexter, & compunctus eſt. Luc 23. Ambroſius lib. de Abel, cap. 3. *Improbus quiſque Redemptorem ſuum dum ſuſcipit,* (dum videt,) *frequenter, imitatur. Certè veneratur, plerumque etiam diligit.* Quis adeò flagitioſus, cui IESV viſio non proficiat? 30.

Vel peccator compũgitur, viſo IESV. Matth. 26. Luc 23. Ambroſ.

OBSERV. IV.

Ad illa verba:

Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum.

Cœcus ſanitate donatus, illico curat ſequi Saluatorem.

Nam ſi veraciter peccator à cæcitate ſurgit, mox via incedens ſalutari Chriſtum ſequitur, eius præceptis obtemperans.

Ait appoſitè Euſebius Emiſſ. *Cæci non ſequuntur IESVM; illi eum ſequuntur, qui illuminati ſunt.* Ergò qui poſt confeſſionẽ criminis, IESVM non ſequitur, ſignum exhibet cæcitatis. Non veraciter eſt à cæcitate liberatus. At qui poſt confeſſionem mox curat virtutis opera exponere, indicat ſe verè à cæcitate priſtina liberatum; quia *cæci non ſequuntur* IESVM. 31.

Euſeb. Emiſſen.

Cupiebat Zachæus Chriſtum videre. *Ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorũ, & ipſe diues, & quærebat videre* IESVM. Luc. 19. An quæreret rurſum videre, quem iam ſemel vidiſſet: quemadmodum de Petro aſſerebam expetiiſſe ſæpiſſimè IESV potiri conſpectu? Exiſtimo adhuc Zachæum IESVM, (ſtudiosè quidem,) nõ vidiſſe; quia diues nũc erat, & publicanorum princeps. At ſi IESVM vidiſſet, quonammodo poſſet eum illicò non ſequi, & diuitias contemnere, & publicanorum renunciare ſocietati? Bellè Titus Boſtrenſ. *Nunquam Zachæus* IESVM *viderat; ſi enim vidiſſet, iam dudum receſſiſſet à nequitia publicana.* Agnata etenim IESV ſequela eius dulciſſimæ cognitioni, ac viſioni. 32.

Si Zachæus IESVM vidiſſet, iam receſſiſſet à nequitia publicana. Luc 19. Titus Boſt.

Cupiebat Moyſes Chriſti Dei Filij viſione 33.

donari,

bumanitate aſſumpta ſuper Angelos aſceodiſſet. Igitut potitur throno, Angelis ſuperior efficitur, Rex cœlotum aſſurgit ob gratiæ præſtantiam, ob operum excellentiam. *Excelſum ſolium* (ait Cardinalis) *Angelicam naturam intellige. Super hanc ſedet, & ſuperuehitur Filius Virginis, quia etſi melior eſt Angelorum natura, fortior eſt gratia: ſi magna dignitas, maior Dei Patris voluntas.* Cui ſcilicet Chriſtus ſtuduit ſubiacere: *Sed qui fecerit voluntatem Patris.*

43. *Si voluntatem Patris geſſeris, Regno donaueris.* Pſalm.17. Damian.

Canit Pſaltes, *& aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* Pſalm.17. Aſcendit vtique Rex ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Nuin poterimus & Reges aſcendere? Ita planè, ſi Chriſti æmulatores Patris voluntatem impleamus. Damianus 52. opuſ. de bono Relig. ſtat. *Aſcendit Chriſtus ſuper Cherubim. Et nobis pro modulo noſtro pennæ ſunt inſitæ, virtutes ſcilicet ſpiritnales, quibus ſi viriliter vtimur, ad Regna cæleſtia ſubleuamur.*

44. *Throno potimur, ſi Pater regnet in nobis, dum eius voluntati litamus obſequium.* Dan. 7. Rupert.

Daniel adhæc, *Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit.* cap.7. Quomodo throni multi, & ſeſſor vnus? Certè plures ſancti regnant in cœlo, ſed vnus Pater cœleſtis regnat io omoibus; quia vt regoent Diui oeceſſario Patris ditioni debent ſubiacere. Rupertus, *Throni plures poſiti ſunt, & Antiquus dierum id eſt, Pater ſedit, Throni plures plures ſunt ſancti Reges cælorum, quorum in cordibus ille Antiquus dierum ſedit. Thronus eius Abraham, Thronus eius David*, &c. Ac ſi diceret. Nullus Diuus cœleſti Regno potitus eſt, qui terricola non pararet Patri thronum io corde, dum eius voluotati litauit obſequium. An non Abraham Patris voluntati, ac imperio difficili ſubiacuit? Ao noo Dauid iuxta Patris æterni cor omnes eius expleuit voluntates? Regoo cœleſti fruuntur, quia Patris voluntatem impleuere.

45. *Regnum datur filiis Zebedæi non quia proclamant, Frater, Frater: Sed quia calicẽ epotãt Patris voluntati ſubiacet.* Matth.20. Matth.26. Euthym.

Apoſtoli Zebedæi filij Chriſti fratres, hoc titulo, id eſt, propinquitatis iure expetunt Regni cœleſtis præcipuis donari thronis. *Dic vt ſedeant* (Mater ait) *hi duo filij mei vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo.* Queis Dominus, *Neſcitis quid pietatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Poſſumus*, &c. Matth.20. Petiuis cœleſti Regno adſcribi proclamantes: *Frater, Frater*, quaſi *Domine, Domine.* Non datur Regnum oiſi Patris implenti voluntatem. Cum calix apud hortum mihi hauriendus offeratur, ioclamaturus ſum, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Sed non mea, ſed tua voluntas fiat.* Matth.26. ſi vultis Regno addici cœleſti; meum calicem epotate, id eſt, circa labores ſubeuodos Patris mei voluntati ſubiacete. Regnum enim dandum iis, *quibus paratum eſt à Patre meo.* Paratum autem eis, qui eius geſſerint voluntatem. Euthymius, *Nam quia gratis ſibi dari Regnum petebant*, vti propinquis, *Frater Frater. Non eſt, inquit, meum dare gratis primatum, ſiue Regiam cæleſtem ſedem: ſed hoc eſt illorum, quibus paratum eſt à Patre meo.* Paratum eſt autem iis, qui digoi ſunt, vt hoc conſequantur. Quia ſcilicet Patris impleuere voluntatem.

46. *Regnum hoc virtutis præmium; quid cæleſte?* Iſidor. Peluſ.

Iudas ortu quartus Iacobi filius, Regni faſtigium nactus eſt, ex quo Ruben ioſando corruit ſcelere. Vndenam Regoum Iudæ? Iſidorus Peluſ. lib.2. Epiſt.48. *Etenim qui ex Leui ortum trahebant, ſacerdotij munere fungebantur, qui autem à Iuda ducebant genus Regnum gerebant, non ſorteito, ac fortuiter, quam in virtutis præmium, iſtud capientes.* Si *iſtud* Regnum capitur in præmium virtutis: an *illud* Regnum ſine virtutibus capietur? Igitur non Leui filij clamitent, Sacerdos, Sacerdos, ſed Patris implere curent voluntatem. Virtutibus eoim cœleſtia Regna præparantur.

LIBER

LIBER DVODECIMVS.

IESVS FVTVRAM PASSIONEM DISCIPVLIS PRÆSENTAT.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput decimum octauum Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Ieſum Prophetantem.

PROLVSIO.

CVM iam tempus appropinquaret, Paſchate in proximo, ſubeundæ paſſionis, Diſcipulis Duodecim ſeorſum acceptis apertè vniuerſa prædicit, quæ de ſua paſſione, morte, & Reſurrectione erāt obuentura. *Tradetur enim*, ait, *gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquam flagellauerint, occident eum. Et tertia die reſurget*, ſcilicet ad peccatorum, à quibus, tot iniuriis affectus eſt, viuificationem; pro quibus Cruci ſuffixus Patrem exorauerat: *Ignoſce illis.* Vndenam tanta Domino tot iniuriis acto manſuetudo? Crediderim è Mariæ vberibus. *Aſcendam*, inquit Chriſtus, *in palmam: tunc erunt duo vbera tua ſicut botri vineæ.* Cant. 8. lib. 5. dedi Richardum ſub eodem prætextu huiuſce loci expoſitorem. Addit pulchrè ad hoc argumentũ lib. 5. de laud. Virg. *Comparantur vbera Virginis, botris vineæ; ex vberibus enim exprimitur lac, & ex botris vinum, quod hominem lætificat, & inebriat, & facit obliuioſum & facilem ad condonandum irrogatas ſibi iniurias, & largum ad danda grandia. Omninò ſiquidem, in hunc modum lac, quod ſancta labia Domini expreſſerunt, & traxerunt à maternis vberibus, ipſum delectauit, & ſcandentem palmam Crucis quadam inenarrabili dulcedine inebriauit, nè recordaretur de cætero, ſed facile nobis Crucifixoribus condonaret irrogatas ſibi iniurias, & largiter nobis daret gratias & virtutes in præſenti, & in futuro gloriam ſempiternam.*

Ligni vitæ, ſeu Ieſu prophetantis. FRVCTVS DVODECIMVS.

Cant. 8. Ricard. Laurent.

LVCAS CAP. XVIII.

VERS. 31. ASSVMPSIT autem IESVS duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.

32. Tradetur enim Gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur.

33. Et poſtquam flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget.

34. Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis: & non intelligebant, quæ dicebantur.

35. Factum eſt autem cum appinquaret Iericho, cœcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans.

36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet.

37. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus tranſiret.

38. Et clamauit, dicens: IESV fili Dauid miſerere mei.

PARAPHRASIS.

31. *DVodecim itaque Dominus ſecum aſſumpſit Apoſtolos, quos nihil eorum, quæ gerebantur pro hominum ſalute ignorare oportebat. Ecce, inquit, aſcendimus Ieroſolymam, ac perficientur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis. Sciebat eos vehementer perturbandos morte Domini ſui, eoque crebrius ſermonem hunc inculcat vt paulatim ferre aſſueſcant, à cuius mentione prorſus eorum aures abhorrebant.*

32. *Tradendus eſt enim, adiicit, Gentibus, & ab illis illuſionibus, flagellis, & probris vulnerabitur. Quis crederet conſpuendum, in quo expetunt Angeli proſpicere.*

33. *Poſtquam autem flagellauerint eum, & omne probrorum genus ediderint, occident denique; ſed ille die tertia reſurget. Verum hic ſermo, quoniam ingratus erat, Apoſtolorum non deſcendit in animos.*

34. *Non enim percipere poterant myſterium Crucis. Nec libebat credere morte violenta hominem tam charum periturum: nec ſibi poterant perſuadere ab impiis hominibus occidendum, qui tam admirandis factis polleret, qui toties è manibus impetentium eſſet elapſus. Satius ducebant eſſe omnino non mori, quam poſt mortem vitæ reſtitui.*

35. *Accidit autem, vt cum Ieſus iter faciens Ieroſolymam, non procul eſſet à Iericho: cæcus quidam ſederet iuxta viam publicam mendicans. Ecce in vno cæco forma proponitur, quo pacto à multis poſſit tolli animi cæcitas.*

36. *Is cum ex ſtrepitu vocum, ac pedum deprehenderet, magnam copiam hominum prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet rei (eſt hoc genus eo curioſius, quod oculis careat.)*

37. *Reſponſum eſt ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.*

38. *Ille protinus ex his, quæ de* IESV *audierat, concepta fiducia, clamabat dicens;* IESV *fili Dauid, miſerere mei. Addidit improbitati blandimentum, idque ſatis ex more mendicorum.*

39. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret; ipſe verò multo magis clamabat, fili Dauid, miſere mei.

39. Profectò turba, quæ IESVM *praecedebat, increpat cæcum, eum iubens obticeſcere, ſuſpicans eum eleemoſynum vulgarem poſtulare. Cæcus autem, quo magis obſtrepebat turba, tanto vehementius clamitabat, eadem iterans:* IESV *fili Dauid, miſerere mei.*

40. Stans autem IESVS, iuſſit eum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens, quid tibi vis faciam?

40. IESVS *autem, qui ſemel atque iterum vociferantem diſsimularat, vt euidentiorem redderet hominis fiducium: tandem ſtetit, iuſsítque cæcum ad ſe adduci, vt omnium oculos ad miraculi conſiderationem prouocaret. Cum autem veniſſet ille ad* IESVM, *Dominus illum interrogauit: Quid vis, vt faciam tibi? Non ignorabat, quid optaret cæcus: ſed mali confeſsionem exigebat, vt euidentius eſſet miraculum.*

41. At ille dixit, Domine, vt videam.

41. Cæcus autem magna cum fiducia dixit: Domine, fac vt viſum recipiam. Tribus verbis petit à Domino quod ab homine nec multis praſtari poterat.

42. Et IESVS dixit illi, Reſpice, fides tua te ſaluum fecit.

42. IESVS *autem expedita illius fiducia reſpondens, verbo reddidit oculos, dicens: Recipito viſum. Fides tua te ſaluum fecit. Fide conſpexerat* IESVM, *prius quam corporis oculis aſpectaret.*

43. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum, magnificans Deum, Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

43. Haud diu cæcus eſſe poterat, quiſquis ad fontem omnis lucis acceſſerat. Mox enim vt dixit IESVS, *Aſpice, vidit, & ex mendico factus eſt* IESV *ſectator, ac diuina præco bonitatis. Quin & populus, conſpecto tam inſigni miraculo, laudes conditori, ac reformatori hominis litauit.*

SECTIO PRIMA.

COECI CLAMORES.

TEXTVS.

VERS. 31. ASſumpſit autem IESVS, &c. 35. Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho, cœcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. 36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interogabat, quid hoc eſſet. 37. Dixerunt autem, quod IESVS Nazarenus tranſiret. 38. Et clamauit dicens: IESV fili Dauid, miſerere mei. 39. Et qui præibant increpabant eum, vt taceret; ipſe verò multo magis clamabat, Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

An vna ſit trium Euangeliſtarum Hiſtoria?

1. *Cur in præſenti de cæci miraculo?* DE colloquio IESV cũ Diſcipulis duodecim, præter ea quæ in Paraphraſi innuimus, iam latè egimus lib. 5. Matthæum exponentes. Hiſtoriam autem Ierichuntini cæci ideò à volumine Miraculorum Chriſti ſegregauimus, quia ad ſectionem hanc Euangelicam pertinebat, quæ Domini prophetiam futuræ Paſſionis celebrabat.

2. *An tres diuerſæ hiſtoriæ?* Euthym. Celebris quæſtio voluitur ab Interpretibus, an eadem ſit hiſtoria, quæ hîc à Luca, & quæ à Matthæo cap. 20. & Marco cap. 10. narratur? Sunt, qui tres diuerſas hiſtorias eſſe putant. Probat Euthymius, quia Matthæus duos cæcos eſſe dixit, Marcus, & Lucas vnum. Et Marcus adnotat, cæcum illum, quem curatum eſſe dicit, veſtimentum ſuum proieciſſe, vt proſiliret expeditus ad Chriſtum; quod alij non ſcripſere.

3. *Qui duas hiſtorias eſſe credant.* August. & alij. Alij autem duas hiſtorias eſſe credunt, vt Auguſtinus lib. de conſ. c. 65. Beda, Strabus, & Lyran. Eam, quam Matthæus, & Marcus ſcribunt, vnam aſſerunt eſſe; quam autem noſter Lucas, eſſe diuerſam; quia Matthæus, & Marcus affirmant, id factum eſſe, cum Chriſtus ab Iericho egrederetur; Lucas verò cum appropinquaret. Quod videtur eis adeò eſſe contrarium, vt idem miraculum eſſe poſſe non videatur.

4. *Vnica mihi hiſtoria.* Theophyl. Maldon. Aſt ego cum Theophylacto, Maldonato, & aliis exiſtimo vnam tantum hiſtoriam à tribus Euangeliſtis expreſſam. Allicior, quia omnia ſunt adeò ſimilia, vt non videantur diuerſa eſſe poſſe miracula. Omnes aſſerunt, id in ea profectione vltima, qua Chriſtus vt moreretur à Galilæa in Ieruſalẽ venit, accidiſſe; omnes in eodẽ loco propè Iericho; omnes cæcum, aut cæcos, qui curati ſunt, iuxta viã ſediſſe, qua præteribat Dominus; omnes eiſdem verbis, IESV *Fili David miſerere mei*, inclamitaſſe; omnes à turba iuſſos eſſe tacere; omnes vehementius clamaſſe; omnes ſtitiſſe Chriſtum, & cæcos ad ſe vocitaſſe; omnes rogaſſe Dominum cæcos, Quid vultis, vt faciam vobis? An potuerunt in diuerſis hiſtoriis multa exiſtere tam ſimilia?

5. *Primæ obiectioni ſatis.* August. Obiicis, Matthæum duos, Lucam autem, & Marcũ vnum tantum cæcum commemoraſſe. Reſpondeo cum Auguſt. duos quidem fuiſſe, vt Matthæus ſcribit; ſed ex iis vnum nobiliorem, & vulgo magis celebrem; ideoque illius tantum Lucam, ac Marcum geſſiſſe mentionem. Hanc coniecturam Marcus confirmat exprimens nomen cæci, & patris illius, quaſi homo eſſet vulgo omnibus notus. Vocat quippe Barthimæum filium Timæi. Roboro ex Matthæo ſcribente, duo à Chriſto dæmoniacos in Regione Geraſenorum curatos, cap. 8. cum Lucas, & Marcus vnius tantum meminerint.

Quomodo autem Matthæus & Marcus id aſſerunt contigiſſe, cum Chriſtus ab Iericho egrederetur: Lucas verò noſter, cũ appropinquaret? 6. *Secundæ obiectioni reſpondeo.* Porro cum Maldonato exiſtimarim, cæcum illum nobiliorem, de quo Lucas, & Marcus ſcribunt, tum cũ Chriſtus ad vrbẽ appropinquaret, ſediſſe ſecus viam, & ad prætereuntem Chriſtũ, acclamaſſe IESV *fili David, miſerere mei*: Chriſtũ verò tũc curare eũ noluiſſe, vt paulo poſt duos ſimul donaret ſanitate. Cæcus ergo iterũ viam obſedit, qua ſciebat Chriſtum exiturum; & iterũ vna cum altero cæco iiſdem verbis clamauit. Tunc à Domino vocati, ac curati ſunt. At quia non omnia Euangeliſtæ narrant, Matthæum, & Marcũ adnotaſſe reor id factum fuiſſe, cũ Chriſtus egrederetur, Lucã verò cũ appropinquaret.

Quid quod Marcus affirmat, cæcum cum vidiſſet, ſe à Chriſto vocari, abiecta veſte accurriſſe: quodq; Matthæus dixit, Chriſtum cæcorum oculos tetigiſſe, quod alij Euangeliſtæ præterierẽ? 7. *Tertiam obiectionẽ infirmo.* Certè ſæpe vnus Euãgeliſta vnã facti circũſtãtiam declarat, quã alij aſſolent prætermittere.

§. II.

Hiſtoriam expendo.

FActum eſt autem, cum appropinquaret Iericho.] 8. *De Iericho.* Ex Regione, quæ trans Iordanem eſt, tranſito Iordane, Dominus petiit Ieroſolymã: & iniit ciuitatem Iericho, quæ illo aderat in itinere. Maldon. ait, *Erat Iericho in via, cum ex Galilæa Ieroſolymam propter flumium Iordanis veniebatur.* Maldon.

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mẽdicans, &c.] 9. *De cæco.* Secus viam id eſt iuxta viam mendicus ſedebat. Cæcus erat, & mendicus, oculis captus, non auribus; hominum multitudinem, quæ Chriſtum comitabatur, non vidit, voces tamen audiuit, & ſtrepitum. Quidnam hoc eſſet, interrogauit. Reſponſum ei: IESVM Nazarenum illac tranſire. Id vbi agnouit, magnis clamoribus illius miſericordiam cœpit implorare; profatus:

IESV *fili David miſerere mei.*] 10. *De clamore.* Cur Dauidis filium appellauit? Ac ſi diceret, Meſſia. Quare autem ita Chriſtus appellaretur ab iis præſertim, qui aliquod ab eo beneficium poſtulabant? Quia filius Dauidis Meſſias expectabatur, vt omnibus egentibus ſubueniret.

Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret.] 11. *De increpatione.* Non quidem impiè, atque malignè; ſed amanter, ac officiosè id piam turbam feciſſe exiſtimo; ne homines abiecti Chriſto obſtrependo moleſti eſſent. Sic Auctor Imperfecti, & Euthym.

Ipſe verò multo magis clamabat, IESV, &c.] 12. *De clamantis inſtãtia.* An ſciebat Dominum velle rogari? Verum vt ignis oleo, ſic increpatione cæci clamor incendebatur: vt de mendici ingenio tandem propter improbitatem audiri conſequeretur.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS

CIRCA LITERAM.

EX COECI CLAMORIBVS.

OBSERV.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat, &c.

Ideò cœcus illuminatur, quia in Iericho mundi defectus experitur.

Mundi enim defectus efficit humanos oculos illuminari, & aperiri, vt deſpiciant eum.

13. Gregor.

MYSTICE fatur D. Gregorius, *Cæcus eſt humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat huius mortalitatis. Hic cæci homines lumen recipiunt.* Quis enim non oculos aperiat, ad ablegandam priſtinam cœcitatem, dum eorum, quæ diligit contemplatur, & experitur defectus?

14. *Dum ſeculi deficit nobis ſplendor, cæcitatem priſtinã ablegamus.* Luc. 23. Iſaias Abb.

Sol periit tibi, ſiue abundantia defecit; Luna, ſeu defectus mundialis obiicitur; præcedunt defectus tenebræ, vt lux vera tua lumina accendat, & ex cœco videns exurgas. *Tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, & obſcuratus eſt Sol. Et clamans voce magna* IESVS, *ait: Pater, in manus tuas,* &c. *Et hæc dicens expirauit.* Luc. 23. Vbi Iſaias Abbas orat. 3. *Quod autem Sole obſcurato, Dominus emiſit ſpiritum, intellige, tunc in te mortuum eſſe peccatum cæcitate ablegata, cum fulgor rerum, quæ in hoc mundo cernuntur, in animo tuo deficit.* Perpendens enim animus mundialium bonorum defectus, pereuntéſque voluptates, ex hiſce tenebris colligit lucem, ad priſtinam cœcitatem ablegandam.

15. *Cum cadimus ab ſtatu mundiali priſtino, viſum ſpiritualem recuperamus.* Gen. 49. Ambroſ.

Fatur Iacob, *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Gen. 49. Ad quæ D. Ambroſius Pſ. 40. Ceraſtem aſſerit mundi bona, quæ ſua falſitate, & defectu equitẽ faciunt corruere retrò: oculos claudit terrenis, quæ retro relinquit, & cœleſtia cogitur aſpectare. *Cadet eques retrorſum ſalutem expectans à Domino, hoc eſt vt oculos à cæleſtibus non auertat.* Vndénam cœco medicina? Quia terrena defecere, ſuæque inanitatis dedere documenta, dum mundiali homo excideret ab ſtatu. Haud aliter Saulus cœcus mundo, oculos Deo aperuit, cum excidens ex equo, vero eſt lumine donatus. *Que el defecto del mundo hace caer a los hombres en la cuenta*, ſi vulgariter expendere liceat.

16. *Cum perefit, & deſiite, quæ in ſeculo diligebamus, è cæcitate briſamur.* Exod. 12. Mach.

In Ægypto mundiali quid niſi tenebræ? quid niſi nox? Ab huiuſmodi cœcitate animus abſtrahitur, cum à mundiali cadit ſpe, cum deficere temporaria bona contemplatur Lunæ inſtar. *Nox iſta eſt obſeruabilis Domino, quando eduxit eos de terra Ægypti.* Exod. 12. Legit D. Machatius, *Hæc eſt nox, in qua pollicitus eſt Deus ſe redempturum nos.* In quo agnouit noctem illam futuram eorum ſalutis initium? Sub illa nocte cuncti Ægypti mundialis defectus apparuere. Moriuntur primogenita, omnis voluptas Ægyptiorum terminabatur. Cum igitur Luna deficientis ſeculi apparet, redemptio paratur. *Egreſſi ſunt* (fatur Diuus hom. 47.) *ex Ægypto, quan-*

Moyſes: Hæc eſt nox, in qua pollicitus eſt Deus, ſe illuminaturum, & redempturum nos. Noſtra enim cœcitas ablegatur, cum mundialia deficientia reſpicimus.

17. *Defectuum mũdialium nox, eſt illuminatio humana cæcitatis.* Pſal. 38. Hilar.

Premo carmen Dauidicum, *Nox illuminatio mea in deliciis meis.* Pſal. 38. Nox illa apud Ægyptum mundialem meam cœcitatem ſignabat. At iam eſt illuminatio cœcitatis meæ in deliciis meis, meis in primogenitis pereuntibus. Hilarius, *In his paſſionis delectamentis, & deliciis deficientibus*, pereuntibus, *nox illi illuminatio eſt.* Id eſt, lux oritur quodammodo ex priſtina cœcitate, dum deliciatum (ex quibus cœcitas) defectus, nos efficit oculos aperire.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans.

Cœcus ille, id eſt genus humanum mendicans obiicitur apud Iericho, id eſt, mundialium bonorum defectu.

Quia tam mendax, tam fugax mundi proſperitas, vt faciat vel poſſeſſores ſemper mendicitate, ac inopia laborare.

ADhuc premo myſticam Gregorij interpretationem: *Cæcus humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat huius mortalitatis.* Cœcus ergo ille, ſeu genus humanum mendicans obiicitur, dum apud Iericho, ſiue Lunam, ſcilicet mundi deficientẽ, ac fugacem proſperitatem commoratur. Quis Lunam aſpiciens plenam, non ſibi perſuadeat, quid ſtabile, ac æternum oſtendi? At verè deficiens pulchritudo. 18. Gregor.

19. *Cuncta mũdi bona ſunt vti Luna, aſpectu ſtabilia; ſed tunc deſtabilia.* Nazianz.

D. Gregorij Nazianz. orat. 2. Theol. ſententiam excogitationis fundamen apponam. *Homines rebus in aſpectum cadentibus aciem affigunt, eaſque & egregia ſtabilitate præditas eſſe, & progredi: atque immotè (vt ita dicam) moueri, voluíque conſpiciunt.* Ac ſi diceret, hominibus cuncta mũdialia vti Luna obiiciuntur. Videntur res immotæ, ſtabiléſque futuræ: ſed immotè mouentur; quia nulla vera ſtabilitate firmantur. Res mundialis eſt: ad Lunæ pertinet ditionem? Apparebit quidem prædicta ſtabilitate; ſed cordato aſpicienti immotè moueri, ac volui oſtentabitur. Maior enim mundialium rerum ſtabilitas cum volubilitate coniuncta eſt.

20. *Cum aqua voluptatum & mũdi felicitatem placet, tunc labitur ſimul, ac fugit.* Ioan. 4. Caſſiod.

Aquæ Dominus mundi delicias, creata bona comparauit. *Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum.* Ioan. 4. Si iugiter aqua voluptatum fluit, & fœmina illa *bibit ſicut aquam iniquitatem*, poſt quinque viros, quorum illicitè fuerat tradita ſocietati: quonammodo à Domino rurſus ſitiens aſſeritur? Certè quia voluptates dum placent elabuntur; quia illarum eſſentia eſt præterlabi, dum epotantur. Pulchrè Caſſiodorus lib. 8. variar. epiſt. 30 *Gratiam vnda non habet, niſi iugiter influit, & viſa ſemper abſcedit. Illa enim, quæ pulchrè viuis exercitata ridet, quam deformis eſt in lacunis.* Tunc itaque mundi bona delectant

delectare poſſunt? Delectantur cœci apud Iericho, & ſimul mendicant, quia bonis iis delectantur, quorum eſſentia eſt fluendo, ac fugiendo placere.

21. Vt autem iuxta cœci illius deſiderium (cupit enim luce donari) obiiciam voluptatum ſeculi ſimulachrum: lucis expendo creationem. *Dixitque Deus. Fiat lux, & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona*, Geneſ. 1. *Bona* id eſt, (loquor cum ingenioſo Societatis Interprete) *grata, vtilis, iucunda, delectabilis.* D. Hieronymus, *Lux humana felicitatis ſymbolum eſt.* Quid luci cum humana felicitate? Vidiſti ſolem emicantem, terram radiis complentem, iucundiſſimum oculis? Tranſeundo lucet, peruolando placet. Lux oſtentatur matutina, creſcit vſque in perfectum diem; ſed incrementa illa, quæ placent aſpicientibus, fugiendo efformantur. Ait Baruch, *Qui emittit lumen, & vadit. Stellæ vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt ei cum iucunditate*, cap. 3. Lumen emittitur, & vadit. Sol, Luna, & Stellæ vocantur, & lucendo veniunt, & lucendo vadunt, & placentes præteruolant, & abſconduntur? O pulchrum fælicitatis humanæ ſimulachrum! Dum enim bona mundialia delectant, progrediuntur, ac præteruolant.

Luna, & Stellæ ſymbolum felicitatis humanæ, eo ipſo præteruolant, & abſconduntur. Geneſ. 1. Hieron. Baruch 3.

22. Tribus Iuda ſors ſic deſcripta obiicitur: *Ab oriente verò erit initium mare ſalſiſſimum vſque ad extrema Iordanis; & ea, quæ reſpiciunt ad Aquilonem, à lingua maris vſque ad eundem Iordanis fluuium: tranſitque aquas, quæ vocantur fons ſolis.* Ioſ. 15. Vbi Procopius, *Oportet ergo omnem, qui vult introire in partem filiorum Iuda, tranſire prius mare ſalſum, id eſt mundi huius vndas, & turbines ſuperare: & omnia huius mundi euadere, quæ pro ſui incerto, & lubrico marinis fluctibus comparantur; vt poſſit ad Iuda terram peruenire, & ad fontem ſolis iuſtitiæ, qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & poſtea ciuitatem ſolis iuſtitiæ inuenire. Eſt enim & in Ægypto ciuitas ſolis.* O quam alia! Fontis Ægyptij, ſeu mundi aquæ lucidæ quidem aſpectu, non ſaliunt in vitam, vt eius ſint æternæ voluptates; ſed præteruolant in interitum; quia tota earum voluptas cum fugacitate coniuncta eſt.

Fons Solis iuſtitiæ ſalit in æternitatē, fons ſolis Ægypti mundialis, dum placet, fugit in interitum. Ioſ. 15. Procop.

23. Aſſeruit Ceruarienſis verbo *Sol.* Luminaria cœleſtia pulchrum eſſe rerum caducarum, fluxarumque ſymbolum voluptatum, quia prætereundo delectant. An non voluptatum eſſentia, perire? Euſebius Emiſſ. hom. 3. de Paſch. *Fecit quiſque peccatum, vt aliquam corporalem caperet voluptatem: remanet, quod damnat; præterit, quod delectat. Conſummata iniquitas permanet, voluptas fugitiua pertranſit.* O ſagittæ volatus, potius quam voluptatis!

Fugax eſt, quod delectat: remanet quod vulnerat ex peccato. Ceruarien. Euſeb. Emiſ.

24. Si quando ſtabilem aliquam mundi fælicitatem vidiſti, exiſtima te ſomno illigari; ſomniaſti planè, non vidiſti. Teſtor Ioſephum profantem, *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare me.* Gen. 37. Vbi Interpretes aſſerūt huiuſmodi in luminarium cœleſtium adoratione Ioſephi in Ægypto futuram fælicitatem fuiſſe expreſſam. O fælicitatis humanæ fugacitas, & inanitas! Haud verus Sol, & Luna, ſed *quaſi.* Somniatam fælicitatem reputa; illæ etenim actiones non poſſunt verificari. Quare, precor? *Vidi, ait, Stellas vndecim adorare me.* An non vt adorent ſydera Ioſephum, debent ſaltem paululum immorari, & detineri? Ergo ſomnium eſt. Quonammodo enim veraciter poſſet humana fælicitas non per inſtantia ſingula fugitare?

Si aliquid tibi viſum ſtabile in felicitate mundiali, exiſtima ſomnij eſſe ludibria. Gen. 37.

25. Conſtitit aliquando vere fælicitas? O miraculum! Affirmat Oleaſter adorationem illam Solis, Lunæ, ac ſyderum reliquorum figuratam quidem fuiſſe in ſomno Ioſephi, perfectam autem Ioſue temporibus. *Steteruntque Sol, & Luna, & Stellæ.* cap. 10. *Hebræorum*, (inquit ad Geneſ. 37.) *aliqui dicunt, quod licet pater, & mater non adorauerint eum in perſonis propriis: voluiſſe tamen Dominum (vt verificaretur ſomnium) poſtea ipſum Solem & Lunam, non ipſum Ioſeph, ſed Ioſue (qui fuit de Tribu eius) adoraſſe. Stetit itaque Sol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.* Ibid. En miraculum, Solem, ac Lunam ſtetiſſe, vt adorarent Ioſue, & occumbere vnius diei ſpatio non feſtinaſſe. Ergo ſi ſtat aliquando felicitas, miraculum eſt: vel ſi non eſt miraculum, ſomnium eſt, & apparentia. Quam ſtulti *qui fugientem ſequimur mundum* (clamat Chryſologus ſerm. 167.) *Quid eſt, quod permanſura non ambiunt, qui ambiunt tranſitura?*

Miraculum eſt, felicitatem mundi aliquid vel breuiſſima ſtabilitatem haberet. Ioſ. 10. Oleaſt. Chryſol.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et clamauit dicens, Iesv fili Dauid, miſerere mei.

Qui in Iericho, id eſt, in mundi defectibus ſemper mendicus commoratur, orationis vi cœleſtia bona ſatagit impetrare, vt diues eſſet.

Orationi omnia patent, etiam impoſſibilia quaſi incipiunt eſſe neceſſaria.

26. APtè ex Gregorij ſententia genus humanum in cœco ſignatur in mendico; omnes enim homines videntur mendicare. Voluptates, honores, diuitias vniuerſi ambiunt: à cibo, à pecunia, ab ſpectaculo, ab agro, à veſte, à tecto, ab ædibus, à mercatura, à cœlo, à pelago, à terra, à ventis omnes homines ſubſidia poſtulant; & vacuis manibus in mendicitate commorantur. Profectò cœcus apud Iericho, ſeu Luna omni laborans defectu, curat cunctis oppleri bonis; vnde ad vim precum accurrit, quæ diuites efficiunt inclamatores.

Greg.

27. Inops clamat ſponſa, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. *Hæc pauperis oratio*, ait Laurentinus Richard. Mox paupercula cœleſti fruitur abundantia. *Quia meliora ſunt vbera tua vino, Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Ibid. Ebriari ſponſam, idem eſt, ac cunctis potiri diuitiis, cœleſtibuſque voluptatibus. Bern. ſerm. 7. in Cant. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Ipſum, quem amat quærit: non aliud quidquam ipſius. Quid enim? Reſpicit terram, & facit eā tremere; & iſta ſe ab eo poſtulat oſculari? Ebriane eſt? Ebria prorſus. Et fortè tunc, cū ad iſta prorupit, exierat de cella vinaria, quo ſe intro ductam poſtmodum gloriatur. Nam Dauid de quibuſdam dicebat, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Paupercula nec. & mendicans, tā citò, potuit domus Dei vbertate repleri? Hæc vis orationis: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quid difficilius, quam oſculum illud perfici, ſi Incarnatio Verbi in illo

Orat paupercula ſponſa, & mox cœleſti abundantia repletur. Cant. 1. Richard. Bernard.

dilectionis

dilectionis affectu figuratur? At oratio tam facilè reddidit, vt poſt preces effuſas: Oſculetur me oſculo oris ſui, illicò Domino potiatur; & quaſi præſenti proferat: *Quia meliora ſunt vbera tua vino,*

28. Quis non iudicaret impoſſibile facinus, ab adoleſcente Dauide inermi, horribilem Goliath prouolui, ac trucidari? D. Baſil. Seleu. orat. 15. *Cum Goliath arma fabricaret, id ſe in vſus Dauidis facere, & proprij iugulatoris bainlum in aduerſarij habitu ſe Dauidi venire ſubſidium, ignorabat.* Quid mirum, ſi prudenti cuilibet impoſſibilis victoria meritò videretur? Profectò tam facilis redditus eſt triumphus, vt lapidis iactu corrueret illa ſuperba ex ædificatio. Cuinam potentiæ tanta tribuenda victoria? Certè vi precum. Vide, quam confidenter precibus armatus Dauid loquatur adoleſcens: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſrael: quibus exprobraſti hodie; & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* 1. Reg. 17. Vndénam ſcis te habiturum gladium, quo caput hoſtis amputes, qui in funda & lapide prodiiſti? Ipſa hoſtis machæra vulnus eſt infligendum. Impoſſibile dictu. Factu facile præſtabit oratio: *Ego venio ad te in nomine Domini.* Chryſoſtomus hom. de Dauid, & Goli. *Tu venis ad me fidens in gladio, ego in Deo: tu in clypeo, ego in prece. Denique in te tua arma vertentur.* O precum efficaciam!

Oratio Dauidis facilè reddidit, quod impoſſibile videbatur: nempe Goliath proprio gladio trucidari.
Baſil. Seleuc.

29. Fatur Moyſes, *In principio creauit Deus cælum & terram.* Geneſ. 1. An neceſſitate vlla Deus mundum tunc creauit, quia ante tot potuiſſet ſecula condere? Oſtendit apertè D. Baſilius Seleuc. oration. 12. Deum vltroneè nulla vi illata mundum condidiſſe. *Deus ipſius eſſe fons, vitæ theſaurus: hic ea quæ non ſunt vocat, non rogatus.* Ac ſi diceret, ſi aliquid poſſet Deum cogere ad excitandum quaſi neceſſariò mundum erat oratio creaturæ pauperculæ. Nulla aderat ante mundi conſtitutionem quæ preces profunderet, ergo nulla vi affectus condidit orbem. Si preces inſonare poſſent circa mundum exædificandum, Deo quodammodo haud plena libertas adeſſet? O precum efficaciam!

Mūdū Deus liberè non quaſi neceſſario condidit, ſiquidē nulla creatura præceſſit oratio.
Gen. 1.
Baſil. Seleuc.

30. Impoſſibile erat, ſterilem Rebeccam parere. Orat autem Iſaac, & quod erat impoſſibile iam quaſi neceſſarium redditur. *Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis; qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. At collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Geneſ. 25. Neceſſe fuit concipere ſterilem? An non impoſſibile erat, ſterilem parere? Quonammodo ergo aſſerit, neceſſarium fuiſſe concipere? Crediderim, quia vis orationis fecit neceſſarium quodammodo, quod naturæ erat impoſſibile:

Quod impoſſibile erat, nempe ſterilem cōcipere, & parere, quaſi neceſſarium fuit poſt Iſaaci preces.
Gen. 25.

31. Moriturus Iacob Ioſepho profatur, *En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in*

Oratio, quaſi manu facta, Deo

rens. Tertullianus in Apol. cap. 39. fatur, *Corpus ſumus de conſcientia Religionis, & diſcipinæ vnitate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum, & congregationem, vt ad Deum, quaſi manu facta, precationibus ambiamus orantes.* Tertull.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et clamauit, dicens.

Non ſemel cœcus ille clamauit, Domino audiente, nec reſpondente illicò, vt clamitaret iterum miſer.

Nec enim Dominus humanis miſerorum, & egentium clamoribus inquietatur: vt edoceat nos pauperum clamores libenter exaudire.

CLamauit cœcus, increpant Chriſti aſſeclæ, nec tacet mendicus: potius nouis clamoribus veterem exprimit egeſtaté. Num Dominus ſibi moleſtos eſſe clamores oſtendit? Profectò ſiſtit, vt dulciſſimam clamantis melodiam percipere aptius poſſet. D. Cyrill. *Siſtit Chriſtū vox clamantis in fide.* Liceat vulgaribus vti, *Puſoſe Chriſto a eſcuchar la melodia de la muſica.* O pauperis, ô miſeri hominis clamores quam dulces Numini exaudientur! O ſi Chriſtum imitari ſatageres, dum miſeri, dum pauperis clamores proferuntur! 32.

Cyrill.

Monet Iſaias, *Qui remiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat.* c. 62. Ac ſi diceret: Qui ex vi prementis egeſtatis, recordamini, Deum ſolum eſſe ſubleuatorem, & confugitis ad clamores, non taceatis donec vos cœleſti pane ſtabiliat, iuxta illud: *Frumento & vino ſtabiliui eum.* Id eſt, donec optata ad inopiæ ſpiritualis, aut temporalis munera recipiatis. *Et ne detis ſilentium ei.* Lyranus, *Ne taceatis ceſſando à precibus, donec ſtabiliat Deus contra omnem vos aduerſitatem.* 33.

Clamores Deo iucūdi, cum pauper petit ſtabiliri pane.
Iſai. 62.
Lyran.

Sic ipſe Propheta, *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius.* Ibid. Vbi Anſelmus, *Non quieſcam à precibus, donec egrediatur Dei Filius, vnde alibi: Vtinam dirumperes cœlos.* Vulgariter expendo, *Haſta que ſalga rompiendo el cielo, a oir el Hijo de Dios, he de clamar.* Dormit quis, & vocis dulcedine cuiuſdam tranſeuntis per plateam, excitatur. Inquietatúrne? Potius afficitur voluptate; vnde lecto relicto, ad feneſtram tendit commodius auditurus. An Propheta agnouit tam dulces eſſe Dei Filio egentium clamores, vt è throno proſiliat, & rumpens cœlos, proximius exaudiat? *Non quieſ-* 34.

An Deus è throno proſiliat, vt exaudire ſe libeter clamores pauperum innuat?
Iſai. 62.
Angel.

afficitur Adam, nec occurrit ad ſubueniendum cuſtos efficaci vi. Dormiuit ne D[illegible]nus? Culpa quidē ouis centeſimæ, quæ balatibus interminabilibus deberet ſuum à ſomno remouere cuſtodem. *Et cum audiſſent vocem Domini deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem.* Gen. 3. Vbi Rupertus aſſeris Deum ſpeciem gerere hic hominis à ſomno ſurgentis: & adiicis pulchrè ad argumentum: *Culpandus ne eſt Deus, qui toto meridie dormiuit, & eo dormiente, lupus ouem centeſimam tulit? Non vtique, ſed tota culpa illius eſt, qui cuſtodem ſuum dormire permiſit. Nam, vt ille non dormiat, in arbitrio hominis eſt, qui ſemper illum, ne dormitet, aut dormiat, inquietare debet. Vnde & per Prophetam ſpiritus eius dicit: Qui reminiſcimini Dominum, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei.*

Geneſ. 3. *Rupert.*

36. Conqueritur ne Deus aliquando, quod eum pauperes clamoribus inquietauerimus? Moyſis ait, *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui.* Exod. 3. Chryſoſt. *Non dixit, vidi mutationem illorum in melius, id eſt, illorum ſolicitationem; ſed videns vidi afflictionem: & audiens audiui clamorem.* Illa replicatio: *Audiens audiui* inouit huiuſce auditionis voluptatem. E throno cœlij, vt commodius audirem? Imò non cœli accurrit Dominus ad feneſtras, ſed ad Ægyptum deſcendit. Vt opitularetur ne? Ita planè, ſed ſimul vt propius (ſic liceat profari) clamorum pauperis exaudiret melodiam.

Deſcendit Deus, vt propius pauperū clamores exaudiat? Exod. 3. Chryſoſt.

37. Cui ſenſui do illud: *Sciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorū.* Exod. 3. Nónne de cœlo, & de ſede tua auguſtiſſima, Domine, eos poteras liberare: vel qui eos liberaret, Angelum immittere? Cur ipſe deſcendis? Certè vt quaſi propius poſſit muſica clamorum delectari. Pulchrè Oleaſter, *Gaudet Dominus, vt lætiora faciat, ſe illis clamantibus immiſcere.*

Immiſcet ſe Deus clamantibus, vt voluptatem capiat? Exod. 3. Oleaſt.

38. Parabolam amici egentis panibus Dominus ideò expoſuit, vt oſtenderet, exultare ſe, cum à clamoribus hominum excitatur. Et ipſe deintus reſpondens dicat: *Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi.* Luc. 11. Si tam difficile aſſurgis ô Domine, cur innuis clamoribus inſtandum eſſe: *Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis; etſi non dabit ei ſurgens, eo quod amicus eius ſit: propter improbitatem eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Vult replicari clamores, vt diu muſicæ voluptate potiatur. Chryſologus ſerm. 39. *O quam dare vult, qui ſe inquietari taliter, taliter patitur ſuſcitari! Quam pulſanti iſte geſtiuit occurrere,* (& ſuſcitari) *qui ſic ſecreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam!*

Inſinuat ſe velle rogari, & clamoribus quaſi cogi. Luc 11.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

IESV *fili Dauid, miſerere mei.*

Cœcus ac illiteratus homo agnoſcebat Chriſtum Dauidis Filium Meſſiam, ac Dei Filium ex operibus, quæ audiebat eum gerere ad hominum beneficium.

Pietatis namque actiones originis auguſta proclamant.

QVæritat Chryſoſtomus, *Quis te docuit, ô homo, Chriſtum eſſe Dauidis Filium, imo Meſſiam Filium Dei? An Dominus illuminat cæcos?* Scio reſpondiſſe quæſtioni Cyrillum, *Non ignorabat in Iudaiſmo nutritus, Deum ſecundum carnem de progenie Dauid naſciturum. Itaque ei, vt Deo loquitur.* Admitto cœcum illum ignoraſſe Dei ex Dauidis progenie futurum natalitium in carne. At vndénam cœcus dignouit IESVM illum eſſe Dei Filium, quem populus expectabat? Crediderim, ex fama miraculorum, ac geſtorum, doctrináque Dei Filium eſſe dignouiſſe. Succurrit miſeris? opitulatur afflictis? Dei Filius proculdubio eſt. Nihil enim ſic aperit originis celſitudinem, quam opera indigentibus exhibita. 39.

Chryſoſt. Cyrill.

Profectò cùm video hominem ſibi ipſi dominantem, ſuas actiones rectè gerentem, pietatis cultorem, iuſtitiæ ſtudioſum: prudenter arguo, opera tam auguſta anguſtum planè indicant natalitium. Qui reliquas creaturas eduxerat prolatione verbi illius: *Fiat*: cum ad hominis extructionem accingitur conditor, profatur: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. Cur tam immediatè per ſe ad hominem producēdum Dominus accedit? Tertullianus lib. de Reſurrect. carn. *Meritò vt famula iuſſu & imperio, & ſolo vocali poteſtate vniuerſa proceſſerant. Contrà homo vt Dominus eorum, in hoc ab ipſo Deo extructus eſt; vt Dominus eſſe poſſet, dum ſit à Domino.* Dum à Domino ſit, Dominus eſt iura ſeruans ſubditis, ſuas corrigens actiones? Ergo qui Dominus cunctis ex actionibus oſtentabitur, à Deo cognoſcetur originem ducere. Chriſtus verè Dominus ſubditorum curat commodis attendere? ægrotis ſuccurit, miſeros exaudit? Dominus à Domino exortus eſt; *Itaque ei, vt Deo loquitur.* 40.

Oſtenditur à Domino Dominū exortum eſſe, qui miſeris ſuccurrere geſſit. Geneſ. 1. Tertull.

Et vidimus (ait Ioannes) *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* cap. 1. Particulam *quaſi* ſic expendit Gregorius lib. 18. Moral. cap. 4. *In ſacro eloquio (quaſi) aliquando non pro ſimilitudine ponitur, ſed pro veritate.* Vidimus eum, & cognouimus eſſe Dei Filium. Vndénam Deitas originis vobis innotuit? Porrò ex pietate, qua peccatores alliciebat: ex benignitate, qua ſuccurrebat miſeris. Geſta enim huiuſmodi gloriam originis manifeſtant. Chryſoſtomus, *Vidimus gloriam eius non vt Prophetæ, aut alterius hominibus, vel Angeli: ſed quaſi ipſius naturalis Dei Filij.* Quid vidiſtis? vndénam agnouiſtis? *Stella enim Magos vocauit, puer exultauit in vtero, fugiebant dæmones, morbi ſoluebantur, ſuſcitabantur mortui, & animæ à malitia ad virtutes conuertebantur.* En verum Deifici originis documentum, hominibus ſuccurrere egentibus. 41.

Dum videmus IESVM ægrotos curare, afflictis ſubuenire, peccatores vocare, agnoſcimus eum Dei Filium. Ioan. 1. Greg. Chryſ.

Ideò cœcus memorat Chriſti & à Deo & ab homine Rege natalitium. IESV *fili Dauid miſerere mei.* Ex quo capite Filius Dei es, & ex quo capite Regis hominis es filius, debes pietatis actionibus auguſtiſſimam originem commendare; te enim Deitas, & Regia dignitas ad benefaciendum impellit. Syneſius lib. de Regno, de Rege Theodorico fatur, *Non ab eiſdem primordiis tibi & parenti vita proceſſit; huic militia Regem conciliauit, te ad militiæ laborem Regia dignitas impellit.* Ergò qui te viderit, ſeu audiuerit pro defenſione ſubditorum pugnantem, te Regem veraciter, profitebitur. Succurrere enim 42.

Homo nedictus miſeris ſuccurrēdo, innuit ſe ex auguſta progenie.

egentibus

egentibus ſobditis, Regia eſt inclinatio, Regiæque originis ingenium.

43. Quoties videris hominem ſuccurrendis miſeris addictum, eum aut ex nobiliſſimo ſanguine ortum puta, aut ſaltem Dei ſe Filium oſtentare. Non dat bæreditas tam verè Regnum, quam adſcribit pietas in egentes. Fatur Sponſa, *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.* Cant. 5. Electus Rex dicitur? Quomodo electus, ſi Regnum ei adſcribendum ex iure hæreditaris? Proclamant agricolæ, *Hic eſt heres,* Ioan. 1. Hæres quidem, quia à Patre Vnigenitus. Si hæres eſt, ſi vti hæres Regno potitur, cur electus appellatur? Certè vti electus proclamatur qui hæres exſurgit; quia ex operibus pietatis à cunctis hominibus dignus Regno aſſignatur, & Rex eſſe perhibetur. De Authemio Auguſto cecinit Sydonius Paneg. 2.

Non dat hæreditas tam verè Regnū, quam adſcribit pietas in egentes.
Cant. 5.
Ioan. 5.
Sydon. Apol.

——— Soli tibi contulit vni
Hoc fortuna decus: quamquam te poſceret ordo:
Vt lectus Princeps magis, quam videare relictus.

Non tam à fortuna, quam ab actionibus pietate plenis erga ſubditos Authemius habuit, ab omnibus haberi Regem, non tam ex iure hæreditario, quam ex operum pietate.

44. Proclamant creaturæ Agnum occiſum. *Et vidi,* (Ioannes ait,) *& audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & benedictionem.* Apoc. 5. An non omnia hæc Dominus naturaliter habebat? Vti Filius Dei habet & virtutem, & Diuinitatem. &c. Cur ergo cuncta hæc quaſi de nouo Filio Dei adſcribuntur? Certè quia *Agnus occiſus eſt.* Licèt Angeli Chriſti originem ignorarent, licet creaturæ eum Dei Filium non cognoſcerent: videntes tamen eum tanta pietate affectum, vt pro ſubditis peccatoribus dignatus ſit occiſioni tradi: proculdubio Diuinam originem profiterentur. Opera enim huiuſmodi eſſe Deitatis documenta vel cœcus agnoſceret: *Vèra lo vn ciego.* Vidit planè cœcus Ierichuntinus proclamitans, IESV *Fili Dauid,* imo Meſſia Dei Fili, *miſerere mei.*

Licèt culticola non agnoſcerent Agni Deitatē, ſufficeret eum occiſum ad miſerorum ſalutem viuere, vt eum Deificum profiterentur.
Apoc. 5.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Ipſe verò multo magis clamabat.

Diſtulit Dominus beneficium cœco conferre, vt rurſus clamaret, & expectatius beneficium acciperet.

Eo enim beneficium gratius obuenit, quo expectatius eſt.

CVr non ſemel clamanti Chriſtus contulit

46. Olim *iratus contra Iſraël Dominus tradidit eos in manus Chuſan-raſathaim Regis Meſopotamiæ, ſeruieruntque ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: Seruierúntque filij Iſraël Regi Moab decem & octo annis, & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem,* &c. Iudic. 3. Semel & iterum captiuitati vtrique addicti filij Iſraël clamauerunt, prius quam quam Dominus eos omnino ab hoſtibus liberaret: Cur citius non prouidit Iſraëlitis ſed clamorem illorum tandiu expectauit? Certè vt agnoſcerent beneficij magnitudinem. Fame populus laborabat, nec Manna reficitur niſi cum extrema fame laborantes importunis clamoribus Deum, ac Moyſem interpellarunt. Exod. 17. Poſt iteratos clamores gratius obuenit beneficium. Cyrillus lib. 5. in Ioan. cap. 34. *Dicimus conuenienter, petitionem clamorémque eorum expectatum fuiſſe. Tunc etenim gratiſſimum videri ſolet beneficium, quando magno ardore petitur, & expectatur. Aliter animus hominis beneficij magnitudinem non cognoſcit.* Differtur cœco curatio, vt rurſum clamorem excitaret, & expectata ſanitas gratior acciperetur.

Sæpè clamantibus reſpondet Deus Hebræis, vt gratius ſit donum poſt deſiderium.
Iudic. 3.
Exod. 17.
Cyrill.

47. Sara ſterilitate laborante Deum Abrahamus exorat, qui quidem poſt largos fletus, poſt diuturna ſuſpiria à Sara ablegat improperium. *Viſitauit Dominus Saram, concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua.* Gen. 21. Cur non peperit antè ſenectutem, votis Abrahæ Deo annuente? Ex Ennodio lib. 7. epiſt. 15. reſpondeo *Nè fides claudicet ſupplicantis deſideria differuntur. Quia deuenuſtat ſecutura hilaritatis genium velox impetratio.* Spes differatur, vt quo differtur beneficium magis æſtimetur.

Abrahæ replicantur clamores, vt fœcunditas Saræ gratior acciperetur.
Gen. 21.
Ennod.

48. Diſcipulos Dominus iubet aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Quarta autem vigilia noctis venit ad *eos ambulans ſuper mare.* At *præ timore clamauerunt.* Differtur adhuc plena à periculo liberatio, donec rurſum Petrus inclamitat: *Et clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac.* Matth. 14. Quare liberationis beneficium adeò differtur, vt non ſemel laborantis clamores exaudiantur? Reſpondet Chryſoſtomus, *Tota nocte dimittit eos fluctuare in maius ſui deſiderium.* Expectent amplius, vt amplius poſſint ex aſſecutione liberationis exultare. Quò enim expectatius munus, eò gratius obiicitur.

Bis clamat Petrus ante liberationem à procella, vt dulcius quieſcat.
Matth. 14.
Chryſoſt.

49. Petierant ſedes Apoſtoli matris ex ore, queis Dominus, *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* Demum profatur, *Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Matth. 20. Ac ſi diceret, Precamini Patrem, clamate ad illum, qui hominibus præparat thronos. Quare ad Patrem remittit, vt ſede donentur, qua ipſe Dei Filius eos donare potuiſſet? Porrò vt rurſum peterent, iterum clamarent, vt impetrare poſſent. D. Baſilius de Seleuc. orat. 24. aliter ad [illegible]

Zebedæi filij remittuntur ad Patrem, vt replicent precum clamores, & eis ſit gratior ſedes deſiderata.
Matth. 20.
Baſil. Sel.

SECTIO II.

Cæci ſanitas.

TEXTVS.

VERS. 40. STans autem IESVS, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam. 41. At ille dixit, Domine, vt videam. 42. Et IESVS dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. 43. Et confeſtim vidit: & ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Tandem ſanitate donatur cæcus, ſiſtente Domino.

1. *Stetit* IESVS. STANS *autem* IESVS.] Stare fecit Solem clamoribus olim Ioſuë: Stare fecit Solem iuſtitiæ ſplendidiorem miſeri cœci clamor. Stetit Chriſtus, clamantem, & miſericordiam implorantem ad ſe iuſſit adduci. Attentionem ad miraculum excitandum captauit interrogans.

2. *Cæcus videt.* *Quid tibi vis faciam?* Reſpondit, *Domine, vt videam.*] Quod poſtulabat inops, verbo vno conceſſit, *Reſpice.* Ipſe dixit, & facta ſunt omnia: dixit, Fiat lux, & factum eſt oculorum lumen.

3. *Cæci fides.* Chryſoſt. Addit, *Fides tua te ſaluum fecit.*] Credidit enim cœcus in verum Meſſiam Doctoribus ferè omnibus atteſtantibus. Chryſoſtomus ait, *Pro fide venduntur beneficia, & ſecundum capacitatem intentionis hauritur gratia.*

4. *Cur interrogetur cæcus.* Cyrill. Cur autem interrogauit, quid expeteret ſibi geri, ſi Dominus callebat intentionem clamantis? Reſpondet Cyrillus, *Interrogat, vt ſciant adſtantes, non illum petere pecuniam, ſed diuinam efficaciam, tanquam a Deo.* Chryſoſt. Et Chryſoſtomus, *Interrogat, ne calumniatores poſſent dicere, vt in cæco nato: Non eſt hic, ſed ſimilis eius.*

5. *Gratitudo cæci videntis.* *Confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum.*] Quid faceret cœcus à Chriſto repentè illuminatus? Gratias egit pro beneficio accepto, Deum magnificans, præterea tanti beneficij Auctorem ſecutus eſt. Chryſoſt. Chryſoſtomus, *Feruens fide ante beneficium, poſt beneficium feruet beneuolentia.* *Cur permittitur, ſequi Dominum?* Quæritat Pater, *Quare Chriſtus ſequi permiſit cæcum, qui dæmoniacum curatum ſe ſequi prohibuit?* Chryſoſt. Et reſpondet, *Illum miſit præconem, vt benefactorem prædicaret; hunc ſequi permiſit ad paſſionem aſcendens, ne exiſtimaret, Chriſtum potius infirmitate, quam miſericordia pati, qui recens miraculo tanto curatus eſſet. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.*] Beda, *Non ſolum pro impetrato munere lucis, ſed & pro merito fidei impetrantis,* laus Deo exhibetur. Laudes hæ miraculi adſtruunt Cyrill. veritatem. Nam, vt Cyrillus adnotat, *non glorificaſſet cæcus Deum,* nec plebs *Deo laudem daret, niſi cæcus vere vidiſſet.*

§. II.

Myſtica hiſtoriæ expoſitio.

6. *Quidnam cæcus, turba, clamor, ſtatio, tranſitus, lux?* AIt D. Gregorius. *Cæcus eſt humanum genus, Iericho Luna interpretatur, & defectum ſignificat noſtræ mortalitatis, cui dum appropinquat Dominus carne ſuſcepta, homines lumen recipiunt. Qui ſi credant Redemptori, qui dixit: Ego ſum via, iuxta viam ſedent; ſi exorant, vt lumen recipiant, mendicant. Turba IESVM præcedens, vitiorum tumultus,* Gregor. *qui antè aduentum Chriſti ad cor noſtrum cogitationem noſtram diſſipant, & in oratione conturbant. Sed quanto grauius premimur, tanto orationi ardentius inſiſtere debemus. Tranſit Chriſtus, & ſtat; tranſire humanitatis eſt, ſtare Diuinitatis. Et tranſiens audiuit clamantem; per humanitatem enim vocibus noſtræ cæcitatis compatiendo miſertus eſt. Illuminauit vero ſtans; nempè per Diuinitatis potentiam. Cæcus non aurum, ſed lucem quæſiuit, ſic nos lucem, quam cum Angelis videre poſſumus petere debemus: ad quam via fides eſt. Vnde cæco dicitur, Fides tua te ſaluum fecit. Vidit, & ſecutus eſt; eſt enim quod intelligas, operandum.*

7. *Peccator cæcus.* Ex qua mente Patris plura innuo documenta. Primò quidem cœcus eſt peccator. Richardus Rich. Vict. Victorinus, *Cæcus eſt, qui peccare non timet; quia futura mala non præuidet: non erubeſcit prauitatem ſuam, nec expaueſcit diuinam potentiam.* Auguſt. Auguſtinus lib. Soliloq. cap. 33. *Ad tenebras per tenebras ambulabam.*

8. *Cæcus peccator ſedet in crimine.* Barrad. *Sedebat* cœcus. Hoc cœcorum eſt in peccato ſedere, non illico ſurgere, quia quam horribile ſit peccatum, non aſpicit. Barradius inquit to. 3. l. 6. c. 13. *Si irruat crudelis taurus, ſedebit cæcus, non ſurget. Cur ita? Quia taurum irruentem non cernit. Si irruit mortiferum ſcelus, ſedet cæcus, non fugit peccatum tauro crudelius.*

9. *Sedet iuxta mandatorũ viam, cum currere deberet.* *Iuxta viam.* Iuxta mandatorum Dei viam conſident peccatores. Ait Dominus, *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec procul poſitum, neque in cælo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum valet ad cælum aſcendere? Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Deut 30. Quam propinqua cœcis via Deut. 30. eſt mandatorum! Sedent iuxta illam, cùm deberent percurrere cum Dauide: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Pſalm. 118. Pſalm. 118.

10. *Exemplis præcedentiũ excitamur ad Chriſtũ ſequendum.* Cœcus turbæ Chriſtum ſequentis excitatur ſtrepitu. Præcedentium exemplum vis excitatrix. *Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorum: Recti diligunt te.* Cant. 1. Quid non Cant. 1. trahatur ad Chriſtum, qui rectorum meditatur exempla? Gregorius lib. 25. Mor. cap. 7. *Ne diuina* Gregor. *præcepta nos terreant, præcedentium iuſtorum nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere nos poſſe præſumimus, quod ex noſtra infirmitate formidamus.*

11. *Arripienda occaſio ſalutis, quæ tranſit.* Cœcus oblatam arripuit occaſionem, audiens, *quod* IESVS *tranſiret.* Nam *pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Act. 10. Non ſtat ſalus, ſed pertranſit; ſi prætereat labi ſalutis Act. 10. occaſionem

occaſionem ſinas, fruſtra ab occipitio caluam cutabis apprehendere.

12\. *Clamare oportet incœſſ.* Auguſt.

Vocis contentione, ac replicatione lucem cœcus poſtulauit, edocens nos ardenti clamore ex affectu cordis preces profundendas Auguſtinus Conc. 29. ad Pſalm. 118. *Sine cum voce carnis, quando id opus eſt; ſiue cum ſilentio ad Deum, cum oramus: corde clamandum eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio; quæ cum eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis, & petentis affectum.*

13\. *Increpāt tepidi virtutis ſtudioſos.* Auguſt.

Increpant qui præeunt pauperem, vt taceret. Qua magnatū repidis virtutis ſtudioſos taxant. Auguſtinus ſerm. 18. de verb. Dom. *Qui diligunt ſæculum, contradicunt: Quid inſanis? Nimius es. Numquid alij non ſunt Chriſtiani? Iſta ſtultitia eſt, iſta dementia; & cætera talia turba clamat.* Theophylactus Matth. 20. *Hi, qui ſilentium imperant cæcis, ne clamando innocent nomen* IESV. *Tyranni ſunt perſecutores tyranni, qui attentant os Eccleſiæ obturare. Sed illa multo magis confitetur nomen Chriſti.* Bernardus ſerm. 1. de Cōnu. Pauli, grauiſſimè increpat eos, qui increpant accedere ad Dominum ſtudioſos. Et Gregorius hom. 2. in Euang. *Contradicit turba, nè clamemus, quia peccatorum noſtrorum phantaſmata plerumque in oratione patimur. Sed neceſſe eſt, vt vox cordis noſtri, quo durius repellitur, eo valentius inſiſtat.*

Theoph. — *Tyranni increpatores.* — Gregor. — *Alij increpatores.*

Denique Dominus, *Quid tibi vis, faciam?* Pauli imitator exiſteres fatus, *Quid me vis facere?* Si cœcus non eſſes. Bernardus citat. *Heu plures habemus Euangelici illius cæci, quam Apoſtoli, imitatores. Sic multorum vſque hodie puſillanimitas, & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, Quid vis, vt faciam tibi? non ipſi quærant, Domine, quid me vis facere?* Plura Pater. 14.

A nobis rogatur. Quid vis, &c. cum nos quærere deberemus, Quid me vis facere? Bernard.

IN IESVM PROPHETANTEM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX COECI SANITATE.

OBSERV. I.

Ad illa verba:

Stans autem IESVS, *iuſſit illum adduci ad ſe.*

Cum ſtat Dominus, ſeu cum totus miſeri calamitati intendit, cœcitatem ablegauit ſubditi laborantis.

Edocet Præſules, Principes immediatè debere ſubditorum videre labores, eíque muneri ſibi iniuncto ſolummodò intendere. O quot incommoda ſubditorum æternantur, quia Princeps non aſtat, & videt!

15\. PARTICVLA *ſtans* ponderanda obiicitur. Clamauit cœcus, & non fuit luce donatus; clamauit rurſus, & Dominus ſtetit, vt miſerum videre poſſet. Olim clamantibus Sodomitis Reipublicæ illud non abſtulit opprobrium, donec ſtaret, hoc eſt, donec deſcendens videret hominum nequitiam. *Deſcendam igitur, & videbo.* Gen. 19. O quanti intereſt ad Reipublicæ commodum ad ſubditorum leuamē, Principes ſtare, non per tranſennam calamitates ſubditorum videre; ſed ſtantes intendere clamitantibus.

Gen. 19.

16\. De Othoniele legimus, *Fuitque in eo ſpiritus Domini, & iudicauit Iſraël.* Iudic. 3. Chaldæus, *Manſit ſuper eum ſpiritus Prophetiæ.* Eo afflati

Prælati ſine ſpiritu ...

Præſul & præſens ſit & videat, ſtet apud ſubditos, videat eorum egeſtatē, vt ſatagat prouidere.

O quot ſubditi ſine ſolatio clamant, quia Præſul non ſtat, ſed per tranſennam audit clamores! Clamabat Petri ſocrus febre preſſa, ſed ægritudo non ablegata eſt. Chriſtus inuitatur ad domum. *Stat*, & febris abſcedit. *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri, & dimiſit illam.* Luc. 4. *τὸ ſtans* premendum eſt: Tranſit Dominus & gemit ægrotans: ſtat & ſanatur. Oportet conſiſtere Præſules, & ſubditorum mala quaſi manu contingere: *Tocar con las manos los males de los ſubditos.* Difficilè creditur auditui, ſi non aſſerit experientia; *Stans* IESVS, *iuſſit illum adduci ad ſe. Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit eam.* Chryſologus Dominum totum intentū ægrotæ curationi deſcribit ſerm. 8. *Chriſtus ad quod venerat, vidit; non aſpexit qualitatem domus, non occurrentium turbas, non ſalutantium pompam, nō familiæ concurſum, non ipſum præparationis ornatum; ſed inſpexit gemitum languentis, febrientis attendit incendium: & ſtatim manus ad opus ſuæ Deitatis extēdit.* Tanta ne attentio neceſſaria, tanta cognitionis experimenta præcedere debent, vt Princeps manus exerat ad ægritudinis medicamen? O ſubditorum deſperata leuamina, ſiquidem Principes ſæculares nō ſtant, non vident veſtrā ruinā, imò vix ad eorū aures clamores dolentiū aduentant!

17\. *Stans Dominus ſuper febricitantem, extinguit febrim, quam audiens clamores non extinxerat.* Luc. 4.

Chryſol.

Miſeri hominis illius, qui incidit in latrones, parabolam exprimo. *Homo quidam incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.* Luc. 10. O miſerum hominicionem! qu... [illegible] tibi? An ſacer-

18\. *Vulneratum à latronibus non ſanitate afficit Præ-*

tans, donec ſtans Samaritanus, & videt, & appropiat, & manibus vulnera contrectat. Pulchrè Titus Boſtr. *Loco hominis ſauciati affecto, afflictóque ſeſe applicuit.* Ac ſi diceret, Nō ſolū ſtetit in loco vulnerati, ſed ipſo in vulnere ſtetit, vt totus in periculum intendere poſſet. *Et omnis mox vulnerum dolor, & ſanies è medio faceſſiuit.* Adiicit opportunè, *Verè hic enim erat, qui ibat, ſed non præteribat.* Non præteribat, quia ſtare dignabatur, & manibus contingere vulnera, & oculis ægritudinem ſtando, non ambulando, aſpectare. Sacerdos viſo illo, præterijt: Leuita cum videret eum, pertranſiit. At verax Princeps ſtans videt, & tangit. *Afflicto ſeſe applicuit.*

Tit. Boſtr.

19\. Ideò clamat Dauid, *Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Pſalm. 40. An deſideria ſuccurrendi inopiæ, & affectus, aut cognitio ipſa egeſtatis prǽmio tanto eſt muneranda? Quódnam meritum eſt intelligere, vt propter ſolam intelligentiam ſit vir ab æterno exitio liberandus. Profectò virum ſuper egenum intelligere, eſt idem ac eius miſerias non per tranſennam aſpicere, ſed ſtare vt contemplari, ac perpendere valeat. At illud ſtare, vt ponderet vir ſubditi, aut pauperis egeſtatem, idem eſt ac ei compati, idem eſt ac eius miſereri, idem eſt ac ei ſuccurrere. Quis enim ſtans videat calamitatem miſeri proximi, & non ei affectu, & effectu compatiatur. Ambroſius lib. 8. de Naboth. cap. 8. *Quis eſt, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem? Qui compatitur ei, quem aduertit conſortem eſſe naturæ.* Auſonius aiebat, *Verus compaſſionis affectus in diuite munificus eſt.* Quis enim diues verè compatitur inopi, qui non ſubleuare muneribus curet inopiam? Ergo idem eſt intelligere ſuper pauperem, ac ei compari, & eū munere ſubleuare. Hic eſt planè effectus intelligentiæ, quæ non aſpectationem per tranſennam innuit, ſed diutinam ſtationem aſſerit.

Cœleſtis beatitudo promittitur Præſuli vidēti, intelligenti, ſiue intimè cognoſcenti ſubditorum incommoda. Pſalm. 40.

Ambroſ.

Auſon.

Obseruat. II.

Ad illa verba:

Interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam?

Interrogat Dominus cœcum, quid à munifico Domino velit accipere. Nam licet præcipuus illius labor cœcitas erat; non omnes volunt à cœcitate liberari.

Ipſa hominum cœcitas facit eos futilia cupere, vera bona contemnere.

20\. Mirum mihi, Dominum à clamante cœco quæſiiſſe, quonam peteret bono donari, ſi cœcitas maximum illius erat incommodum. Prudens ille exiſtimabat omnibus bonis carere, qui non poterat cœli intueri lumen. Cur ergo ô Domine, quæritas, quidnā cœci clamores requirant? *Cur Dominus illud rogat* (loquor cum Victore Antioch. ad cap. 10. Marci,) *Ne quis dicere queat, aliud Chriſtum dediſſe, aliud cœcum expetiiſſe. Nam prius vbique illorum voluntatem, & ſcopum, qui ſanitatem ambiebant, exquirere: exquiſitamque præſentibus omnibus patefacere ſolitus erat; quam ſanitatem præſtaret.* Nonne ſatius eſſet Dominum egeno, aut ægroto præſtare id, quod ei vtilius videbatur? Quid cœco vtilius lumine? Nihil prorſus; ſed quis ſcit, an cœcus cupiat lumine donari. Hæc eſt nota hominum, ſtultitia nè an improbitas? quod illud eis eſſe aſſolet in optatis, quod nec ſalutare eſt: illud autem faſtidire, quod vtilius exponitur. *Quien ſabe,* (liceat vulgaribus vti,) *ſi el hombre es cegera, y pediedira, no haciendo caſo de lo que le conuiene, lo que le ha de eſtar mal?*

Victor Ant.

Teſtor hominem miſerum apud Piſcinam reſidentem. Vidit Dominus hominem *triginta & octo annos habentem in infirmitate ſua.* At piiſſimus expetens eum ab ægritudine diuturna liberare, quærit, *Vis ſanus fieri?* Ioan. 5. Cur ô Domine ab ægroto diuturno, qui tot clamoribus profuſis, tot annis procubuit in lecto, requiris an velit donari ſanitate? An id quæritas, ô ſapientiſſime, vt oſtendas, plerumque peccatorē ſibi noxia petere, vtilibus contemptis? Quid ſi miſer ille iam aſſuetus ægritudini ſuā non amabat ſanitatem? Audi. Strabus pulchrè interrogans, *Vis ſanus fieri, accendit eum ad amorem ſanitatis, de qua iam deſperauerat.* An ſanari volebat, qui interrogatus an ſanari vellet, non directè reſpondit, *Volo ſanari;* ſed, *Hominem non habeo?* Ergo potius homine expetebat donari ad ſolitudinem ſubleuandam, quàm ſanitate. O humanam ſtultitiā, & peruerſionē! Non ſemper quis poſtulat quod vtilius, & ideò Dominus aptiſſimè cœcū, & paralyticum interrogat: *Quid tibi vis faciam: Vis ſanus fieri?* 21.

Quærit à Paralytico Dominus, velit ne ſanari? quia communiter petimus quod noxiū eſt, vtilia contemnentes. Ioan. 5. Strab.

Adducunt ad Dominum aliquando Iudæi alterum cœcum, *& rogabant eum, vt illum tangeret. Et apprehenſa manu cœci, adduxit eum extra vicum,* &c. Marc. 8. Manus apprehenditur, vt cœcus adducatur ad accipiendum lumen? An neceſſaria violentia, cum cœci deberet proſilire voluntas? Trahitur cœcus ad ſanitatem? Anſelmus, Quid mirum, ſi *cœcus* hic *eſt peccator, qui non videt quod fuit, quod eſt, & quod erit.* Addit Beda paulatim eſſe curatum, *Vt magnitudinem humanæ cœcitatis oſtendat,* quæ quidem violenter adducitur ad illuminationem. Ergo ſi cœcus hic rogaretur, *Quid tibi vis faciam?* Proculdubio de peccatoris ingenio reſponderet. Volo hæreſcere cœcitati. Violentia illa an non huiuſmodi indicat reſponſionem. 22.

Quaſi violenter homo trahitur ad illuminationem, quia dulcis ei cœcitas. Marc. 8. Anſelm. Beda.

Cœcitas huiuſmodi è peccato ipſo promanat. Homo enim ob crimen ſic rationi contrarius expoſitus eſt, vt ſemper eligere alliciatur, id quod ſibi noxium obiicitur. Iſidorus lib. 2. ſent. c. 18. *Qui noluit cum Deo eſſe vnitus, eſt in ſe ipſo diuiſus; & qui imperanti Deo noluit eſſe ſubditus, fit ſibimetipſi rebellis, atque contrarius: ſibique ſeruit nolens, qui Deo noluit volens.* Si *ſibimet contrarius,* ſemper ad expetenda illa inclinatur, quæ & rationi, & vtilitati contraria obiiciuntur. Aptè igitur interrogatur cœcus, *Quid tibi vis faciam?* 23.

Ex peccato habemus inclinari ad ea, quæ noxia ſunt, appetenda. Iſidor.

Obseruat. III.

Ad illa verba:

At ille dixit, Domine, vt videam.

Prudens cœcus nil ſe expetere indicat, niſi videre Dominum.

Omnibus enim bonis fruitur, qui Iesv *potitur conſpectu*

Illud, *Vt videam* Græcè ſic: ἀναβλέψω *Viſum recipiam.* Addit Cyrillus, *Verum.* Quinam verus 24.

Cyrill.

rus viſus? Porrò Dominum aſpectare. Domine vt te videam, ſolum modo cupio. Hæc iuſti precatio. Solum modò ô Iesv, te aſpicere geſtio, vna enim hæc viſio me cunctis bonis opplebit.

25. Proclamat Sponſa, *Num quid, quem diligit anima mea, vidiſtis?* Cant. 3. Cur vtrum viderint, interrogat? Reſpondet acutè Gillibertus Abbas ſerm. 6. in Cant. *De viſione illorum ſe viſuram præſumit, ideò diligenter inueſtigat cuſtodum viſionem, eorum ſperans alloquio, dulcioribus affici.* Tam auguſtá habebat ſponſa de Iesv viſione, ac aſpectu exiſtimationem, vt ſperaret ſe dulciſſimis ſpoliis potituram non ſolùm immediatè videndo Iesvm; ſed & aſpiciēdo eos, qui viderint Saluatorē. Quid præſtabit immediatè viſio, ſi radiorum reuerberatio tanta animum iucunditate repleret?

Videns eos, qui Iesv conſpectu fruuntur, dulcedine afficitur: quid immediatè aſpiciens Iesvm. Cant. 3. Gillib.

26. An ſciebat viſionis huiuſce commoda, qui tam affectuosè arborem ſcandebat, vt Iesvm videret? *Ecce vir nomine Zachæus quærebat videre* Iesvm, *& præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret illum.* Luc. 19. An nuda fruitus eſt viſione Iesv? *Hodie,* (inquit Dominus,) *ſalus huic domui facta eſt.* Tota familia Zachæi ex viſione vnica Iesv ſalute donatur? O aſpectus gloria! Laurentius Nouarienſ. hom. de Pœnit. *Aſcendit feſtinus arborem, & vidit. Quid vidit? Saluatorem ſæculi. Benè feſtinauit, optimè aſcendit, qui dum auidus cupit videre Saluatorem, ſalutē ipſam, quam ignorabat, inuenit.* Preme τὸ *Dum cupit videre.* Inuenit ne ſalutem dum videt, an dum cupit videre? Profectò tam ſalutaris eſt Iesv aſpectatio, vt vel cupiens videre, antequam videat, iam ſalutari à Domino cathalogo adſcribatur: *Dum cupit videre Saluatorem, ſalutem ipſam inuenit.*

Dum cupit videre Iesvm Zachæus, ſalute donatur? Quid cum videt? Luc. 19. Laur. Nou.

27. Ideò Petrus expertus, nihil aliud ſatagebat, quam frequenti Iesv potiri conſpectu. Dum poſt Dominicam reſurrectionem piſcationi addicebatur, audiens Chriſtum apud pelagi littus reſidere, *tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare.* Ioan. 21. Quo tendis Apoſtole, quo tanto periculo, properas? Certè ad vidēdum Iesvm, cuius aſpectus me à quolibet malo liberabit. An non poſt reſurrectionem iam ſæpe vidiſti? O Iesv, viſio tua haud vnquam poteſt animum ſatiare. Ambroſius lib. 1. in Luc. cap. 24. *Non contentus Petrus vidiſſe, quæ viderat, repetit intuenda: & quærendi Domini amore ſuccenſus, non ſatiatur videndo. Vidit ſolus, vidit cum vndecim, vidit cum ſeptuaginta, vidit & quando Thomas credidit, vidit cum piſcaretur. Sed non vidiſſe cōtentus, impatiens deſiderii, negligens captionis, immemor periculi, vbi Dominum vidit in littore, ſerum æſtimat, ſi cum cæteris nauigio perueniret.* Vidit à longè, & vt proximius viſione frueretur, ſe periculis implicat, piſcationis lucra contemnit. Vndénam ſecurus ſe tradidit pelago? Certè iam vel à longè Iesvm viderat, & conſequenter putabat omnia ei feliciſſime cueſtura: *Vbi Dominū vidit in littore, negligens captionis, immemor periculi* oſtentatur.

Petrus ideo Iesv curat ſæpe potiri aſpectu. Ioan. 21. Ambroſ.

Haud periculum, vbi Iesvs aſpicitur.

28. Nec mirum exiſtimare Petrum omnia pacata, viſo Iesv: Si dum hac fruimur viſione, quaſi diei

Dū fruimur viſione Ie-

verè inſignis, & verè ſolemnis. Eructa tu nobis Iesv, *æterni illius diei horas aliquas, diem illum ſtatim efficies.* Preme τὸ *Statim efficies,* id eſt, in inſtanti diem totū æternitatis quodammodo collocabis, ſcilicet ſi tua ſe nobis maieſtas manifeſtauerit. Vides Iesvm? Tibi Archangelus iam tuba cecinit, iam vocem emiſit, iam dies æternitatis inſtat, frueris beatitudinis abundantia.

Hoc aſpectu ſponſa expetit frui, vt omnibus bonis potiatur. *Indica mihi, quē diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant. 1. Non petit meridiei, ſiue æterni fulgoris gloria compleri; ſed Iesvm poſtulat inuenire: *Vbi cubes.* Cur addidit *in meridie?* Quia non poteſt Chriſtus inueniri, ac videri, quin ſimul videns ſponſa æterni meridiei gloria potiatur. D. Laurent. Iuſtin. lib. de Faſciſc. amoris, c. 6. *Sola dies illa deſiderabilis, ſola amabilis, in qua* Iesv *immenſitas puro contemplatur intuitu. Iſta nempe dies illa ſublimis eſt.* 29.

Sponſa cupit Iesv frui aſpectu, vt omnibus bonis potiatur. Cant. 1. Laur. Iuſt.

Id quidem ſponſæ diligenti, non delinquenti peccatori? Profectò tanta eſt huius viſionis vtilitas, vt non ſolum iuſtus, ſed & peccator bonis repleatur, dum videt Iesvm. Videt Petrus poſt negationē trinā, *& egreſſus foras fleuit.* Matth. 26. Vidit latro dexter, & compunctus eſt. Luc. 23. Ambroſius lib. de Abel, cap. 3. *Improbus quiſque Redemptorem ſuum dum ſuſcipit,* (dum videt,) *frequenter, imitatur. Certè veneratur, plerumque etiam diligit.* Quis adeò flagitioſus, cui Iesv viſio non proficiat? 30.

Vel peccator compūgitur, viſo Iesv. Matth. 26. Luc. 23. Ambroſ.

Observ. IV.

Ad illa verba:

Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum.

Cœcus ſanitate donatus, illico curat ſequi Saluatorem.

Nam ſi veraciter peccator à cæcitate ſurgit, mox via incedens ſalutari Chriſtum ſequitur, eius præceptis obtemperans.

Ait appoſitè Euſebius Emiſſ. *Cæci non ſequuntur* Iesvm; *illi eum ſequuntur, qui illuminati ſunt.* Ergò qui poſt confeſſionē criminis, Iesvm non ſequitur, ſignum exhibet cæcitatis. Non veraciter eſt à cœcitate liberatus. At qui poſt confeſſionem mox curat virtutis opera exponere, indicat ſe verè à cœcitate priſtina liberatum; quia *cæci non ſequuntur* Iesvm. 31.

Euſeb. Emiſſen.

Cupiebat Zachæus Chriſtum videre. *Ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorū, & ipſe diues, & quærebat videre* Iesvm. Luc. 19. An quæreret ruſum videre, quem iam ſemel vidiſſet: quemadmodum de Petro aſſerebam expetiiſſe ſæpiſſimè Iesv potiri conſpectu? Exiſti- 32.

Si Zachæus Iesvm *vidiſſet, iam receſſiſſet à nequitia publicana.*

Moyſi datur, faciem videre, ſed ſimul terga ſequi. Exod. 33.

donari, cum clamitat, *Oſtende mihi faciem tuam.* Cui Dominus, *Oſtendam tibi omne bonum, ponam te in foramine petræ; cum pertranſierit gloria mea, poſteriora mea videbis.* Exod. 33. Quare cupienti videre faciem Dei hominis facti; terga oſtenduntur? Certè & facies oſtenditur, nam omnium bonorum oſtenſio IESV viſionem comitatur. Attamen neceſſariò dum facies oſtenditur, terga ſequenda ſimul oſtentantur; quia veram illuminationem ex viſione IESV ſequela Domini comitatur. Videbis faciem, & conſequenter terga intueberis, Dominum, quem vidiſti ſecuturus, eius obſeruator præceptorum. Nyſſen. hom. 12. in Cant. *Is, qui videre Deum cupit, deſiderij compos fit ſemper ſequendo. Et diuinæ faciei contemplatio eſt ad Deum nunquam interrupta progreſſio. Quæ tunc demum nobis præclarè ſuccedit, cum Verbum à tergo ſequimur.*

Nyſſen.

34. Audi Dominum. *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me nō ambulat in tenebris.* Io. 8. Preme hoc: *Non ambulat in tenebris*, id eſt, *cæcus non eſt*, vti mundi cultores qui cœci quidem ſunt, & ductores cœcorum. Cur ergo huiuſmodi à cœcitate mundiali liberatio verbo *ſequitur me* exprimitur? Profectò quia cœcum nō eſſe hominem, idem eſt ac Chriſtum ſequi. Sicut enim *cæci non ſequuntur* IESVM: cœcos enim eſſe idem eſt ac à IESV elongari: ſic qui cœci non ſunt, ſequuntur conſequenter Dominum. Ait Angelicus Doctor ex D Auguſtino tract. 34. in Ioan. *Sequere iſtum ſolem viſibilem. Si ipſe tendit ad occidentem, quo & ille tendit, & ſi nolueris tu illum deſerere, ipſe te deſeret in occaſu. At Deus tuus vbique eſt totus. Si non ab illo facias caſum, nunquam à te ille faciet occaſum. Qui enim, inquit, me ſequitur, non ambulat in tenebris.* Ac ſi diceret, Haud cœcitate laborabis dum Chriſtum ſolem iuſtitiæ fueris ſecutus; quia connexa ſunt illuminatio oculorum & ſequela Saluatoris. Non ſequeris IESVM? ergo non vides: Sequeris Saluatorem? ergo minimè in tenebrarum cœcitate moraris.

Qui cœcus non eſt, ambulat Solem ſequutus iuſtitiæ. Ioan. 8.

August.

Monet Dominus, *Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.* Ioan. 12. Quaſi diceret. Si videtis, ambulate ſequentes IESVM; quia qui vident, eo ipſo debent conſequi Saluatorem; à quo ſolummodo abſtrahuntur cœci illi, qui prauè agentes lucem odio proſequuntur, ne crimina eorum aperiantur. Igitur ſi non ſequimini Saluatorem, eo ipſo vos tenebris offuſos eſſe probabitis; nam *cæci non ſequuntur* IESVM; qui autem vident, conſequenter ſequuntur. D. Hieronymus ex calamo Iſai. c. 59. fatur, *Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te, palpauimus ſicut cæci parietem; & auerſi ſumus, ne iremus poſt tergum Dei.* Cœcitate laboras? Nihil magis agnatum tibi, quam à ſequela IESV abhorrere. 35.

Qui videt eo ipſo IESVM ſequitur, ut qui non ſequitur, quomodo videt. Ioan. 12.

Hieron.

Videt ſponſa tota IESV dilectioni addicta, fugiens ſæculi voluptates, à quibus mentis exoritur cœcitas *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino.* En luminum ſponſæ acuitatem. Mox addit, *Trahe me poſt te curremus.* Cant. 1. Quam connexa oculorum illuminatio ac ſequela IESV! Bernardus ſerm. 21. in Cant. *Dilecta tua, ô Domine, relictis omnibus propter te, concupiſcit ſemper ire poſt te, ſemper tuis inhærere veſtigiis, & ſequi te quocumque ieris.* Vndénam ſequenti tam anxius affectus, *Sciens* addit, *quia qui ſequitur te, non ambulat in tenebris*, id eſt, ſciens quia qui ſequitur te, probat perſpicuè ſe minimè cœcitate laborantem. *Cæci* enim *non ſequuntur* IESVM, quem videntes, quocumque ierit, conſequuntur. 36.

Videt ſponſa à cœcitate libera, & mox petit trahi poſt IESVM. Cant. 1. Bernard.

AD MARIAM DOMINAM EPILOGVS.

DVM Chriſti, ô Domina Prophetias contemplor, Matris Propheteſſæ Filium verè recognoſco. Etenim Paracletus ille Prophetarum inſpirator, qui in te ſuperuenit, te Propheteſſam conſtituit, vt dignior Prophetarum Ducis Parens exiſteres. Mox huiuſmodi afflata Spiritu cecini ſti: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Vbi D. Ildephonſus ſerm. de Aſſumpt. *Hinc*, ait, *quæſo, fratres mei, audite Matrem Propheteſſam Filij prophetantis* IESV. *Propheteſſam dico: imo, (vt ita dicam,) Euangeliſtam. Audite, quæſo, virgines, audiat omnis fœminarum ordo; & nolite credere, ſi non iam completa ſunt omnia, quæcumque prædixit per eam, qui ipſam repleuerat Spiritus. Ecce enim, inquit, ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Cur tam anguſta beatitudine Virgo donatur? Certè quia Prophetarum Dominum peperit. Vnde qui Prophetam recipit in nomine Prophetæ, Orbis: Dei Matrem Propheteſſam Prophetæ Parentem recognoſcit. *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, id eſt, quia Prophetarum Dominum ſum enixa. Pergit Doctor, *Ecce ex hoc beatam me dicent. Reſpicite terras quaſcumque Sol ſuo illuſtrat lumine, & videte, quoniam nulla iam eſt Natio, nullaque gens, quæ Prophetam non credat Dominum. At vbicumque Chriſtus colitur, & adoratur: venerabilis Propheteſſa Maria beata, & fœlix, necnon & Virgo perpetua prædicatur.* Prophetiæ etenim elogia pariter cum Virginitatis, ac Maternitatis encomiis efferuntur.

LAVS DEO, IESV, VIRGINI, IOSEPHO, IGNATIO, ANTONIO.

INDEX

VA1 1511002